Library of the University of Bologna
Bought with the income
of the
Book Mosaic
Bequest

1961

Digitized by Google

Digitized by Google

MONUMENTORUM BOICORUM

COLLECTIO NOVA.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

VOLUMEN II. PARS I.

AUGUSTAE VINDELICORUM,
Typis J. G. COTTAE.
MDCCCXXXI.

Digitized by Google

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN VIGESIMUM NONUM.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

PARS PRIMA.

MONACHII,
SUMPTIBUS ACADEMICIS.
MDCCCXXXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

CCCXVI.

Anno 1025. 12. Januar. Corbeiae.

Chuonradus II. rex Eberhardo episcopo Babenbergensi eiusque ecclesiae abbatiam Bargi, sitam in pago Nortgouue, in comitatu Henrici comitis, donat et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Chuonradus diuina fauente clementia rex. Omnium Christi (fidelium) nostrorumque uniuersitatem scire uolumus. qualiter fidelis noster eberhardus Babenbergensis uidelicet episcopus celsitudinem nostram adiit. humiliter obsecrans. ut inter coetera aecclesiae suae bona sibi ab antecessore nostro henrico imperatore gloriosissimo praeceptis donata. abbatiam Bargi nominatam. sitam in pago nortgouue. in comitatu henrici comitis. nostrae etiam auctoritatis restauratione confirmaremus. Nos ergo quoniam ubicumque praedecessorum nostrorum traditiones stabilimus. nostras quoque donationes in posterum confirmamus. petitioni eius rationabili ac iustae. assensum praebentes. abbatiam eandem cum omnibus appendiciis eius seu magnis. seu paruis. quae uel scripta vel nominata inde prouenire possint. sicut ab antecessore nostro ad altare S. Petri principis apostolorum tradita est. eidem praenominato episcopo eiusque successoribus in proprium ac perpetuum usum donamus. atque confirmamus. Et ut haec nostrae auctoritatis restauratio stabilis et inconuulsa permaneat hanc

145794

Digitized by Google

paginam inde conscriptam manu propria roborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Chuonradi (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Ovdalricus cancellarius uice aribonis archicapellani recognoui.

Data II. Id. Jan. Indictione VIII. Anno dominicae incarnationis MXXV. Anno uero domni Kvonradi secundi regnantis I. Actum Corbeie.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Schultes hiſtor. Schriften I. 28.

d) Memorata hic prior traditio Heinrici II. imp. habetur 1007. 1. Nov.

CCCXVII.

Anno 1025 potius, quam 1024. 12. Januar. Corbeiae.

Chuonradus II. rex Eberhardo episcopo Babenbergensi eiusque ecclesiae abbatiam Gengenbach, sitam in pago Mortenovva, in comitatu Berhtoldi comitis, donat et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Chuonradus diuina fauente clementia rex. Omnium Christi (fidelium) nostrorumque uniuersitatem scire uolumus qualiter fidelis noster eberhardus episcopus Babenbergensis celsitudinem nostram adiit

Digitized by Google

humiliter obsecrando ut inter cetera aecclesiae suae bona sibi ab antecessore nostro henrico imperatore gloriosissimo cum praeceptorum traditione donata. abbatiam Gengenbach nominatam. sitam in pago mortenovva. in comitatu Berhtoldi comitis. nostrae etiam auctoritatis restauratione confirmaremus. Nos ergo quoniam ubicumque praedecessorum nostrorum traditiones stabilimus. nostras quoque donationes in posterum confirmare nos putamus. petitioni eius rationabili ac iustae assensum praebentes abbatiam eandem cum omnibus appendiciis eius siue magnis siue paruis ac cum omni utilitate quae uel scripta uel nominata inde prouenire possit. sicut ab antecessore nostro ad altare sancti petri principis apostolorum tradita est. eidem praenominato episcopo eiusque successoribus in proprium ac perpetuum usum confirmatione donamus atque confirmamus. Et ut haec nostrae auctoritatis restauratio stabilis et inconuulsa permaneat. hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Chuonradi (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Ovdalricus cancellarius uice aribonis archicapellani recognoui.

Data Anno dominicae incarnationis MXXIIII. Anno uero domni Chuonradi secundi regnantis I. Indictione VII. II Idus Januarii. Actum Corbeie feliciter.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Annus incarn. ac Indictio unitate decurtati sunt; nam Heinricus II. obiit anno 1024. 13. Julii, eique successit Chonradus II. 30. Augusti eiusdem anni. Cnfr. Stenzel Geſch. D. unter den fr. K. II. 182.

Digitized by Google

c) Editum ap. Schultes hiſtor. Schriften II. 339. Cnfr. etiam Grandid. Hist. Alsat. probat. num. 377.

d) In nomine loci, ubi negotium peractum est, deprehenditur rasura, cui locus Corbeie, eadem tamen manu eodemque atramento, inscriptus est.

e) Memorata hic traditio Heinrici II. imp. vid. 1007. 1. Nov.

CCCXVIII.

Anno 1025 potius, quam 1024. 12. Januar. Corbeiae.

Chuonradus II. rex Eberhardo episcopo Babenbergensi eiusque ecclesiae abbatiam Scutera, sitam in pago Mortenowa, in comitatu Berhtoldi comitis, donat et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Chuonradus diuina fauente clementia rex. Omnium Christi (fidelium) nostrorumque universitatem scire uolumus qualiter fidelis noster eberhardus Babenbergensis uidelicet episcopus celsitudinem nostram adiit humiliter obsecrans. ut inter coetera aecclesiae suae bona sibi ab antecessore nostro henrico imperatore gloriosissimo cum praeceptorum traditionibus donata abbatiam Scutera nominatam. sitam in pago Mortenowa. in comitatu Berhtoldi comitis. nostrae etiam auctoritatis restauratione confirmaremus. Nos ergo quoniam ubicumque praedecessorum nostrorum traditiones stabilimus. nostras quoque donationes eo solidiores in posterum esse putamus. petitioni eius rationabili ac iustae assensum praebentes abbatiam eandem cum omnibus appendiciis suis siue magnis seu paruis. ac cum omni utilitate. quae uel scripta uel nominata inde prouenire possit. sicut ab antecessore nostro ad aecclesiam et altare sancti petri principis apostolorum Babenberg tradita est. eidem praenomi-

Digitized by Google

nato episcopo successoribusque eius in proprium ac perpetuum usum confirmatione solidissima donamus atque confirmamus. Et ut haec nostrae auctoritatis restauratio seu confirmatio stabilis et inconuulsa permaneat. hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Chuonradi (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Ovdalricus cancellarius uice aribonis archicapellani recognoui.

Data anno dominicae incarnationis MXXIIII. Anno uero domni Chuonradi secundi regnantis I. Indictione VII. II Idus Januarii. Actum Corbeie feliciter.

a) Sigillum impressum in ora superiori magna parte quidem laesum, totam tamen regis sedentis figuram cum aliquibus inscriptionis litteris adhuc exhibet.

b) Annus Chr. notatus, similiter indictio notata a consueto numerandi modo recedunt, tota unitate decurtati. Annus Chr. verus ex solo regni anno primo satis elucet; nam Chuonradus II. non electus est ante diem 30. August. 1024. cnfr. Stenzel Geſch. D. unter den fr. K. II. 182.

c) Editum in Codice Probat. ad Deductionem Bamberg. super Fürth num. 22. et in Ussermanni episcopatu Bamberg. Cod. probat. 30. num. 28. cnfr. Wendtenthal Austria sacra. I. II. P. p. 418.

d) In fine habetur rasura, cui inscriptus est locus peracti negotii: Corbeie, eadem tamen manu, eodemque atramento, cum ante alius locus legeretur, cuius aliqui apices adhuc conspiciuntur.

Digitized by Google

CCCXIX.

Anno 1025. 12. Januar. Corbeiae.

Chuonradus II. rex Eberhardo episcopo et ecclesiae eius Babenbergensi abbatiam Haselbach ab antecessore suo ad altare S. Petri traditam, donat atque confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chunradus diuina fauente clementia rex. Omnium Christi (fidelium) nostrorumque diuersitatem scire uolumus. qualiter fidelis noster eberhardus Babenbergensis uidelicet episcopus nos adiit humiliter obsecrans. ut inter coetera aecclesiae suae bona sibi ab antecessore nostro henrico Imperatore gloriosissimo praeceptis donata. abbatiam haselbach nominatam. sitam in pago in comitatu comitis nostrae etiam auctoritatis restauratione confirmaremus. Nos ergo quoniam ubicumque praedecessorum nostrorum traditiones stabilimus. nostras quoque donationes in posterum confirmamus. petitioni eius rationabili ac iustae assensum praebentes. abbatiam eandem cum omnibus appendiciis eius seu magnis seu paruis. quae vel scripta vel nominata inde prouenire possint. sicut ab antecessore nostro ad altare sancti petri principis apostolorum tradita est. eidem praenominato episcopo eiusque successoribus in proprium ac perpetuum usum donamus atque confirmamus. Et ut haec nostrae auctoritatis restauratio stabilis et inconuulsa permaneat. hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Chuonradi (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Digitized by Google

Data II. Id. Januarii. Indictione VIII. Anno ab incarnatione domini MXXV. Anno uero domni Kvonradi secundi regnantis I. Actum Corbeie.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Schultes hiſtor. Schriften II. 340.

d) Desunt in hoc instrumento cancellarius et archicapellanus, quamvis spatium illis non defuerit.

e) Nomina pagi et comitis pagensis non sunt expressa, relictum tamen est illis spatium vacuum, quod aeque factum est in prima donatione an. 1007. 1. Novemb. In linea ultima quaedam litterae exesae sunt.

CCCXX.

Anno 1025. 5. Maii, Berchardeshuson.

Chuonradus II. rex monasterio superiori Ratisbonae, vulgo Obrenmunsture, terram intra et extra civitatem Ratisbonensem, longitudine et latitudine descriptam, in comitatu Ruodberti comitis, largitur atque concedit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia rex. Si christianae religionis et angelicae conuersationis amatores nostrae liberalitatis beneficio quo securius deo seruire possint. consolari studuerimus. aeternorum praemiorum una cum illis nos participes fieri spe certa confidimus. Proinde omnibus christi nostrique fidelibus innotescat. qualiter nos per interuentum Heinrici ducis bauuariae cuidam aecclesiae in honorem sanctae dei genitricis semperque uirginis mariae infra Ratisponensem ciuitatem constructae. quae uulgo obrenmunsture dicitur. ubi uenerabilis

Digitized by Google

abbatissa Wichburg uirgnibus (uirginibus) sub regula monachica deo seruientibus praeesse uidetur. quandam infra praedictum monasterium terram. confinalem atrio eius. et infra publicam plateam iacentem. quae de porta sancti Hemmerammi ducit ad aecclesiam. quae uulgariter ahachiricha dicitur. intra ciuitatem. in longitudine habentem perticas. xx. et in latitudine. x. aliam uero foras murum proxime adiacentem. in longitudine similiter habentem perticas. xx. et in latitudine viij. in comitatu Ruobberti comitis. per hanc regalem paginam cum omni legalitate in proprium largimur. atque concedimus. Ea scilicet racione. ut praedicta abbatissa et omnes quae sibi in loco eodem ordine et dignitate succedunt. liberam exinde habeant potestatem. quicquid eis libuerit faciendi ad utilitatem praenominati monasterii. ac sororum ibidem monastice conuersantium. Et ut haec nostrae auctoritatis karta stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hoc praeceptum inde conscriptum. propria manu confirmantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Chuonradi (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Ovdalricus cancellarius uice aribonis archicapellani recognoui.

Data. iij. Nonas Maj. Indictione viij. Anno dominicae incarnationis Mxxv. Anno autem domni kuonradi secundi regnantis I. Actum est BEREHARDESHVSON.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ad verbum concordat cum diplomate Heinrici II. imper. an. 1021. 12. Novemb., et quidem cum exemplari melioris notae, propterea initium solum ac finis edita sunt in Ried. cod. rat. I. 145. num. 150. erronee tamen ad IIII. Non. Maij pro III. Non.

Digitized by Google

CCCXXI.

Anno 1025. 6. Maii. Megelendorf.

Chounradus II. rex monasterio Tegrense curtem Worngowe, ab antecessore suo Heinrico II. imp. illuc traditam, confirmat, idemque monasterium sub suo mundiburdio recipit.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum ap. Hund metrop. III. Edit. Monac. 406. ed. Ratisb. 280. Mon. Boic. VI. 161.

d) Memorata donatio Heinrici II. habetur 1009. 22. Maii.

e) Locus Megelendorf est Mögeldorf Parochia ad fluv. Pegnitz hora parva à Norimb. distans.

CCCXXII.

Anno 1025. 10. Maii. Babenberc.

Chounradus II. rex monasterium sanctimonialium (inferius), infra Radesbonensem civitatem, regiae et imperiali defensioni subiicit, a iudiciaria potestate eximit, possessiones eius omnes, partim nominibus expressas confirmat, eique liberam eligendi abbatissam facultatem concedit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis Chovnradus diuina fauente clementia rex. Justa regum et religiosa cogitatio debet ecclesiis dei ubicunque facultas suppetit aliquid accommodare. ut inde procliuius mercedis aeternae premia consequantur. Proinde notum sit omnibus fidelibus nostris presenti-

Digitized by Google

bus scilicet et futuris qualiter uenerabilis abbatissa nomine Ovda. per interuentum dilecte conjugis nostrae Gisilae uidelicet reginae nostram adiit maiestatem suppliciter rogitans ut monasterium sanctimonialium cui ipsa nunc temporis infra radesponensem ciuitatem praesidere uidetur. in nostrum mundiburdium et regiae immunitatis tuitionem reciperemus cum omnibus pertinentiis eius. Nos ergo ob diuinum amorem pie eius annuentes petitioni. per hoc nostrae majestatis insigne. praefatum monasterium nostre nostrorumque post nos successorum regiae et imperiali perpetuo defensioni subicimus. et insuper optima libertate donamus qua cetera monasteria regalia ubicumque terrarum nostri regni perfrui uidebuntur. quatinus ibi sanctimoniales monasticae uitae sub regula sancti benedicti mancipate liberius et deuotius illam quam aggressae sunt uitam absque inquietudine regalium exactorum uel subintroeuntium personarum dehinc conseruare ualeant. Regio igitur uerbo et praecepto iubemus et firmiter interdicimus. ut nullus dux. marchio. comes. uicecomes. episcopus. uel aliquis sub episcopo. aut iudex publicus. siue regius exactor. seu quaelibet iudiciaria persona maior aut minor deinceps in praedicto monasterio intus uel foris. et in locis aut hominibus uel omnibus ibi pertinentibus aliquam publici iuris exerceat potestatem. aut quicquam de rebus monacharum sibi ipsi uel nobis aut successoribus nostris usurpare praesumat. sine aduocato quem praesens abbatissa et quae ei succedant. in hunc usum elegerint et constituerint. Cui (Qui) etiam in ipso monasterio et in locis eius. aliud sibi non imponat potestatis officium. aut exigat seruitium. nisi quod abbatissa cum sacris sororibus illi praescripserit. Confirmamus etiam eidem monasterio quicquid ibi umquam per reges et imperatores praeceptoria lege. siue per duces uel alios Christi fideles in quocunque pago uel comitatu aliqua traditum uel concessum est oblatione. cum curtibus et curtilibus. aedificiis. mancipiis. censu. intra et extra ciuitatem. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. molendinis. aquimolis in utraque parte danubii fluminis urbem praecurrentis pariter cum omnibus uten-

Digitized by Google

silibus et appendiciis locorum ibi pertinentium. quorum haec pro parte sunt nomina. Schirelinga. lirundorf. Roggingun. Biberbahc. linthart. Heroldeslinhard. cum omnibus appendiciis illorum. Hartkiricha. cum decimis suis undecumque conferendis. Salla cum foresto. aqua. molendinis. uel ceteris pertinentiis. In sinzingun. omnem illam quae ibi praescripto monasterio pertinet utilitatem. Deggindorf cum decimis et usibus suis. Berge. quod situm est iuxta flumen philisa. Puteleshuson cum aquis. aquimolis molendinis et areis in fluuio ysara. et walehenesbahc cum pontibus suis. uel totis eorum adiacentiis. et Steininanberga Penchin. et Gunchovvn. et Aecclesia ad cheskingan cum decimacione. et prata ad Erlibahc pertinentia. et decimatio ad Altheim. Habeant etiam monachae potestatem liberam. per decessiones inter se eligendi abbatissam quam probabilis uitae et morum regula deo propitio composuerit. omnium potestatum uel personarum contradictione remota. Et ut haec nostra traditio confirmatio siue libertas. stabilis et inconuulsa permaneat hanc nostri praecepti paginam manu propria roborantes. sigillo nostro imprimi iussimus.

Signum Chovnradi (*Monogramma*) Inuictissimi regis.

L. S.

Ovdalricus cancellarius uice arbonis archicappellani recognoui.

Data indictione. viij. Anno uero dominice incarnationis millesimo xxv. et vi. idus maj. Anno autem domni Chovnradi secundi regnantis I. Actum Babenberc.

a) Sigillum impressum illaesum, cuius inscriptio Chuonradus Dei gratia Rex.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

Digitized by

c) Edidit Paricius in der hiſtor. Nachricht von den in der St. Regensb. gelegenen Stiftern I. 168. sq. Ried in Cod. dipl. Rat. I. 146. num. 151. duabus solum lineis illius memoriam facit ac provocat ad diploma Heinrici II. 1002. 20. Novemb., quod credidit ad verbum convenire cum hoc diplomate Chunradi II.; deceptus tamen est, nam sex ultima loca Steininanberga et reliqua haud inveniuntur in Diplomate priore an. 1002, ad neoacquisita referenda.

CCCXXIII.

1025. 11. Maii. Babenberg.

Chuonradus II. rex Arnoldo comiti eiusque uxori et amborum filiis quinquaginta mansos, inter villam frumanaha ac fluvios Danubium et Maraha, in comitatu Adelberti marchionis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Chuonradus diuina fauente clementia rex. Nouerit omnium dei nostrique fidelium uniuersitas. qualiter nos per interuentum ac petitionem dilectae coniugis nostrae Gislae. atque Aribonis mogontiacensis archiepiscopi cuidam fideli nostro comiti Arnoldo eiusque vxori reginlindae ac filiis vtrorumque quinquaginta mansos dedimus. qui ad nostrum regale ivs pertinebant. sitos inter villam frumanaha. et inter fluvios Danubium. et maraha. in comitatv adalberti marchionis. vbicumque praedictus comes arnolfvs eos sumere velit. cum areis. agris. pratis. pascuis. siluis. venationibus. aquis aquarumque decursibus. piscationibus. molendinis. sev cum omni vtilitate quae vllo modo inde prouenire possit. Ea videlicet ratione vt iam praenominatus arnolfus uxorque eius reginlinda. ac filii vtrorumque liberam habeant potestatem. idem

Digitized by Google

praedium tradendi. vendendi. commutandi. siue quodcunque illis placuerit inde faciendi. Et vt haec nostrae auctoritatis pagina stabilis et inconvvlsa permaneat. eam manu propria roborantes. sigilli nostri impressione ivssimus insigniri.

Signum domni Cvonradi (*Monogramma*) regis gloriosi.

L. S.

Ovdalricus Cancellarius uice Aribonis Archiepiscopi recognouit.

Data. Anno ab incarnatione domini millesimo XXV. Indictione VIII. Anno vero domni Cvonradi secundi regnantis I. Actum Babenberg V. Id. Mai feliciter Amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in L. B. de Hormayr Archiv für Gesch. Jahrg. 1828. 99. Cnfr. aliud dipl. eiusdem anni ac diei in L. B. de Hormayr Archiv für Süddeutschl. an. 1827. II. 226, n. 12.

d) Ex archivo Wirceburgensi, nam inscriptio exterior manu saec. XIII. sequentia notat: „Ista litera non est Scti. Kyliani.“ cui alia manus saec. XIV aut XV. haec addit: „Ista litera non est Scti. Kiliani, nec invenitur in libro privilegiorum. Nexum utique habet hoc instrumentum cum traditione, quam Adalbero episcopus Wirceb. Arnoldi com. ac Regillae siv. Reginlindae com. filius paulo ante obitum 1090 ecclesiae cathedrali Wirceburgensi fecit. Cnfr. Ludewig Geschichtschr. v. Würzb. 480 et 481. Cnfr. etiam Regesta Wirceburgensia.

Digitized by Google

CCCXXIV.

Anno 1025. 20. Maii. Triburii.

Chuonradus II. rex ecclesiae Wirceburgensi privilegium immunitatis confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chuonradus diuina ordinante prouidentia rex. Si petitionibus sacerdotum dei de his quae ad loca sanctorum iuste pertinent nostris auribus prolatis adquiescimus. regiam consuetudinem exercemus. et hoc nobis ad laudem. et stabilitatem regni nostri in dei nomine pertinere confidimus. Quocirca omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet ac futurorum industriae pateat. quod nos meginhardus sanctae wirceburgensis aeclesiae uenerabilis episcopus humiliter adiens. clementiae nostrae dominationis innotuit. quod praedecessores nostri reges et imperatores diuae memoriae Karolus. ludowicus. arnolfus. tresque Ottones. omnes cortes. uillas. terras. terrarumque cultores. seu quicquid in cunctis rebus ad aeclesiam sancti saluatoris. in qua preciosus Christi martyr Kilianus sociique eius corporaliter requiescunt. pertinere dinoscitur. seu quod inantea ad ea sancta loca legitime traditum fuisset per uniuersos comitatus. pagos. ac territoria. sub integrae defensionis immunitate permanere. suaeque tuitionis clipeo muniri concessissent. hoc etiam quod in eisdem praeceptis ueraciter scriptum continetur. nostris conspectibus praesentans. praedictos reges seu imperatores per suae auctoritatis praedictae aeclesiae praecepta concessisse. et confirmasse. quatinus nullus iudex publicus. seruos. sclauos. siue accolas. pro liberis hominibus in aeclesiae praediis manentibus. ad causas audiendum. et fredas exigendum. et mansiones aut paratas faciendum. et fideiussores tollendum. et homines ipsius aeclesiae. tam francos quam seruos et sclauos distringendum. et ullam redibitionem requirendum. aut aliquid de his exactitare. per aliquam iudiciariam potesta-

Digitized by Google

tem ullo umquam tempore praesumat. Vnde etiam idem uenerabilis episcopus meginhardus nostram petiit maiestatem. ut eandem defensionem per nostrae auctoritatis immunitatem circa ipsa loca uel homines praefatae aeclesiae confirmaremus. Cuius petitioni quoniam rationabilis uidebatur hoc denegare noluimus. ac per hoc omnia quae superius continentur. per hanc nostri praecepti paginam confirmare studuimus. Idcirco praecipientes sanctimus. ut quicquid ad ipsam praenominatam aeclesiam tam in seruis. sclauis et accolis. quam aliis rebus iuste et legaliter hactenus pertinere uisum est. sicut in antecessorum nostrorum ita etiam sub nostrae immunitatis nomine in modo datis rebus et adhuc dandis tutum et defensum permaneat. nec quisquam de fidelibus nostris. siue comes. siue iudex publicus. in parte aliqua aut ullo umquam tempore praefatae aeclesiae res inquietare audeat. quatinus rectores ipsius aeclesiae pro incolomitate nostra. regnique nostri stabilitate iugiter diuinam clementiam studeant exorare. Si quis uero quod futurum non credimus. huius nostrae immunitatis praeceptum aliquando infringere temptauerit. nouerit se componere auri optimi libras. C. medietatem camerae nostrae. et ad praefatam aeclesiam partem alteram. Quod ut uerius credatur. diligentiusque obseruetur. hoc praeceptum inde conscriptum manu propria roborantes. sigilli nostri inpressione iussimus assignari.

Signum domni Chuonradi (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Ovdalricus Cancellarius uice Aribonis Archiepiscopi recognouit.

Data XIII. Kal. Junii Indictione VIII. Anno ab incarnatione domini nostri Ihesv Christi millesimo. XX. V. Anno vero domni chvonradi secundi regnantis I.

Actum Triburii feliciter amen.

Digitized by Google

a) Sigilli impressi pars modica avulsa periit; pars autem maxima chartae adhaerens vix non totum adhuc sigillum exhibet.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum quidem; attamen ipsum diploma, exceptis illis, quae propria ei sunt, non differt ab alio anni 1012. 10. Sept. edito a N. Ant. Seiz in analysi libri: Brevis notitia Ebracensis 176.

CCCXXV.

Anno 1025. 20. Maii. Triburii.

Cuonradus II. rex Episcopo Würceburgensi eiusque ecclesiae loca Nuuenstat et Hohenburg, cellulasque alias, Amerbach, Sluohterin, Murrehart, Suarzaha, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Cuonradus dei gratia rex. Si quid locis diuino cultui mancipatis. nostrae largitatis stabilimus munificentia. diuinae pietatis nos inde credimus et minime ambigimus remunerandos magnificentia. Proinde omnium sanctae dei aecclesiae nostrorumque fidelium praesens et futura cognoscat industria. qualiter uir uenerabilis Megenhardus uuirceburgensis aecclesiae praesul. nostram per interuentum dilectae coniugis nostrae Gisilae uidelicet reginae suppliciter adiit maiestatem. quatinus quaedam loca nomine Nuuenstat. et Hohenburg. cellulasque alias. amerbach. Sluohterin. Murrehart. Suarzaha. per reges et imperatores. pippinum. Karolum. et postea diuae memoriae seniorem et antecessorem nostrum. tertium uidelicet ottonem. et Henricum imperatorem augustum. ad domum in honorem sancti saluatoris sanctique Kiliani preciosi martiris Christi. in urbe uuirciburg corporaliter quiescentis dono tradita et denuo praeceptorum

Digitized by Google

torum firmitate corroborata. nostra regali munificentia confirmaremus. Cuius quidem honestae petitioni primum pro amore dei nostraeque salutis prouectu satisfacientes. per hoc regiae maiestatis insigne confirmamus. et ualidissime corroboramus. ad praefatam sancti saluatoris sanctique Kiliani martiris domum. loca memorata et cellas cum omnibus adiacentiis utensilibus et appendiciis suis in quibuscunque pagis et comitatibus iaceant. et uniuersis tam quaesitis quam inquirendis sicut in prioribus praecessorum nostrorum legitur scriptis. eo tenore quatinus praelibatus praesul Meginhardus suique perpetim successores eadem loca et cellas teneant. usitent. et ad diuinum seruicium ita sicut in antiquis regum et imperatorum scriptis continetur disponant. nostra nostrorumque successorum contradictione remota. Et ut haec nostrae confirmationis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes. sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Chuonradi (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Ovdalricus Cancellarius uice Aribonis Archiepiscopi recognouit.

Data XIII. Kal. Junii. Indictione VIII. Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo XX. V. Anno vero domni chvonradi secundi regis I. actum triburii feliciter amen.

a) Sigillum impressum fractum in plures partes, quarum maior chartae adhaeret, duae minores adiacent, tres coniunctae totum adhuc sigillum exhibent.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum.

d) Praeter initium finemque, quae huic diplomati sunt propria, et locum sive cellam Suarzaha, quae in contextu hic additur, non differt ab alio priori diplomate 1003. 9. Febr.

CCCXXVI.

Anno 1025. 4. Decembr. Triburiae.

Chuonradus II. rex Berengero Pataviensi episcopo eiusque ecclesiae omnem decimationem in orientali provincia, in septentrionali parte fluminis Danubii, in comitatu Adalberti marchionis, donat et proprietat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis chuonradus diuina fauente clementia rex. Dei iussa sequentes. promissionemque illius adipisci cupientes. qui dixit date et dabitur uobis. sanctam dei aecclesiam quam credimus portam esse caeli. idcirco transitoriis locupletamus temporaliter rebus. quia id nobis aeternaliter profuturum sperare debemus. quapropter cunctis eiusdem sanctae dei aecclesiae filiis cupimus esse notum. qualiter nos ob caelestis praemii desiderium concordi assensu ac petitione dilectae contectalis nostrae Gisilae reginae. et aribonis mogontiacensis uenerabilis archiepiscopi. sanctae Patauiensi aecclesiae in honore sancti Stephani protomartiris constructae. eiusque prouisori Berengero omnem decimationem in orientali prouincia sitam. in septentrionali parte fluminis danubii. in Comitatu uero Adalberti marchionis in omnibus locis constructis. et construendis. cum omnibus rebus ex quibus iure ac legaliter decima deo persolui debet. donamus. et prout firmius possumus modis omnibus proprietamus. omnium hominum contradictione remota. ea uidelicet ratione. ut praedictus episcopus suique successores liberam dehinc habeant

Digitized by Google

potestatem de eadem decimatione quicquid sibi placuerit ad utilitatem aecclesiae suae faciendi. Quae donatio ut stabilis et inconuulsa nunc et in perpetuum permaneat. hanc cartam inde conscriptam. manu propria roborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Chuonradi (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Oudalricus cancellarius uice Aribonis Archicapellani recognoui.

L. S.

Data. II. nonas decemb. indictione VIII. Anno dominicae incarnationis Mill. XXV. Anno autem domni Chuonradi secundi regnantis II. Actum Triburie feliciter amen.

a) Sigillum, post recognitionem impressum, illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Memoratum et extractum in Hundii metrop. I. Edit. Mon. 504. edit. Rat. 202, et ex eo ap. Hansiz German. Sacr. I. 244; novissime editum a Bar. de Hormayr in den Jahrbüchern XL. Anzeigebl. 37.

CCCXXVII.

Anno 1026. 14. Februar. Augustae.

Chuonradus II. rex monasterio Seuue (Seon) aream in loco Ratisponensi, latitudine et longitudine descriptam, in pago Duonichgouui, in comitatu Ruotberti, ab antecessore suo Heinrico II. imp. illuc traditam, confirmat.

a) Sigilli impressi modo non supersunt nisi foramen et macula cum parte quadam cerae externae et internae adhaerentis, quae macula simul apparet in membrana superincumbente.

Digitized by Google

b) Indictio unitate decurtata est, annus tamen regni anno chr. notato 1026. respondet, similiter locus peracti negotii Augusta. Cnfr. Stenzel Geſch. D. unter d. fr. K. II. 185.

c) Editum in Hundii metrop. III. Edit. Mon. 345. edit. Rat. 238. Mon. Boic. II. 127. et Ried Cod. Rat. I. 146. num. 152.

d) Contextus instrumenti sex lineis stilo ferreo ductis et ex adverso prominentibus est inscriptus; in tota autem linea tertia et parte extrema lineae quartae, in medio etiam lineae sextae, demum circa Monogramma regium apparent integrae et dimidiae litterae anterioris scripturae eiusdem characteris, immo quidam ductus alterius monogrammatis prius inscripti, quae rasura adhibita penitus delere nequivit.

CCCXXVIII.

Anno 1027. 7. Junii. Stegon.

Chuonradus II. R. imperator Hardwico, Brixinensi Episcopo, eiusque ecclesiae comitatum, quondam Welfoni commissum, a termino, Tridentinum a Brixinensi Episcopatu dividente, quousque longissime porrigitur in valle Eniana, cum clausa sub sabione sita donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia romanorum imperator Augustus. Justis fidelium nostrorum petitionibus acquiescentes si res aecclesiasticas rebus nobis divinitus concessis augere studemus. non solum inde temporalis commodi prosperitatem. uerum etiam aeternam sperare debemus remunerationem. Quapropter noverit omnium Industria fidelium nostrorum tam praesentium quam futurorum. qualiter nos divinam ut premissum est remunera-

Digitized by Google

tionem intuentes. nec non et dilectissimae conjugis nostrae Kiselae. Atque nobilissimae prolis nostrae heinrici interuentionem gratissime amplectentes. fidelis nostri Hardwici prixinensis uidelicet aecclesiae episcopi petitione pulsati in proprium tradidimus eidem sanctae prixinensi aecclesiae in honorem sanctorum cassiani martiris nec non et ingenuini confessoris constructae comitatum quondam Welfoni commissum. Ab eo scilicet termino qui tridentinvm a prixinensi dividit episcopatvm. quousque longissime porrigitur in ualle eniana cum clausa sub sabione sita et omni usu iureque ad eum legaliter pertinente. Et ut haec traditio firma inconvulsaque perpetualiter permaneat. praeceptum hoc de ea conscribi sigilloque nostro signari iussimus propriaque manu ut inferius uidetur confirmavimus.

Signum Domni Chuonradi roma (*Monogramma*) norum Imperatoris augusti.

L. S.

Ovvdalricus cancellarius ad uicem arbonis archicapellani recognouit.

Data vij. ID. Jun. Anno incarnat. dominicae Ī. (M.) xxvij. Indict. VIIII. regni chuonradi secundi anno III. imperii autem eius I. Actum stegon.

a) Sigillum impressum periit; prout notatur in copia reservata, ex qua haec extracta sunt; nam Originale cum aliis documentis Brixinensibus ad caesareum archivum austriacum transmissum est.

b) Indictio unitate decurtata est; annus tamen regni ac imperii, uterque, anno Chr. notato respondet.

c) Editum in Hundii metrop. I. edit. Monac. 471. edit. Ratisb. 316. Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 147. et v. Hormayrs Beyträgen zur Geschichte Tirols I. Band. II. Abtheil. oder Cod. Probat. 79. num. 36.

Digitized by Google

CCCXXIX.

Anno 1027. 5. Julij. Reginisburch.

Chuonradus II. R. imperator ecclesiae Salzburgensi forestum Heit, terminis designatum, in comitatu Chadalhohi et Ozini situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. quia nos diuina prouidentia ad hoc imperiali sublimauit honore. vt sibi suisque sanctis digna gratiarum actione. quantum humana fragilitas permitteret rependere studeamus. quae nobis largitus est bona. Ideo omnium dei nostrique fidelium uniuersitati notum esse uolumus. qualiter nos diuinae mercedis remunerationem intuentes. instinctu dilectae coniugis nostrae Gisilae imperatricis augustae. ac nobilissimi nostri filii Heinrici ducis nec non Aribonis mogontinae sedis venerabilis archiepiscopi ad ecclesiam Salzburc dictae (dictam) in honore sancti Petri. sanctique Ruotberti constructae (constructam). quoddam forestum Heit nominatum. in loco ubi aqua Merina idem forestum perfluit. ac sic in sursum per eandem aquam. in comitatu autem Chadalhohi et Ozini situm. cum omnibus ad idem pertinentibus cum areis. cum forestensibus mansis. mancipiis. aedificiis. terris. cultis. et incultis. pratis. campis. uenationibus uiis. et inuiis. exitibus et reditibus aquis. aquarumue decursibus. piscationibus. molendinis. quaesitis. et inquirendis. seu cum omni utilitate quae ullo modo inde prouenire poterit perpetualiter tenendum tradidimus. atque donauimus. eo quoque tenore vt Tieotmarus praefatae ecclesiae venerandus archiepiscopus. suique successores. liberam deinhinc (dehinc) habeant potestatem tenendi. tradendi. commutandi. uel quicquid sibi placuerit inde faciendi. ad usum tamen eiusdem ecclesiae. Et ut haec nostrae tradi-

Digitized by Google

tionis auctoritas stabilis. et inconuulsa omni tempore perseueret. hanc cartam inde conscriptam manuque propria subtus roboratam sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Chuonradi inuictissimi (*Monogramma*) Romanorum Imperatoris Augusti.

L. S.

Ovdalricus Cancellarius ad uicem Aribonis Archicapellani recognovit.

Data in III Non. Jul. Indictione X. Anno dominicae Incarnationis Mill. XXVII. Anno autem domni chuonradi secundi regnantis III. Imperii uero I.

Actum Reginisburch. feliciter amen.

a) Sigillum impressum, sed fractum est in tres partes. Pars maior membranae adhaeret, alia minor adglutinata cernitur, tertia separatim adiacet; omnes simul integram imperatoris imaginem et totam fere inscriptionem exhibent.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in (v. Kleinmayrn) Nachrichten vom alten Juvavia, Anhang 218. num. 89.

CCCXXX.

Anno 1029. 1. Januar. Augustae.

Chunradus II. R. imperator ecclesiae, a Guntherio Monacho in heremo Nortwald constructae, territorium terminis designatum, donat.

a) Sigilli antiquitus impressi restat duplex macula illi congrua, quarum unam cera in ipso impressionis loco reliquit, alteram autem cera

Digitized by Google

per plicaturam reflexa chartae inter Monogramma et locum sigilli impressit. Nunc vero chartae adhaeret aliud sigillum circumferentiae longe minoris, annulo quam sigillo similius, cuius caput versus Monogramma respiciens, sed valde detritum, aliquo modo adhuc adverti potest. Hoc ipsum autem novum sigillum circulo ex orichalco est circumdatum, et circulus per plicaturam reflexus maculam viridis coloris chartae impressit.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt. Inepta tamen manus novior imperii anno unitatem adiecit, ita ut nunc legatur imperii annus III, duplici manu et atramento scriptus.

c) Editum in Hundii metrop. II. Edit. Monac. 38. edit. Rat. 26. Mon. Boic. XI. 144. num. 30, ubi tamen nomina locorum pleraque correctione indigent; pag. 14. lin. 7. leg.: Rimminaha; lin. 8: Wollenbach; lin. 9 et 10: Metema Metemam; lin. 13 et 14: Piperaha; lin. 15: Hadauit; lin. 16: Buohiniberch; lin. 17: Kelbirisbach; lin. 18: Affoltresberch; pag. 146. lin. 7. addendum: (Monogramma). Oudalricus cancellarius uice Aribonis archicapellani recognovit. Notandum etiam, quod istud diploma desit in codice Hermanni abbatis.

d) Nomen aquae Sala duplici vice alio atramento, coaeva tamen manu, et absque rasura, inscriptum est.

CCCXXXI.

Anno 1029. 3. Mart. Frisingae.

Chuonradus II. R. imperator ecclesiae Frisingensi possessiones omnes, cum omnis generis pertinentiis. in quocumque pago aut marchia vel comitatu sitas, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Si

Digitized by Google

Si erga domus dei nostrae liberalitatis munificentiam piis incitati studiis ostenderimus. et oportuna terreni commodi more imperiali seu regali eis conferimus suffragia. non solum ad temporalem regni diuinitus nobis collati profectum. uerum et ad aeternitatis gloriam feliciter optinendam. hoc nobis multum prodesse liquido credimus. simulque patrociniis sanctorum nos inde beari atque tueri non ambigimus. idcirco omnibus Christianae religionis fidelibus praesentibus scilicet patescat ac futuris. quoniam reuerendus egilbertus sanctae frigisingensis aecclesiae praesul. nostram adiit celsitudinem. obnixe supplicans. ut pro stabilitate eiusdem sacrosanctae aecclesiae. uniuersas res liberalitate piae memoriae antecessorum nostrorum imperatorum scilicet siue regum. a primo consecrationis suae tempore usque modo eidem concessas. et quicquid religiosa nobilium personarum vel ignobilium traditione. seu commutatione. sive coemptione aliqua in ius ac inuestituram eiusdem aecclesiae in praesenti collatum dinoscitur. per nostrae imperialis renouationis praeceptum sibi roborare atque confirmare dignaremur. totamque aecclesiae facultatem in tutelae nostrae singulare patrocinium mundiburdium atque defensionem habuissemus commendatam. At nos gratuita benignitate. religiosis eius petitionibus pro christi honore et sanctae genitricis suae semper virginis mariae ueneratione assensum praebentes. nec non dilectae contectalis nostrae Gisilae. imperatricis augustae. et carae subolis (sobolis) nostrae regis uidelicet Heinrici. et tam uenerabilium episcoporum. quam reliquorum conspectui nostro assistentium procerum intercessioni pie annuentes. iure auctoritatis nostrae ad praefatam aecclesiam nomine sanctae dei genitricis dedicatam. ubi electus dei confessor corbinianus corpore quiescit. pro antecessorum nostrorum et animae nostrae remedio. ac diuturna profectus nostri felicitate aeternaliter in proprium donamus. roboramus. ac renouando confirmamus. quicquid ad praedictam sanctam et matricem aecclesiam hactenus pertinebat. et quicquid moderno tempore eadem aecclesia in

Digitized by Google

uestitura rite retinet. in quacumque uidelicet prouincia imperii nostri. siue quocumque pago aut marchia vel comitatu situm sit. cum monasteriis. aecclesiis decimatis. siue absque decima. cum castellis uel uicis. cum curtibus et casis. aliisque aedificiis. familiis et utriusque sexus mancipiis. parscalchis. sindmannis. hengistfuotris. censibus ac capiticensibus. agris. campis. uineis. terris cultis et incultis. noualibus uel siluis ad noualia extirpandis. pratis. paludibus. pascuis. compascuis. montibus siluis materiae ac lignorum incisionibus. forestis. uenationibus. mercatis. theloneis. et percussura proprii nomismatis. salinis. et sartaginibus ac locis sartaginum. aquis aquarumque decursibus. piscationibus stationibus id est gistellis piscium quos husones dicimus. molinis. molendinarumque locis. pontibus. uectigalibus. viis et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. Haec omnia in omnibus ad ipsum frigisingense episcopium legaliter pertinentia. per hoc auctoritatis nostrae praeceptum. in ius et potestatem sacrosanctae christi matris aecclesiae praefatae donamus. tradimus. et confirmando renouamus. eo rationis tenore. ut iam dictus honorabilis episcopus eiusque successores. liberam pro utilitate eiusdem sanctae dei aecclesiae perenniter habeat (habeant) potestatem. quicquid inde uoluerit (voluerint) faciendi absque ullius molestia. Et ut haec auctoritas nostra per cuncta labentis mundi curricula firmiore solidetur stabilitate. manu nostra subter eam roborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Chuonradi (*Monogramma*) inuictissimi romanorum imperatoris augusti.

L. S.

Oudalricus Cancellarius uice aribonis archicapellani recognoui.

Data V. nonas Mart. indict. XII. Anno dominicae incarnat. Mill. XXVIIII. Anno autem domni Chuonradi secundi regnantis V. imperii vero II. Actum frisinge.

Digitized by Google

a) Sigillum impressum in superiori sui parte valde laesum, totam tamen adhuc sedentis imperatoris exhibet imaginem cum maiori parte inscriptionis.

b) Notae chronologicae omnes inter se conveniunt; interim in numero anni imperii primus apex unitatis rasura deletus est, nam antea scriptus erat annus III.

c) Editum in Hundii metrop. I. edit. Monac. 142. edit. Ratisb. 96. Meichelbeck I. I. 223. Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 224.

CCCXXXII.

Anno 1029. 30. April. Regenesburch.

Chuonradus II. R. imperator monasterio superiori in Ratisponensi metropoli, vulgo Oberenmunistiuri, curtem Salaht, ex antiquis temporibus illuc pertinentem, sed a regibus vel ducibus in beneficium diu retentam, in pago Tuonocgouue, in comitatu Ruotberti sitam, iterum tradit et confirmat, promissa tamen triplici praebenda ad dies vitae tam sibi, quam contectali suae Gisilae imperatrici et filio Heinrico.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia romanorum imperator Augustus. Si erga domus dei fidelesque Christi ministros largitate doni alicuius beniuoli extiterimus. nos inde bearj. imperijque nostri statui id proficere confidimus. Proinde omnium Christi praesentium fidelium scilicet ac futurorum nouerit industria. qualiter nos diuini amoris instinctv pro remedio animae nostrae. nostraeque dilectae coniugis Gisilae imperatricis augustae. aman-

Digitized by Google

tissimaeque nostrae prolis Heinrici regis. pro imperii etiam nostri statu. ob remunerationem quoque et spem acceptae fraternitatis triumque praebendarum eiusdem mensurae et qualitatis qualem illae sorores solent accipere tam nobis quam praedictae contectali nostrae subolique (sobolique) communi in sanctissima congregatione sanctae MARIAE uirginis christi usque ad terminum huius mortalis uitae acceptarum. assiduaeque orationis earundem ancillarum dei tam pro nobis quam etiam antecessoribus ac parentibus nostris pro liberandis quoque a iustissima ira aeterni iudicis omnibus quorum consilio res eiusdem ecclesiae hactenus direptae et inde sunt alienatae. quandam nostri iuris curtem Salaht dictam in comitatu Ruotberti. in pago Tuonocgouue sitam. ad monasterium Oberenmunistiuri dictum in Radesponensi metropoli. in honore Christi genetricis constructum. cui venerabilis dei oratrix et abbatissa Wichpurc rationabiliter praeesse videtur ad usum perpetuum eiusdem famulae dei. ac stipendia sanctimonialium inibi deo sub regula sancti Benedicti famulantium concessimus atque tradidimus. Quam uidelicet curtem cum suis appendiciis constat ex antiquis temporibus ad idem monasterium pertinuisse. et ab antecessore nostro diuae memoriae domno Heinrico secundo imperatore denuo praecepto suo imperiali eidem concessam. sed oblito timore dei suggestione quorundam hominum a regibus vel ducibus in beneficium diu retentam. Nos autem diuinae remunerationis intuitu curtem praedictam Salaht cum omnibus suis pertinentiis. seu appendiciis. uillis. uicis. areis. aedificiis. ministerialibus vtriusque sexus. agris. terris. cultis et incultis. pratis. pascuis. campis. siluis. venationibus. aquis. aquarum decursibus. piscationibus. molendinis. uiis. et inuiis. exitibus et reditibus. censibus. vectigalibus. quesitis. et inquirendis. cum omnibus quae ullo modo dici aut nominari possunt vtilitatibus per hanc nostram imperialem kartam praefato monasterio tradendo confirmauimus ac corroborauimus. et de nostro iure atque dominio in illius ius ac dominium omnino

Digitized by Google

transfudimus. ea uidelicet ratione vt domna abbatissa. W. quae nunc praefato monasterio praeesse videtur. eique succedentes abbatissae de eadem proprietate ad usum monasterij et sanctimonialium ibidem deo seruientium cunctis temporibus deinceps liberam habeant potestatem quicquid eis placuerit faciendi. omnium hominum contradictione vel inquietudine remota. Et ut haec nostrae traditionis seu confirmationis auctoritas stabilis et inconuulsa omni perseueret acuo. hoc praeceptvm inde conscriptvm manuque propria subtvs roboratum sigilli nostri impressione iussimus insigniri. baculo quoque nostro eiusdem imperialis nostrae concessionis inuestituram eidem monasterio contulimus. baculum quoque ipsum in testimonium perpetuum ibidem reliquimus.

Signum Domni Chuonradi inuictissimi romanorum imperatoris (*Monogramma*) Augusti.

L. S.

Ovdalricus cancellarius uice Aribonis archycapellani recognouit.

Data. ij. Kalendas Maj. Indictione. xij. Anno dominicae incarnationis Mill. xxviiij. Anno autem domni Chuonradi secundi regnantis. v. Imperij uero. iij. Actvm Regenesburch FELICITER AMEN.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

b) Notae chronologicae omnes inter se conveniunt.

c) Editum ap. Ried. cod. dipl. Rat. I. 149. num. 154.

Digitized by Google

CCCXXXIII.

Anno 1030. 13. Octob. Babenberg.

Chunradus II. R. imperator Megenhardo Episcopo Wirceburgensi eiusque ecclesiae monetam, mercatum quotidianum, theloneum et totius civitatis eiusdem districtum confirmat, addito mercato annuali a XVI. Kal. Septemb. usque VIIII. Kal. eiusdem mensis.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Chvnradus diuina fauente clementia romanorum Imperator Augustus. Pvblicae rei et commvni Hominvm vtilitati in omnibus et per omnia consulendum fore censemus. et in hac quoque parte non paruam nobis aeternae retributionis mercedem profuturam fideliter credimus. Vnde notum sit omnibus tam uidelicet futuris quam praesentibus. qualiter nos per interuentum dilectissimae coniugis nostrae Gisilae imperatricis augustae. nobilissimaeque prolis scilicet Henrici regis pro petitione cari ac fidelis nostri Megenhardi. Wirzebvrgensis venerabilis episcopi. ibidem monetam publicam. naulum. mercatum cottidianum. theloneum. et totius ciuitatis eiusdem districtum. sicut fuerat ante nostra tempora constitutum. in praefati episcopi eiusque successorum potestate deinde esse concedimus. confirmamus. ac stabilimus. Insuper nos pro eiusdem fidelis nostri. ac bonae memoriae episcopi amore mercatum anuale a XVI. Kal. Septembris usque VIIII. Kal. eiusdem mensis ibidem fore permittimus. et omnibus illuc confluentibus. ibi demorantibus. inde recedentibus. pacem. legem. ac iusticiam fieri praecipimus. hocque imperiali auctoritate nostra corroboramus. Huius autem traditionis siquis uiolator existat. summam banni nostri eidem episcopo vel suis successoribus componat. Quod ne fiat. sed

Digitized by Google

potius auctoritas nostra obseruetur. hanc paginam inde conscriptam. propria manu roborantes. sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signvm domni Chvonradi Invictissimi (*Monogramma*) Romanorum Imperatoris Augusti.

L. S.

Ovdalricus Cancellarius vice Aribonis archicancellarii et Archiepiscopi recognouit.

Data anno dominicae incarnationis M. XXX. anno uero domni chuonradi secundi regnantis VII. Imperii autem IIII. Indictione XIIII. Actum Babenberg feliciter III. Id. Octobris.

a) Sigilli impressi, sed fracti, pars maxima adhaeret chartae et cum fragmento parvo adsuto exhibet figurae partem inferiorem, a pectore et utraque manu usque ad pedes imperatoris, cum tota ferme inscriptione.

b) Notae chronologicae, inter quas indictio est caesarea, concordant.

c) Ineditum, saltem latinum originale; nam germanicam versionem edidere Frisius ap. Ludewig Geſchichtſchr. von Würzb. 465. et Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 940.

Digitized by Google

CCCXXXIV.

Anno 1031. 16. Septembr. Belgari.

Chuonradus II. R. imperator Ecclesiae Wirceburgensi silvam quandam juxta Madelrichesstat (Mellrichstadt), terminis descriptam, tradit, consensu abbatis fuldensis, Ottonis comitis caeterorumque comprovincialium in eadem silva communionem habentium.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia romanorum imperator Augustus. Quanto sepius ecclesiarum bona adhibito nostra ex parte additamento cumulamus. tanto fidelius nos deo propicio imperare non dubitamus. Proinde omnium christi nostrorumque fidelium uniuersitatem scire iubemus. qualiter nos per interuentvm dilectae coniugis Gisilae imperatricis augustae. et amantissimae nostrae prolis Heinrici regis. necnon kari nostri Richhardi reuerentissimi vvldensis monasterii abbatis. quandam siluam hactenus communi compagiensium usui habitam. cuius terminus madelrichesstat incipiens. ubi Strouua et Mahelbac confluunt. sursum tendit Strouua usque Stocheim. et inde eandem aquam sursum usque Ostheim. inde Nordheim. inde Fladungon. inde quanto rectius tendi potest Skafhuson. inde Garradohuson. inde in riuulum Heripha. inde eundem riuulum deorsum usque Fohhencesheim. inde Blimareshuson. de Blimareshuson. Haselbach. inde ad Kurimbach. inde Herigozzesdal. sursum usque Uzzenhuson. et sic Mahelbah deorsum usque Madelrichesstat in fluuium Strouua. cum consensu et collaudatione praenominati abbatis. R. suique aduocati Reginhardi. necnon Ottonis comitis. caeterorumque comprouincialium in eadem silua communionem habentium. ab hinc sub forestis nomine

Digitized by Google

nomine comprehensimus (comprehendimus). ac districtionis nostrae bannum super eam. ad usum ecclesiae sancti Kiliani in uuirziburg. propter fidelissimum dilecti nostri Meginhardi seruitium. qui eidem ecclesiae praeesse uidetvr. perpetualiter habendum donauimus. Ea uidelicet ratione vt nullius professionis persona absque praetitulati episcopi licentia. successorumque eius. siue illorum quibus ipsi licentiam dandi potestatem concesserint infra praescriptvm terminvm audeat venari. laqueos tendere. pedicas abscondere. aut ullo ingenio ceruos. vel ceruas. sues. capreolos. siue aliquas feras hucusque sub banno comprehensas decipere. Si quis autem hanc districtionem nostram ausu temerario uiolare temptauerit. sciat se decem libras auri compositurum. medietatem Kamerae nostrae. et medietatem ecclesiae. cui contra decretvm imperiale ausus est dampnum inferre. Et ut haec imperialis traditio stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Chuonradi inuictissimi romanorum imperatoris (*Monogramma*) Augusti.

L. S.

Ovdalrieus Cancellarius uice Bardonis Archyepiscopi recognouit.

Data XVI. Kal. Octobris. Indictione XIIII. Anno dominicae incarnationis Mill. XXXI. Anno autem domni Chuonradi secundi regnantis VIII. Imperii uero V. Actum Belgari Feliciter amen.

a) Sigillum impressum periit, remanente loco eius cerae macula circa foramen crucis decussatae et in membrana superincumbente.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum a Schultes Geſchichte des gräfl. H. Henneberg I. 78; memoratum etiam et germanice extractum a Frisio apud Ludewig Geſchichtſchr. von Würzburg 465.

Digitized by Google

CCCXXXV.

Anno 1032. 6. Junii. Merseburg.

Chunradus II. R. imper. Meginhardo Episcopo Wirceburgensi eiusque ecclesiae privilegium immunitatis confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Chvnradus. diuina fauente clementia romanorum Imperator Augustus. Si peticionibus sacerdotum dei de his quae ad loca sanctorum iuste pertinent nostris auribus prolatis acquiescimus. regiam consuetudinem exercemus. hincque et temporalem regni nostri prosperitatem stabiliri. aeterneque uitae ianuam nobis aperiri credimus. Quapropter omnium fidelium nostrorum praesentis uel futurae (aetatis) pateat noticiae. quod Meginhardus wirziburgensis aecclesiae uenerabilis praesul quasdam cartulas nostris obtulit conspectibus. in quibus continebatur quod gloriossissimi antecessores nostri tam reges quam imperatores. Karolus. Luodowicus. arnolfus. Chunradus. Henricus. tresque Ottones. Henricus. diuae memoriae imperatores. cunctas res. tam mobiles quam inmobiles ad aecclesiam sancti saluatoris. in qua preciosus Christi martyr Kylianus. sociique eius corporaliter requiescunt. iuste et legaliter pertinentes sub immunitatis suae clypeo tuerentur. Ad hoc etiam in eisdem cartulis scriptum habebatur. quod praedicti reges siue imperatores auctoritatis suae praeceptis praefatae aecclesiae praesulibus concessissent et confirmassent. ut nullus dux. comes. vel uicecomes. uel ulla qualibet iuridicialis persona. eiusdem aecclesiae seruos. vel sclauos. siue parachos (parochos). quos bargildon dicunt. seu saxones quos nordelbinga uocant. siue caeteros accolas pro liberis hominibus. in eiusdem aecclesiae praediis manentes. qui se uel sua noualia ex uiridi silua facta. in ius. et in ditionem praedictae aecclesiae tradidissent. uel adhuc tradere uellent ad causas audiendum. vel freda exigendum. aut mansiones uel paratas

Digitized by Google

faciendum. uel ab eis ullam redibitionem requirendum. uel ad aliquod opus omnino distringendum. ullo umquam loco uel tempore audeat praesumere. vnde etiam idem uenerabilis pontifex Meginhardus nostrae dominationi supplicauit. quatinus et nos praedictarum rerum defensioni sub nostrae immunitatis susceperimus tuitionem. Cuius peticionem nostrae serenitatis aurem (aure) libenter percepimus. et ob interuentum dilectae coniugis nostrae Gisilae imperatricis augustae. et amantissimae nostrae prolis Henrici. regis. hanc nostram inmunitatem circa ipsam sedem eiusque praelatos conscribi mandauimus. in qua praecepimus. firmissimeque iussimus. quatinus cuncta ad praefatam aecclesiam pertinentia. in agris. pascuis. aedificiis. terris. cultis et incultis. seu in hominibus seruis. sclauis. saxonibus parochis. uel caeteris accolis. qui se. uel suas res eidem aecclesiae aliquo modo manciparunt. vel adhuc mancipare uolunt. cuiuscunque sint nationis cuiusue conditionis quocumque iure uiuere debeant tuta et indefensa sub nostra inmunitate liceat sine omni inquietudine permanere. nec quisque comes uel alius quis publicus iudex noster in ulla penitus re. praefatae aecclesiae homines vel res audeat ullo umquam tempore distringere vel inquietare. vel aliquam iurisdictionem. vel potestatem in toto ducatu orientalis franciae. nisi super parochos quos bargildon uocant exercere. quod ad honorem preciosissimi martyris sancti Kyliani sociorumque eius. plenitudinem beniuolentiae praedecessoris nostri. Heinrici gloriosissimi imperatoris sequentes. facere et constituere decreuimus. Et ut hoc firmum. inconuulsumque omni tempore perseueret. manu propria signum in hac quam inde iussimus carta conscribi fecimus. sigilloque nostro signare et confirmare praecepimus.

Signum domni Cunradi inuictissimi (*Monogramma*)
romanorum imperatoris Augusti.

L. S.

Udalricus Cancellarius uice Bardonis Archicapellani recognouit.

d by Google

Data VIII. Id. Jvnii Indictione XV. Anno dominicae incarnationis M.XXX.II. Anno autem domni Cunradi secundi regnantis VIII. Imperii uero VII. Actum Merseburg.

a) Sigilli impressi, sed fracti, maior pars chartae adhaeret, totam pene figuram exhibens, ac inscriptionis initium finemque, fragmento parvo inferiori perdito.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, solo excepto imperii anno, qui octo mensibus diebusque viginti anticipatus est.

c) Editum in N. Ant. Seitz Analysi sive censura brevis notitiae Ebracensis 178; synopsin eius habet Grebner hist. univ. parte II. 650.

d) Diploma hocce confirmatorium in pluribus convenit cum prioribus confirmationibus Ottonis III. 996. 15. Sept. et Heinrici II. 1012. 10. Sept.

CCCXXXVI.

Anno 1033. 26. Junii, Mersiburch.

Chuonradus II. R. imperator monasterio S. Afrae apud Augustam civitatem praedium in loco Tettinwich, in comitatu Oudalscalchi comitis situm, a Chunigunda imperatrice Augusta novissime illuc delegatum ac traditum, confirmat.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio et annus regni currentes, annus autem regni ante 3 menses completus respondent anno Chr. notato 1033.

c) Editum Mon. Boic. XXII. 167. num. 3. ex originali.

Digitized by Google

CCCXXXVII.

Anno 1033. 19. Julii, Imileb.

Chuonradus II. R. imperator Egilberto Frisingensi episcopo, filii sui, Heinrici regis, educatori, eiusque ecclesiae curtem Alarun, in marchia et in comitatu Adalberti marchionis sitam, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia romanorum imperator Augustus. Si loca venerabilia divino cultui mancipata. ob memoriam diuinae remunerationis munere nostrae consolationis benignius adaugendo ditare decreverimus. hoc non solum nobis ad regni nostri commodum. uerum et ad animae nostrae remedium salubriter prouenire credimus. Quapropter omnium christi nostrorumque fidelium praesentium scilicet et futurorum uniuersitati notum esse uolumus. qualiter nos summae divinitatis intuitu per interuentum amantissimae conjugis nostrae Gislae imperatricis augustae. nostrique dilecti filii Heinrici regis cara petitione. nec non ob assiduum fideleque seruicium Egilberti. Frisingensis aecclesiae uenerabilis episcopi. qui prae caeteris. multiplicato genere seruitutis. et nobis pro uiribus *gratanter* seruiuit. suumque servitium in hoc multipliciter adauxit. quod eundem unicum nostrum filium per nos suae fidei commendatum. Plena fide vice nostra fouit. amplectitur (amplexus est). amauit. et per omnia fideliter educauit. Tradidimus ad altare semper virginis mariae. sanctique Corbiniani nobilissimi christi confessoris. in civitate frisinga corpore quiescentis. curtem Alarun. sitam in marchia et in comitatu Adalberti marchionis. cum omnibus ad eundem locum jure ac legaliter pertinentibus. cum mancipiis utriusque sexus. cum areis. aedificiis. agris.

Digitized by Google

vineis. campis. terris cultis et incultis. pratis. pascuis. siluis. uenacionibus. aquis. aquarumue decursibus. piscacionibus. molis. molendinis. viis et inviis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. seu cum omni utilitate quae uel scribi aut nominari ullo modo potest. Eandemque curtem de nostro jure ac dominio ea ratione in ius atque dominium praefatae frisingensis aecclesiae omnino transfudimus. Et in perpetuam proprietatem donauimus. ut idem uenerabilis antistes Egilbertus et successores sui absque uiolentia ullius nostri successoris siue regis sive imperatoris. liberam posthac licentiam hanc habeant potenter possidendi. commutandi. vel quicquid indesibi saluo jure aecclesiae placuerit faciendi. Et ut haec imperialis nostrae traditionis integritas. stabilis et inconuulsa per futura annorum curricula perseueret. hoc auctoritatis nostrae preceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione insigniri jussimus. et ambo nos. ego idemque filius meus dilectus. rex videlicet Heinricus. ego ipso humiliter interueniente. ille me consentiente atque jubente. uterque in sui nominis signo manu propria subtus corroboravimus.

Signum domni chuonradi inuictissimi (*Monogramma imperatoris*) Romanorum imperatoris Augusti.

Signum domni Heinrici (*Monogramma regis*) tertii regis gloriosissimi.

Burchardus Cancellarius uice bartonis Archicapellani recognoui.

Data XIIII. Kalendas Augusti. Indictione I. Anno dominicae incarnationis millesimo. XXXIII. Anno vero domni Chuonradi secundi regnantis VIIII. imperii autem VII. Anno etiam domni heinrici regis tercii VI. Actum Imileb feliciter AMEN.

a) Appendet Bulla plumbea ex segmento coriaceo, cuius typum exhibet Meichelbeck in editione huius diplomatis Hist. Frising. I. I. 229.

Digitized by Google

b) Notae chronologicae omnes inter se conveniunt.

c) Editum ap. Hund. metrop. I. Edit. Monac. 144. edit. Ratisb. 97. Lünig spicileg. ecclesiast. II. Theil. 225. et laudat. Meichelbeck I. I. 227—229.

d) Locus quidam exesus, litteris cursivis indicatus, suppletus est ex libris copialibus.

CCCXXXVIII.

Anno 1055. 9. August. Lintburg.

Chuonradus II. R. imperator ejusque contectalis Gisila Meginhardo Episcopo Wirceburgensi, eiusque ecclesiae quandam proprietatem, Regenbach nominatam, in pago Mulgowe, in comitatu Heinrici comitis sitam, cum pertinentiis, et nominatim duos viros cum omni praedio, quod in Smalefeldon habent, debita solemnitate tradunt, subnotatis testibus.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Chuonradus diuina fauente clementia romanorum Imperator Augustus. Notum sit omnibus sanctae dei aecclesiae nostrique fidelibus presentibus scilicet ac futuris. qualiter nos simulque iucundissima contectalis nostra Gisila imperatrix uidelicet augusta. pro remedio animarum nostrarum. parentumque nostrorum. cuiusdam inmunitatis partem proprietate hereditaria ad eam pertinentem. Regenbach nominatam. sitam in pago Mulgowe. in comitatu Heinrici comitis. cum uillis. areis. aedificiis. mancipiis utriusque sexus. agris. pratis. pascuis. aquis. piscationibus molendinis. siluis. uenationibus. noualibus. cultis. et incultis. exitibus et reditibus. quaesitis. et inquirendis. seu cum omni

Digitized by Google

utilitate. quae scribi uel nominari possit. necnon singulariter et nominatim Uvolfhardum et Ratfridum. cum omnibus suis mancipiis utriusque sexus. omnique praedio quodcumque in Smalefeldon habere uidentur. cum consensu dilecti filii nostri Heinrici regis. necnon cum manu aduocati scilicet filii sui ducis Heremanni. sancto Kiliano precioso Christi martiri in Uvirzeburg requiescenti. in manum fidelis nostri Meginhardi episcopi. qui eidem praeest ecclesiae. perpetualiter in proprium habendam. traditione firmissima donauimus. Hi etiam quorum hic nomina in testimonium subscripta sunt. traditionem eandem presentes et uiderunt et audierunt. Chuono. Otto[a] et filius eius Vto. Ezzo palatinus comes et filius eius Otto. Otto de Suinvurt. Adalpertvs marchio. Eberhardus comes. Starcheri. Adalbero. Emhart. Bezelin. Sigeboto. Adalpraht. Gerhart. Cristan. Siggo. Hereman dux. Stephan. Anshalm. Radeboto. Erchambraht. Siquis autem hanc nostram traditionem in aliquo infringere temptauerit. sciat se odium dei et sancti Kiliani sociorumque eius sibi ad damnationem habiturum. et C. lib. auri medietatem camerae nostrae et medietatem praedictae aecclesiae compositurum. Quod ut uerius credatur et diligentius firmum et inconuulsum omni permaneat aeuo. cartam hanc inde conscriptam manu propria subtus firmauimus. et sigillo nostro insigniri iussimus.

Signum domni Chuonradi (*Monogramma*) Romanorum Imperatoris inuictissimi.

L. S.

Burchardus Cancellarius uice Bardonis Archicapellani recognouit.

Datum V. Id. Augusti. indictione I. anno dominicae incarnationis M. XXX. III. anno autem domni Chuonradi secundi regnantis VIIII. imperantis VII. actum Lintburg feliciter.

a) Si-

Digitized by Google

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum, memoratum tamen et brevissime extractum a Frisio ap. Ludewig Geſchichtſchr. von Wirzburg 466. et apud Grebner in parte II. histor. univ. 660.

CCCXXXIX.

Anno 1034. 21. April. Ratisponae.

Chuonradus II. R. imper. ejusque filius Henricus III. rex Episcopatum Babenbergensem, ab Heinrico II. imper. sublimatum, omnesque eius possessiones, cum omnis generis pertinentiis, confirmant.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Chuonradus diuina fauente clementia romanorum imperator Augustus. et Henricus tertius rex filius eius. In examine cuncta dei conspicientes aequale meritum credimus fore dantis et corroborantis. Credimus etiam ad imperialem nostram maiestatem pertinere totius regni curas. statumque imperii. praecipueque omnium sanctarum dei aecclesiarum commoda considerare. et omnia eisdem aduersantia sub omni festinatione abolere. ne uel graui incommoditate uilescant. uel qualibet pro nostra culpa orta occasione a pristino cultu et religione recedant. quatinus dum haec pro amore pariterque timore dei fideliter peragimus. illorum qui haec deo pio affectu contulerunt. meritis et gloria communicemus. Proinde omnibus in Christo fidelibus. scilicet tam futuris quam praesentibus notum esse uolumus qualiter ob hanc spem per interuentum dilectissime nostrae imperatricis

Digitized by Google

Giselae pro amore etiam dilecti fidelisque nostri Eberhardi. primi sanctae dei Babenbergensis Aecclesiae episcopi eundem locum a diuo imperatore Heinrico secundo antecessore nostro pro sua suorumque anima in episcopatum diuina inspirante clementia perfectae fidei. spei. karitatisque deuotione. in honorem principis apostolorum Petri. et sancti Georgii martiris sublimatum. consensu fidelium nostrorum sanctimus. et omnium contradictione remota imperialis nostrae maiestatis auctoritate corroboramus. Omnes etiam res mobiles et inmobiles eiusdem sanctae dei aecclesiae quas ipse diuus imperator pro ardore caelestis patriae ibidem larga manu contulit. ea ratione confirmamus. ut fidelis noster Eberhardvs. eiusdem loci primus episcopus eiusque in perpetuum successores secura eas tranquillitate possideant. et liberam potestatem habeant res et proprietates eiusdem aecclesiae. cum consensu cleri et populi ordinare. componere. commutare. et augmentare. Nostra quoque auctoritate sanctimus. ut in abbatiis. monasteriis. comitatibus. foris. mercatis. monetis. naulis. theloneis. castellis. uillis. uicis. areis. seruis. ancillis. tributariis. decimis. forestibus. siluis. uenationibus. piscationibus. molis. molendinis. aquis. aquarumque decursibus. campis. pratis. pascuis. terris cultis et incultis. libris. auro. argento. gemmis. uasis. ornamentis. uel aliquibus utensilibus in cultum et religionem dei ibidem collatis. et in omnibus terminis rebusque eiusdem aecclesiae. ac quicquid ad praesens illuc pertinet. uel ex his amplificari potest. nulla sit infestatio tyrannorum. nulla potestas ibi per uiolentiam irruat. nullus ibi comes. aut iudex legem facere praesumat. nisi quem per concessionem nostram uel successorum nostrorum regum scilicet et imperatorum. episcopus eiusdem loci deliberet. Sit ille episcopatus liber. et ab omni extranea et iniqua securus potestate. quatinus ibidem deo famulantes. et primi constructoris memoriam digne celebrare. nosque fautores et corroboratores possint et uelint deo precibus suis commendare. Et ut haec nostrae auctoritatis traditio firma et inconuulsa permaneat.

Digitized by Google

hoc priuilegium inde conscriptum manu propria corroborantes bullae nostrae inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Chuonradi inuic (*Monogramma*) tissimi romanorum Imperatoris Augusti.

Burchardus Cancellarius uice Pardonis Archicapellani recognouit.

Datum XI. Kal. Maii anno dominicae incarnationis M.XXX.IIII. Indictione III. Domno Chunrado regnante anno X. imperante uero VIII. Actum ratispone feliciter.

a) Appendet Bulla plumbea ex chordula serica purpurei coloris, in anteriori facie utramque imaginem, imperatoris et regis, exhibens.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, excepta indictione, quae abundat unitate.

c) Editum ap. Schannat in Vindemiis litter. II. 110. in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 13; in Deductione Bambergensi super Fürth. num. 23, in Ussermanni Histor. Episcopatus Bamberg. cod. probat. 31. num. 29.

CCCXL.

Anno 1034. 24 April. Ratisponae.

Chuonradus II. R. imperator Eberhardo Babenbergensi episcopo eiusque ecclesiae in villa Ammenberg, sita in pago Northgouue, in comitatu comitis Ottonis, districtum, mercatum, theloneum et omnia imperatoris ducisque iura donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Chuonradus diuina fauente clementia romanorum Imperator Augustus. Nouerit omnium in Christo fidelium uidelicet tam futurorum

quam presentium uniuersitas. Qualiter nos per interuentum dilectissimae coniugis nostrae imperatricis Giselae. nobilissimaeque prolis scilicet Henrici regis. pro amore etiam dilecti fidelisque nostri Eberhardi primi sanctae dei Babenbergensis aecclesiae episcopi in uilla quae dicitur Ammenberg sita in pago northcogue (northcouue) in comitatu comitis Ottonis et in omnibus appendiciis eius. districtum. mercatum. theloneum. naulum. molas. molendinas. aquas. aquarumque decursus. piscationes. uenationes. et quicquid ad nostrum ius ducisque pertinet. eidem sanctae dei Babenbergensi aecclesiae de nostro iure in proprium ius donamus. ea ratione ut idem dilectus noster Eberhardus eiusque in perpetuum successores liberam potestatem habeant leges facere et omnibus modis in eodem loco utilitates suas augere. Et ut haec nostrae auctoritatis traditio firma et inconuulsa permaneat. hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Chuonradi inuictissimi romanorum imperatoris augusti (*Monogramma*).

L. S.

Burchardus cancellarius uice Pardonis archicapellani recognouit.

Data anno dominicae incarnat. M. XXX. IIII. Indictione. III. VIII. Kal. Maii. Domno Chvonrado regnante X. Imperante uero VIII. Actum ratispone feliciter.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, excepta indictione, quae abundat unitate.

c) Editum apud Schenckl Chronik der Stadt Amberg S. 4 sequ.; memoratum etiam apud Ludewig Script. rer. Bamberg. I. 60.

Digitized by Google

CCCXLI.

Anno 1034 potius, quam 1033. 7. Maii, Radasponae.

Chonradus II. R. imperator Egilberto Frisingensi episcopo eiusque ecclesiae tres hobas regales in orientali parte, iuxta fluvium Urula, ad curtem Murun pertinentes, in comitatu marchionis Adalberti, aliaque bona contigua donat, insuper vero territorium quoddam terminis descriptum eidem episcopo confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis chonradus diuina fauente clementia romanorum Imperator Augustus. Si uenerabilia aecclesiarum dei loca alicuius doni incremento sublimare studemus. id profecto nobis nostrique regni statui liquido proficere minime diffidimus. Quapropter omnium Christi fidelium. praesentium scilicet ac futurorum nouerit uniuersitas. qualiter nos diuini amoris instinctu. pro remedio animae nostrae. ob interuentum et petitionem dilectae nostrae conjugis Gisilae imperaticis augustae. nec non Heinrici regis filii nostri. ob iuge etiam deuotumque seruitium fidelis nostri Egilberti. Frisingensis aecclesiae uenerabilis episcopi. eidem presuli suaeque acclesiae (aecclesiae) frisingensi. largiti sumus in orienti (orientali) parte iuxta fluuium Urula uocatum in comitatu marchionis Adalberi (Adalberti) cum omni lege hobas regales duas. quae Antea ad murun sui juris curtem. ibi iuxta iacentem. ex rebus regni pro beneficio concessae sunt. et insuper hobam unam regalem prope fluuium eundem inferius iacentem. quam habuit in beneficium praedictus marchio Adalpertus. et etiam in medio utrarumque partium iugera. xxx. supra dictae curti contigua. quae Aribo de Ensinburc in beneficium habuit. cum omnibus eius apenditiis (appendiciis). areis. aedificiis. exitibus et reditibus. uiis et

inuiis. cultis et incolendis. quesitis. inquirendis. agris. campis. pratis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. seu cum omnibus utilitatibus quae sic dici aut scribi possunt. easque per hanc nostram imperialem paginam. de nostro jure et dominio in eius ius et dominium transfundimus. et in proprium tradidimus. ea videlicet ratione. ut iam dictus praesul suique successores liberam. deinceps potestatem habeant in usum aecclesiae. quicquid eis placuerit faciendi. Insuper vero eidem episcopo confirmauimus ibi et cetera sui iuris bona. a termino orientali ubi liudzimannespah influit Ibisan et inde phezniza deindeque rudnicham. itemque a termino occidentali a uilla chrellindorf usque in fluuium Zuchaha et ad rudnicham. sicque ad montana carinthiam respicientia. Et ut haec nostrae donationis immo confirmationis auctoritas. stabilis et inconvulsa omni euuo (aeuo) permaneat. hoc praeceptum inde conscriptum. manu propria corroborantes sigillo nostro insigimus (insigniuimus).

Signum domni chuonradi romanorum imperatoris inuictissimi (*Monogramma*).

L. S.

Purchardus cancellarius uice bardonis archicapellani recognovi.

Data Nonis Mai. Anno dominicae incarnat. Millesimo. XXX. III. Indict. II. Anno autem domni Chovnradi secundi regnantis X. Imperantis VIII. Actum radaspone feliciter amen.

a) Sigillum impressum fractum, totum tamen et circulo ex papyro densissima (Pappendeckel) circumdatum, sicque conservatum, chartae adhaeret.

b) Indictio, annique currentes regni ac imperii respondent anno chr. 1034, unde in anno Chr. notato errore calami unitatem excidisse

Digitized by Google

oportet; anno Chr. 1034 favet insuper locus peracti negotii, etiam iuxta alias Chartas eiusdem anni hoc tempore negotiis imperialibus destinatus. Cnfr. Stenzel Geſch. D. unter den fr. K. II. 199.

c) Editum ex Originali a Meichelbeck Hist. Frising. I. I. 226 sq., erronee autem ad an. 1038. 15. Maij; in Hund. metrop. I. Edit. Monac. 145. edit. Rat. 98. et Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 226.

CCCXLII.

Anno 1035. 6. Junii. Babenberg.

Chunradus II. R. imperator Luitpoldo, ecclesiae Babenbergensis Canonico, vicum Silewize, situm in pago Ratenzgouue, in comitatu Adalberti comitis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chunradus diuina fauente clementia romanorum Imperator Augustus. Nouerit omnium dei nostrique fidelium uniuersitas. qualiter ob interuentum ac petitionem dilectissimae coniugis nostrae Gisilae imperatricis. necnon nobilissimae prolis scilicet Henrici regis. luitpoldo sanctae dei babenbergensis aecclesiae canonico quendam uicum nomine Silewize. ad nostrum imperiale ius pertinentem. situm in pago ratenzgouue. in comitatu adalberti comitis. cum areis. aedificiis. terris cultis. et incultis. pratis. pascuis. siluis. uenationibus. viis. inuiis. exitibus. reditibus. aquis. aquarum. apum (vocabulum cum praecedente puncto superfluum) que decursibus. molis. molendinis. piscationibus. quesitis. et inquirendis. et cum omnibus utilitatibus quae ullo modo uel scribi. uel quoquo modo nominari possunt. de nostro iure in eius ius firmiter habendum tradidimus. ea ratione ut idem luitpoldus liberam habeat potestatem praenominatum praedium. possidere. commutare. vel quicquid inde sibi placuerit facere. Et

vt haec nostrae traditionis auctoritas firma et inconuulsa permaneat. hanc paginam inde conscriptam. manu propria roborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Chunradi inuictissimi (*Monogramma*) Romanorum Imperatoris Augusti.

L. S.

Burchardus Cancellarius uice Pardis (Pardonis) Archicapellali (Archicapellani) recognovit.

Data anno dominicae incarnationis M. XXX. V. Indict. IIII. VIII. Id. Junii. Domno Chunrado regnante anno XI. Imperante uero VIIII. Actum Babenberg feliciter.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant, excepta Indictione, quae abundat unitate.

c) Ineditum. Desumtum ex Archivo Bambergensi.

CCCXLIII.

Anno 1036. 26. Octob. Tullide.

Chuonradus II. R. imperator mercatum in loco Cholebize, in comitatu Esiconis comitis, constituit, ipsumque mercatum cum banno, theloneo omnique lege legitimi mercati contectali suae, Gisalae imperatrici, tradit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis chuonradus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus.

Notum

Digitized by Google

Notum sit omnibvs Christi nostrique fidelibus tam futuris quam et praesentibus. qualiter nos rogatu carae coniugalis nostrae Gisalae imperatricis videlicet augustae. quoddam mercatum in loco cholebize dicto et in comitatu Esiconis comitis incaepimus (incepimus). ac omni lege et iusticia constituimus. Proinde per bannitam imperii nostri constrictionem praecoepimus (praecepimus). vt omnes idem mercatum querentes adeundo et redeundo. firma pace fruantur et securitate. Quo facto. hoc ipsum mercatum per imperiale (imperii) nostri praeceptum praescriptae contectali nostrae imperatrici banno. teloneo. necnon cum omni lege ac iusticia. quae in omni legitimo solent haberi mercato in proprium tradidimus. Et vt haec nostrae traditionis constutionis (constitutionis)que auctoritas. stabilis et inconvulsa omni permaneat aeuo. hanc paginam inde conscriptam subtusque manu propria confirmatam. Sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Chuonradi Romanorum imperatoris inuictissimi (*Monogramma*).

L. S.

Burchardus cancellarius uice Pardonis Archicapellani recognoui.

Datum. VII. Kal. Nov. Anno dominicae incarnationis Mill. XXX. VI. Indictione. VI. Anno autem domni chuonradi secundi regnantis XIII. Imperantis vero. VIIII. Actum Tullide feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Ex notis chronologicis annus regni currens, et annus imperii ante septem menses completus respondent anno chr. notato 1036; sed Indictio errore calami duobus annis abundat.

c) Ineditum, ex Archivo Bambergensi; confr. diploma Heinrici III. an. 1043. 30. Nov.

Digitized by Google

CCCXLIV.

Anno 1039. 1. Maii, Noviomagi.

Chuonradus II. R. imper. Biligrimo Comiti regalem mansum in loco Metemenhaa, in pago Matgouue, in comitatu eiusdem Biligrimi situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia romanorum Imperator Augustus. Omnium Christi nostrique fidelium tam futurorum quam praesentium sciat industria. qualiter nos ob interuentum ac petitionem dilectissimae contectalis nostrae Gisilae imperatricis Augustae. necnon unicae prolis nostrae Heinrici regis Burgundionum. fideli nostro comiti Biligrimo regalem mansum. in loco Metemenhaa dicto. in pago Matgouue. in comitatu eiusdem Biligrimi situm. cum omnibus ad eundem mansum pertinentibus. in proprium tradidimus. cum areis. edificiis. mancipiis utriusque sexus. agris. terris cultis et incultis. pratis. pascuis. campis. siluis. uenationibus. aquis aquarumue decursibus. molis. molendinis. piscationibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quesitis et inquirendis. seu cum omni utilitate quae ullomodo inde prouenire poterit. eo nimirum tenore. ut praescriptus Biligrim de eodem manso liberam deinceps habeat potestatem tenendi. tradendi commutandi precariandi uel quicquid sibi placuerit inde faciendi. Et ut haec traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni tempore perseueret. hoc praeceptum inde conscriptum. manuque propria roboratum. sigilli nostri impressione precepimus insigniri.

Signum domni Chuonradi inuictissimi (*Monogramma*) Romanorum Imperatoris Augusti.

Theodericus Cancellarius uice Pardonis Archicapellani recognouit.

L. S.

Digitized by Google

Data Kal. Maii. Indict. VII. Anno dominicae incarnationis M. XXX. VIIII. anno autem domni Chuonradi secundi regnantis XII. Imperantis vero XIII.

Actum Nouiomago feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum, bene conservatum ac optime expressum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Edidit Schultes histor. Schriften II. 340. ex Archivo Bambergensi.

CCCXLV.

Anno 1039. 10. Julii, Mogontiae.

Heinricus III. rex Episcopatum Babenbergensem, a divo Heinrico II. Imperatore fundatum, omnesque eius possessiones et cuiuscunque generis pertinentias confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. In examine cuncta dei conspicientis aequale meritum credimus fore dantis et corroborantis. Credimus etiam ad regalem nostram maiestatem pertinere. totius regni curas. praecipueque omnium sanctarum dei aecclesiarum commoda considerare. et omnia eisdem aduersantia sub omni festinatione abolere. ne uel graui incommoditate uilescant. uel qualibet pro nostra culpa orta occasione a pristino cultu et religione recedant. quatinus dum haec pro amore pariterque timore dei fideliter peragimus. illorum qui haec pio affectu deo contulerunt meritis et gloria communicemus. Proinde omnibus in christo fidelibus scilicet tam futuris quam praesentibus notum esse uolumus qualiter ob hanc spem per interuentum dilectissimae matris nostrae Giselae imperatricis augustae. pro amore etiam dilecti fidelis-

Digitized by Google

que nostri Eberhardi primi sanctae dei Babenbergensis aecclesiae episcopi. eundem locum a diuo imperatore Heinrico secundo pro sua suorumque anima in episcopatum diuina inspirante clementia perfectae fidei. spei. karitatisque deuotione. in honorem principis apostolorum Petri et sancti Georgii martiris sublimatum. consensu fidelium nostrorum sanctimus. et omnium contradictione remota regalis nostrae maiestatis auctoritate corroboramus. Omnes etiam res mobiles et immobiles eiusdem sanctae dei aecclesiae quas ipse diuus imperator pro ardore caelestis patriae ibidem larga manu contulit. ea ratione confirmamus. ut fidelis noster Eberhardus eiusdem loci primus episcopus eiusque in perpetuum successores secura eas tranquillitate possideant. et liberam potestatem habeant res et proprietates eiusdem aecclesiae. cum consensu cleri et populi ordinare. componere. commutare. et augmentare. Nostra quoque auctoritate sanctimus. vt in abbatiis. monasteriis. comitatibus. foris. mercatis. monetis. naulis. theloneis. castellis. uillis. uicis. areis. seruis. ancillis. tributariis. decimis. forestibus. siluis. uenationibus. piscationibus. molis. molendinis. aquis. aquarumque decursibus. campis. pratis. pascuis. terris cultis et incultis. libris. auro. argento. gemmis. uasis. ornamentis. uel aliquibus utensilibus. in cultum et religionem dei ibidem collatis. et in omnibus terminis rebusque eiusdem aecclesiae. ac quicquid ad praesens illuc pertinet. uel ex his amplificari potest. nulla sit infestatio tyrannorum. nulla potestas ibi per uiolentiam irruat. nullus ibi comes. aut iudex legem facere praesumat infra urbem praeter episcopum eiusdem loci. omnis possessio famulantium ibi deo pro emunitate habeatur. Sit ille episcopatus liber. et ab omni extranea et iniqua securus potestate. quatinus ibidem deo famulantes. et primi constructoris memoriam digne celebrare. nosque fautores et corroboratores possint et uelint deo precibus suis commendare. Et ut haec nostrae auctoritatis traditio firma et inconuulsa permaneat. hoc priuilegium inde

Digitized by Google

conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici regis in (*Monogramma*) uictissimi.

L. S.

Theodericus cancellarius uice pardonis Archicapellani recognouit.

Datum VI. Idus Julii. Anno dominicae incarnationis MXXXVIIII. Indictione VII. Anno autem domni Heinrici tertii ordinat. XII. regni autem I. Actum Mogontiae Feliciter Amen.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum a Gretser in Ludewig Script. rer. Bamberg. 294 et apud eund. Ludewig 1283. Lünig spicileg. eccles. II. Theil 13. Heyberger Codex Probat. ad Deduct. Bamberg. super Fürth. num. 24.

d) Haec confirmatio eiusdem fere tenoris est cum priori an. 1034. 21. April.

CCCXLVI.

Anno 1039. post 4. Novembr. verisim. Ratisbonae.

Heinricus III. rex Nitgero Frisingensi episcopo eiusque ecclesiae omnes possessiones, in quacunque provincia regni sui, sive quocunque pago, marchia vel comitatu sitas, cum universi generis pertinentiis, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Si erga domus dei nostrae liberalitatis munificentiam piis incitati studiis ostenderimus. et oportuna terreni commodi more imperiali seu regali eis

Digitized by Google

conferimus suffragia. non solum ad temporalem regni diuinitus nobis collati profectum. uerum et ad aeternitatis gloriam feliciter optinendam. hoc nobis multum producere liquido credimus. simulque patrociniis sanctorum nos inde beari atque tueri non ambigimus. Idcirco omnibus christianae religionis fidelibus praesentibus scilicet patescat ac futuris. quoniam reuerendus NITGERVS. sanctae frisingensis aecclesiae presul. nostram adiit celsitudinem. obnixe supplicans. ut pro stabilitate eiusdem sacrosanctae aecclesiae. uniuersas res liberalitate piae memoriae antecessorum nostrorum imperatorum scilicet siue regum. a primo consecrationis suae tempore usque modo eidem concessas. et quicquid religiosa nobilium personarum vel ignobilium traditione. seu commutatione. siue coemptione aliqua in ius ac in uestituram eiusdem aecclesiae in praesenti collatum dinoscitur. per nostrae regalis renouationis praeceptum sibi roborare atque confirmare dignaremur. totamque aecclesiae facultatem in tutelae nostrae singulare patrocinium. mundiburdium. atque defensionem habuissemus commendatam. At nos gratuita benignitate. religiosis eius petitionibus pro christi honore et sanctae genitricis suae semper virginis mariae ueneratione assensum praebentes. nec non nobis dilecti DIEMARI. salzburgensis ecclesiae archiepiscopi. et aliorum tam uenerabilium episcoporum. quam reliquorum conspectui nostro assistentium procerum intercessioni pie annuentes. iure auctoritatis nostrae ad praefatam aecclesiam nomine sanctae dei genitricis dedicatam. ubi electus dei confessor corbinianus corpore quiescit. pro antecessorum nostrorum et animae nostrae remedio. ac diuturna profectus nostri felicitate aeternaliter in proprium donamus. roboramus. ac renouando confirmamus. quicquid ad praedictam sanctam et matricem aecclesiam hactenus pertinebat. et quicquid moderno tempore eadem aecclesia in uestitura rite retinet. in quacumque uidelicet prouincia regni nostri. siue quocunque pago. aut marchia. uel comitatu situm sit. cum monasteriis. aecclesiis decimatis. siue absque

Digitized by Google

decima. cum castelis vel vicis. cum curtis. et casis. aliisque aedificiis. familiis. et utriusque sexus mancipiis. parschalchis. Sindmannis. hengistfuotris. censibus ac capiticensibus. agris. campis. uineis. terris cultis et incultis. noualibus. vel siluis ad noualia extirpandis. pratis. paludibus. pascuis. compascuis. montibus siluis. materiae ac lignorum incisionibus. forestis. uenationibus. mercatis. teloneis. et percussura proprii nomismatis. salinis. et sartaginibus. ac locis sartaginum. aquis aquarumque decursibus. piscationibus. stationibus. id est gistellis piscium quos husones dicimus. molinis. molendinarumque locis. pontibus. uectigalibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. Haec omnia in omnibus ad ipsum frisingense episcopium legaliter pertinentia. per hoc auctoritatis nostrae preceptum in ius et potestatem sacrosanctae christi matris aecclesiae praefatae donamus. tradimus. et confirmando renouamus. Eo rationis tenore. ut iam dictus honorabilis episcopus NITGERVS. eiusque successores liberam pro utilitate eiusdem sanctae dei aecclesiae perenniter habeant potestatem quicquid inde uoluerint faciendi absque ullius molestia. Et ut haec auctoritas nostra per cuncta labentis mundi curricula firmiore solidetur stabilitate. manu nostra subter eam roborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Theodericus cancellarius uice Bardonis archicapellani recognouit.

Data Indict. VII. Anno dominicae incarnat. MXXXVIIII. Anno autem domni HEINRICI tercii ordinationis XII. regnantis uero. I. Actum feliciter AMEN.

a) Sigilli impressi, sed fracti, non extat nisi exigua pars, caput adhuc et pectus regis exhibens.

Digitized by Google

b) Dies, mensis et locus peracti negotii non sunt expressi, spatium tamen vacuum illis est relictum. Notae reliquae chronologicae conveniunt anno notato 1039 ab obitu Chonradi II. imp. 4. Jun. usque ad finem eiusdem anni. Observante autem Meichelbeck hist. Fris. I. I. 237. Nitgerus episcopus, cui datum est hoc instrumentum, non successit ante 4tam Novembris, qua praedecessor eius obiit.

c) Editum ex Originali a Meichelbeck H. Fris. I. I. 236 sq.; ex copia interpolata ab Hund. metrop. I. Edit. Monac. 147. edit. Rat. 99. et Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 226., ubi interpolatus est dies II. Idus Maii siv. 14. Maii, unde Stenzel Gesch. D. unter den fr. K. II. 207. hoc instrumentum ad. an. 1040. pertinere autumat, quod rectius ad ultimos dies Decembris referri potest, quando rex in Bavaria et quidem Ratisbonae versabatur. Cnfr. idem Stenzel l. c. Interpolatio diei praedicta nondum occurrit in codice l. copiali f. 6. sed primum in Cod. II., an. 1187. exarato, fol. 112.

CCCXLVII.

Anno 1040. 1. Januar. Radisponae.

Heinricus III. rex monasterium in loco Eberesberhc, in comitatu Steinheringa, ab Adalberone comite fundatum, in suam immunitatem recipit, quod post obitum fundatoris fratrisque eius Eberhardi liberam habeat potestatem subrogandi advocatum et eligendi abbatem.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Qui suis prediis rebusque possessionis suae aliis. licet caducis diuino cultu sanctorumque ob commemorationem ditauerit aecclesias. in hac et in aeterna vita speret. sibi premia permansura. Quapropter omnes sanctae dei aecclesiae fideles tam presentes quam futuri noscant. nostrique successores aequae (aeque) comperiant. qualiter quidam nobilis comes nomine Adalbero. consentiente uxore sua

Digitized by Google

sua Rihelinda. christum hereditatis suae desiderans. fieri possessorem. quoddam monasterium monachorum ad regulam sancti BENEDICTI. in honorem uero sancti SEBASTIANI martyris. in loco nomine EBERESBERHC. in comitatu STEINHERINGA. de predio et de collaborato suo fundauit. et pro suo libitu deo asspirante perfectum. sanctique SEBASTIANI. ministerio et nomini dedicatum. in nostram potestatem libertandi gratia transfudit. et suae suorumque proprietati ac potestati deinceps in futurum eo tenore abalienauit. quatinus post acceptam nostrae immunitatis cartam idem ipse praefatus Aalbero. fraterque eius Eberhardus. si superuixerit ius aduocati legitimum omnibus diebus uitae suae in eodem tantum monasterio retineant. post obitum uero illorum idem monasterium ex integro in potestatem abbatis et monachorum ibidem deo sub regula Sci. BENEDICTI commilitantium reuertatur. quatinus abbas eiusdem loci sub nostra successorumque nostrorum munificentia liberam habeat potestatem aduocatum quem sibi necessitas et utilitas dictauerit subrogandi. Congregatio autem monasterii per successiones temporum liberam habeant (habeat) electionem. abbates regulares iuxta decretum SCI. BENEDICTI sine omnium contradictione substituendi. Justis igitur praedictorum militum petitionibus annuentes. eo quo rogauerant tenore praefatum monasterium cum monachis et omnibus ibidem in praesens collatis uel in posterum conferendis in nostram immunitatem recepimus. et hoc regali praecepti nostri libertate donatum. et perpetuo confirmatum. nostrae manus subscriptione roborauimus. et in aeternae memoriae testimonium. sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici tercii (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Theodericus cancellarius uice Bardonis Archicapellani recognouit.

Data Kal. Jan. Indict. VIII. Anno dominicae incarnationis mill. XL. Anno autem domni HEINRICI tercii. ordinationis XII. regnantis uero. I. Actum Radisponae feliciter Amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum ap. Hund. metrop. II. edit. Monac. 375. edit. Ratisb. 191. ex eo ap. Scheid Orig. Guelf. II. 252.

d) Desumtum ex arch. monast. Ebersperg.

CCCXLVIII.

Anno 1040. 16. Januar. Augustae.

Heinricus III. rex, Popponi episcopo Brixinensi eiusque ecclesiae praedium quoddam, a fluuio Vistriza usque ad curtem Veldes se extendens, cum silva Leschahe, in marchia Creina, in comitatu Eberhardi marchionis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnium Christi nostrique fidelium presentium scilicet ac futurorum noscat uniuersitas. qualiter nos pro aeterna memoria patris nostri Chuonradi imperatoris augusti. nostraeque animae remedio. Popponi uenerabili uiro scilicet episcopo Brixiensis (Brixinensis) ecclesiae in honorem sancti Cassiani martiris constructae. quoddam nostri iuris predium. infra terminum qui subscribitur. a fluuio qui dicitur vistriza usque ad curtem prescriptae aecclesiae. ueldes nominatam cum silua quae Leschahe nuncupatur in marchia Creina in comitatu Eberhardi marchionis situm. cum

Digitized by Google

omni pertinentia in proprium tradidimus. cum areis. aedificiis. agris. terris cultis et incultis. pratis. pascuis. campis. siluis. uenationibus. aquis aquarumue decursibus. molis. molendinis. piscationibus uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quesitis et inquirendis. seu cum omni utilitate quae ullo modo inde poterit prouenire. Eo nimirum tenore. ut praescriptus episcopus suique successores de eodem praedio liberam deinceps habeant potestatem. tenendi. commutandi. uel quicquid sibi ad utilitatem praelibatae aecclesiae inde placuerit faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas. stabilis et inconuulsa per futura annorum curricula permaneat. hoc preceptum inde conscriptum. subtusque manu propria confirmatum. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Heinrici tertii (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Theodericus cancellarius uice Bardonis Archicapellani recognouit.

L. S.

Data xvij. Kalend. Febr. Indictione vijj. Anno dominicae incarnationis mill. xlmo. Anno autem domni Heinrici tercij ordinat. xij. regni uero. i. Actum Augustae feliciter Amen.

a) Sigillum impressum illaesum, in copia memoratum; nam Originale archivo caesareo Austriaco redditum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum.

Digitized by Google

CCCXLIX.

Anno 1040. 16. Januar. Augustae.

Heinricus III. rex Popponi episcopo Prixenensi eiusque ecclesiae abbatiam Tisentinensem, sitam in pago Curiensi, et comitatum in valle Enica, prius a patre suo Chuonrado II. imperatore illi concessum, et clusam sub Sabione, omnesque possessiones confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Rex. Si ecclesiarum dei constitutiones stabilire studuerimus. id ad nostri regni statum et ad animae nostrae remedium proficere minime dubitamus. Quocirca notum sit omnibus sanctae dei ecclesiae fidelibus presentibus scilicet ac futuris qualiter Poppo venerabilis episcopus sanctae prixenensis ecclesiae in honore sanctorum martyrum cassiani et ingenuini dedicatae nostram humiliter exorauit clementiam. quatinus pro dei amore nostraeque animae remedio sibi suaeque ecclesiae abbatiam tisentinensem sitam in pago curiensi. nec non comitatum situm in ualle enica ab eo termino qui tridentinum a prixenense diuidit episcopatum et clusam sitam sub sabione. foresta. omnesque eiusdem ecclesiae possessiones quas ipsa ecclesia olim per precepta regum siue imperatorum usque nunc uisa est possidere nostro sibi precepto consolidaremus atque confirmaremus. Cuius dignis peticionibus aures nostrae dapsilitatis accomodantes. corroboramus. atque per huius regalis precepti paginam in perpetuum confirmamus praefato Popponi episcopo suaeque ecclesiae ejusque rectoribus qui pro tempore fuerint. praescriptam abbatiam. et predictum

Digitized by Google

comitatum quem felicis memoriae pater noster Chuonradus imperator augustus eidem ecclesiae concessit prelibatam clusam cum theloneo. foresta. omnesque eiusdem ecclesiae possessiones quas ipsa ecclesia usque nunc uisa est possidere. ea uidelicet ratione. ut praefatus episcopus suique successores liberam habeant potestatem quicquid eis placuerit faciendi ad ecclesiae suae utilitatem. Et ut haec nostrae corroborationis auctoritas firmior omni habeatur tempore hoc preceptum inde conscriptum manu propria confirmauimus et sigillo nostro insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici tertii gloriosissimi (*Monogramma*) atque inuictissimi regis.

Dietiricus cancellarius uice Parthonis archiepiscopi et archicancellarii recognouit.

L. S.

Data xvij. Kalend. Febr. Indict. viij. Anno dominicae incarn. mill. xlmo. Anno autem domni Heinrici tercii ordinationis xij. regni uero. i. Actum Augustae feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum notavit Copia, unde ista desumta sunt; nam Originale archivo caesareo Austriaco redditum est.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Frhr. v. Hormayr Beyträgen zur Gesch. der Grafschaft Tirol I. Bd. II. Abth. 46. num. 15.

Digitized by Google

CCCL.

Anno 1040. 17. Januar. Augustae.

Heinricus III. rex monasterio Scti Mauritii (Niederaltach) ecclesiam in Nortwalde, a Guntherio monacho constructam, Rimichinaha dictam, bonaque illuc pertinentia, in Sweinikgouva, in comitatibus Adalberti marchionis et Dieotmari praesidis sita, tradit, terminosque antiquos hocce diplomate designat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnes aecclesiae filios opere precium est laetari dei seruitium usquam terrarum amplificari. Ubi enim omnipotentis laudi aliquid contrahitur. Ibi aduersariae potestati detrahitur. Volumus igitur fidelibus notum esse. modernis temporibus dei seruitium per ipsius prouidentiam in nostro regno accreuisse. unde constet hostem antiquum doliturum esse. Magnifico heinrico regnante. Nobilis quidam Guntherius diues terrenarum rerum. mundialia sponte deseruit. Ac sub potestate deo digni Gotehardi abbatis altahensis. monachicae conuersationi se inseruit. Hic in monasterio aliquandiu laudabiliter conuersatus. diuino instinctu heremi secreta concupiuit. Et a predicto abbate accepta benedictione. consentiente regis Heinrici collaudatione. heremum nortuualt intrauit. Hancque non ociosus heremita colere coepit. Diuina siquidem gratia cooperante. in eadem heremo aecclesiam construxit. Et hanc in honore Sancti iohannis baptistae per patauiensem episcopum consecrari impetrauit. ibique fratres regulam sancti benedicti obseruantes subrogauit. Heinrico itaque imperatore defuncto. atque Chuonrado imperij regimine dei gratia

Digitized by Google

functo. licentiam accepit in idipsum ab eo. Cartam etiam ab eo regalem obtinuit. quae bona inibi ab eo acquisita et acquirenda sibi confirmauit. Ipso etiam beatae memoriae Chuonrado parente nostro uita excedente. Idem Guntherius pro meritorum Probitate. amicabiliter usus est nostra familiaritate. Proinde mansuetudinem nostram rogauit. quatinus aecclesiam prefatam ad titulum sancti mauricii altaha nostrae potestatis auctoritate traderemus. quod et fecimus. Unde scire uolumus fideles presentes atque futuros. qualiter nos predicti Guntheri rogatione. atque fidelissimorum nostrorum Interuentione. Bobbonis patriarchae aquileiensis. Dieotmari archiepiscopi Juuauensis. Berengeri batauiensis. Brunonis Wirziburgensis. Nithardi leodicensis. Heriberti Eihstadensis. aecclesiam in nortuualde a Guntherio constructam. Rimichinaha dictam. ad monasterium sancti Mauricij. In potestatem Ratmundi Abbatis. ac successorum eius consignauimus atque tradidimus. Cum omnibus appendiciis. ad eundem locum pertinentibus. Cum areis. aedificiis. agris. Terris. Cultis. et incultis. pratis. pascuis. campis. siluis. venationibus. piscationibus. aquis. aquarumue decursibus. molis. molendinis. viis et inviis. Exitibus et reditibus. mobilibus. et inmobilibus. quaesitis et inquirendis. sev cum omni utilitate quae ullo modo inde poterit prouenire. Ita. ut nemo vlterius absque altahensis abbatis licentia. potestatem habeat noualia faciendi. piscandi. aut ullo ingenio feras decipiendi. Eo scilicet pacto. ut neque prefatus abbas Ratmundus. nec aliquis successorum eius potestatem habeat regularem uitam ibi destruere. Bona uero ista in suesnilkgouva (sueinilkgouva) sunt sita. In comitatibus Adalberti marchionis. et Dieotmari presidis. inclusa terminationibus istis. A loco ubi aqua Leipflivsa cadit super viam. quam sepe dictus Guntherius monachus nouiter preparauit. Et sic deorsum per leipflivsam usque in aquam Rimichinaha. et sic per rimichinaha sicut terminatum est usque in Wollenbah. Et ita per decursum Wollenbah usque in metamam. Et per descensum eiusdem aque. usque ad locum

Digitized by Google

vbi forehenbah influit eandem metamam. et de forehenbah ut subterminatum est usque in sala. Et sic deorsum per sala. usque in flumen Regin. et per descensum Regin fluminis. vsque in illam Piperaha quae duarum piperaha media interfluit. et sic sursum per eandem Piperaha usque ad lacum qui est in monte Hadavuit. Et inde sicut intercisum est usque in exortum svuarzahae. Et sic inde usque in buochinberk. Et inde vt modo determinatum est vsque ad locum vbi khelbirisbah cadit in album Regin. Et ita per album Regin usque in afoltresberk. Et inde ad magnum lapidem qui ex orientali plaga prope stratam iacet quae in bavariam tendit. Et sic per stratam et super nigrum Regin usque ad eandem nouam uiam. a Guntherio monacho preparatam. Et sic per uiam usque in Leipflivsam. Et ut haec auctoritas nostrae donationis inuiolabilis in secula permaneat. subtus eam manu propria roborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Heinrici tercij (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Theodericus Cancellarius uice Bardonis archicapellani recognouit.

Data xvj. Kal. FEB. Indict. viij. Anno dominicae incarnat. mill. xl. Anno autem domni HEINRICI tercij ordinationis xij. regnantis uero. 1. Actum Augustae feliciter Amen.

a) Sigillum impressum fractum quidem, ast totum adhuc et pro conservatione circulo ex Orichalco circumdatum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum, sub hac saltem forma, cum tali nimirum limitum descriptione, qua fere sola differt ab alio instrumento eiusdem anni ac diei edito in Hund. metr. II. Edit. Mon. 39. ed. Rat. 26. Lünig spicileg.

Digitized by Google

spicileg. eccl. II. Theil. 492. Mon. Boic. XI. 146 sq. Notandum vero hoc instrumento inedito confirmari limites, quales locus Rinchna iam an. 1029. 1. Januar. sive tempore primae confirmationis habuit, uti conferenti utrumque instrumentum patebit; altero autem instrumento illi superaddito noviores limites eiusdem loci continuata runcatione factos ac, ut videtur, in aliquibus partibus dilatatos, aeque a rege Heinrico confirmatos fuisse, pro petitione nimirum impetrantium, ac neutrum horum instrumentorum suppositionis aut falsitatis posse redargui, cum neutri quidquam suae perfectionis desit.

CCCLI.

Anno 1040. 17. Januar. Augustae.

Heinricus III. rex monasterio Scti Mauritii (Niederaltach) ecclesiam in Nortwald, a Guntherio monacho constructam, Riminchinhaha dictam, bonaque illuc pertinentia, in Suuenikouua, in comitatibus Adalberti marchionis et Diotmari praesidis sita, tradit, terminosque noviores hocce diplomate designat.

a) Sigillum impressum illaesum, ast pro conservatione circulo ex orichalco circumdatum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metr. II. Edit. Mon. 39. ed. Rat. 26. Lünig spicilegio eccles. II. Theil. 492. Mon. Boic. XI. 146 sq. n. 30. ubi p. 149. n. 32. etiam habetur versio germanica antiquissima ex Cod. Hermanni med. saec. XIII. fol. 134. indicata in marg. fol. 85. sive copiae huius diplomatis.

d) Praeter descriptionem limitum vix differt hoc instrumentum ab alio eiusdem anni et diei inedito. Notandum vero hocce instrumento

confirmatos esse limites, quales fuerant tempore dati instrumenti, dilatatos nimirum nova runcatione inde ab anno 1029. 1. Jan. sive a prima confirmatione facta, quin alterutrum instrumentorum possit fraudis aut falsitatis insimulari, cum neutri quidquam suae persectionis desit, v. g. monogramma ac sigillum.

CCCLII.

Anno 1040. 18. Januar. Augustae.

Heinricus III. rex Nitkero episcopo Frisingensi eiusque ecclesiae curtem Alarun, in marchia et comitatu Adelberti marchionis sitam, donat atque confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus. diuina fauente clementia rex. Si loca uenerabilia. diuino cultui mancipata. ob memoriam diuinae remunerationis. munere nostrae consolationis benignius adaugendo ditare decreuerimus. Hoc non solum nobis ad regni nostri commodum. uerum et ad anime nostrae remedium salubriter prouenire credimus. Quapropter omnium Christi nostrorumque fidelium. praesentium scilicet et futurorum uniuersitati notum esse uolumus. qualiter nos summae diuinitatis intuitu. per interuentum nobis dilectissimi Sigibotonis. sanctae videlicet spirensis aecclesiae uenerabilis episcopi. necnon ob assiduum fideleque seruitium domni Nitkeri. frisingensis aecclesiae praesulis celeberrimi eadem scilicet beniuolentia et auctoritate. qua similiter fecit et ante me beatae memoriae dominus genitorque meus. pius. et per omnia catholicus. chuonradus siquidem imperator augustus. qui me interpellante. in idipsum etiam consilio et re conspirante. cartam constitutionis eiusdem. immo haec eadem continentem. manu propria roborando. omnique lege confirmando.

Digitized by Google

in ius frisingensis aecclesiae tradidit. nos pariter animo nihilominus uolenti tradidimus et concessimus. ad altare semper uirginis marie. sanctique Corbiniani nobilissimi Christi confessoris. in ciuitate frisinga corpore quiescentis, Curtem Alarun. sitam in marchia et in comitatu Adelberti marchionis. cum omnibus ad eundem locum jure ac legaliter pertinentibus. cum mancipiis utriusque sexus. cum areis. aedificiis. agris. uineis. campis. terris cultis et incultis pratis. pascuis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumue decursibus. piscationibus. molis. molendinis. viis et inviis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. seu cum omni utilitate quae vel scribi aut nominari ullo modo potest. Eandemque curtem in jus atque dominium prefatae Frisingensis aecclesiae ea ratione omnino transfudimus. et in perpetuam proprietatem donauimus. ut idem uenerabilis antistes Nitkerus et successores sui absque violentia ulli (ullius) nostri successoris siue regis siue imperatoris. liberam posthac licentiam hanc habeant potenter possidendi. commutandi. vel quicquid inde sibi saluo iure aecclesiae placuerit faciendi. Et ut haec regalis nostrae traditionis integritas. stabilis et inconuulsa per futura annorum curricula perseueret. hoc auctoritatis nostrae praeceptum inde conscriptum. sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici tertii (*Monogramma*) regis invictissimi.

L. S.

Theodericus cancellarius uice bardonis archicapellani recognoui.

Data xv. kal. febr. Indict. viii. Anno dominicae incarnationis m. xl. Anno uero ordinationis domni heinrici tercii xii. Regnantis autem i. Actum Augustae feliciter amen.

Digitized by Google

a) Sigilli impressi, sed fracti, unicum fragmentum chartae adhaeret, partem inscriptionis et sedis exhibens.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Meichelbeck hist. Fris. I. I. 237. ad hunc diem; sed erronee ad diem XV. Kal. Septemb. in Hund. metr. I. Edit. Monac. 148. edit. Rat. 100. et Lünig spicilegio eccles. continuat. I. 517.

CCCLIII.

Anno 1040. 19. Januar. Augustae.

Heinricus III. rex Eberhardo episcopo Babenbergensi ancillam Sigelam, de Radispona oriundam, villae Eringen incolam, cum tota eius posteritate, tradit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnium Christi nostrique fidelium presentium scilicet ac futurorum nouerit uniuersitas qualiter nos quandam nostri iuris ancillam nomine Sigelam. de Radispona oriundam Rvozonis filiam s. (scilicet) uillae quae dicitur Eringen incolam cum filiis suis totaque posteritate eorumdem Uenerabili uiro Eberhardo Babenbergensis aecclesiae episcopo per hoc regale praeceptum in proprium tradidimus. Eo nimirum tenore ut prenominatus episcopus de eisdem mancipiis liberam deinceps habeat potestatem tenendi tradendi uel quicquid sibi placuerit inde faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas per cuncta temporum curricula stabilis et inconuulsa permaneat hanc cartam inde conscriptam manuque propria roborantes sigillo nostro iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Theodericus Cancellarius uice Pardonis Archicapellani recognouit.

Digitized by Google

Data XIIII. Kal. Februarii Indictione VIII. Anno dominicae incarnationis Mill. XL. Anno autem domni Heinrici tercii ordinationis XII. regni uero I.

Actum Augustae feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum et bene expressum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ap. Schultes hiſtor. Schriften II. 341. Ried. cod. diplomat. Ratisb. I. 151. n. 158.

CCCLIV.

Anno 1040. 2. Martii, Rotwilae.

Heinricus III. rex Augustensi ecclesiae praedium in villa Scerdistein, in pago Cuningessundera, in comitatu Sigifridi comitis situm, ab antecessore suo, Ottone III. illuc traditum, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. regiae dignitatis pium et iustum officium est ecclesias dei exaltare et eas in omnibus quibus indigent sua munificentia sublimare. Proinde omnium fidelium nostrorum nouerit deuota praesens et futura multitudo. qualiter nos ob minime denegandam peticionem carae genitricis nostrae Gisilae. uenerandae imperatricis augustae. nec non interuentum brunonis nostri consanguinei. sanctae wirceburgensis aecclesiae honorandi episcopi sanctae augustensi aecclesiae cui eberhardus uenerabilis praesul modo decenter praesidet tale praedium quale tercius otto noster antecessor ob uotum et dilectionem animae suae adalheidis. imperatricis

Digitized by Google

augustae. et carae amitae suae Mathildis quitiliburgensis aecclesiae abbatissae. in uilla scerdistein nominata. in pago cuningessundera nuncupato. ac comitatu sigifridi comitis sita in proprium eidem aecclesiae tradidit. renouando et per precepti nostri paginam stabiliendo corroborauimus. Ea uidelicet ratione. ut iam nominata aecclesia deinceps uinum habeat ad celebranda missarum sollemnia. in memoriam nostri. praedecessorumque nostrorum uidelicet trium ottonum. et heinrici consanguinei nostri. imperatoris augusti. nec non piae memoriae chuonradi patris nostri. imperatoris augusti. cum omnibus utilitatibus ad id praedium rite pertinentibus. in mancipiis. utriusque sexus. areis. aedificiis. terris. cultis. et incultis. agris. pratis. pascuis. campis. uineis. siluis. uenationibus. inpinguationibus. decimis. aquis. aquarumue decursibus. piscationibus. molendinis. uiis. et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis. et inquirendis. cunctisque aliis appendiciis quae adhuc dici possunt. Et ut haec nostrae renouationis et confirmationis auctoritas cunctis fidelibus firmior et stabilior dehinc habeatur. precepti nostri paginam inde conscriptam. sigillique nostri impressione subsignatam. manu propria ut infra uidetur corroborauimus.

Signum Domni Heinrici tertij (*Monogramma*) regis invictissimi.

L. S.

Theodericus Cancellarius uice Bardonis Archicapellani recognoui.

Data. VI. nonas martii Indictione VIII. Anno dominicae incarnationis Millesimo XLmo. Anno autem domni heinrici regis tertii ordinationis XIJ. regnantis I. Actum rotuuile feliciter. amen.

Digitized by Google

a) Sigillum impressum fractum, cuius pars maxima chartae adhaerens totam adhuc figuram regis cum initio et fine inscriptionis exhibet.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum a Spieß in den Aufklärungen 221. extractum autem a Braun Geſchichte d. Biſch. v. Augsb. I. Band. 369. not. k.

d) Charta hinc inde exesa papyro condensatae dexterrime adglutinata sicque confervata est.

CCCLV.

Anno 1040. 29. Julii, Radisponae.

Heinricus III. rex Heciloni cuidam praedium in Pillungesriut situm in pago Norgouue, in comitatu Ottonis comitis et in marca Nabburg, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Nouerint omnes nostrique Christi fideles tam futuri quam praesentes. qualiter nos ob interuentum nostrae thoris (thori consortis) dilectissimae Gunthildis necnon ob peticionem dilecti ac fidelis uiri Anshelmi cuidam heciloni tale bonum et tale praedium quale situm est in loco qui dicitur pillungesriut in pago norgouue in comitatu ottonis comitis. et in marca quae uocatur nabburg situm. cum omnibus pertinentiis id est areis. aedificiis. terris cultis. et incultis. agris. pratis. pascuis. campis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscacionibus. exitibus. et reditibus. uiis. et inuiis. quaesitis. et inquirendis. et cum omni iure ac utilitate quae ullo modo poterit inde prouenire. in proprium dedimus. atque tradidimus. Ea uidelicet racione ut praedictus hecil de praenominato praedio liberam deinceps

Digitized by Google

potestatem habeat. tenendi. dandi. uendendi. commutandi. precariandi. posteris relinquendi. uel quicquid sibimet placuerit faciendi. Et ut haec nostra regalis traditio. stabilis. et inconuulsa omni succedentis temporis permaneat aeuo. hanc cartam inde conscriptam manu propria ut infra uidetur corroborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) tertii regis.

L. S.

Eberhardus Cancellarius uice bardonis Archicancellarii recognoui.

Data IIII. Kal. Augusti Anno dominice incarnationis millesimo[a] XL. Indictione VIIII. Anno domni Heinrici tercii ordinacionis eius Regni uero II.

Actum Radisponae.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

b) Numerus anni ordinationis omissus est, errore calami, nullo illi spatio relicto; pari errore indictio abundat unitate, cum curreret VIII. annus tamen regni convenit anno Chr. notato 1040. Cnfr. Stenzel Geſch. D. unter d. fr. K. II. 211., qui putavit, legendum esse III. Kal. Aug.

c) Editum ap. Schultes hiſtor. Schriften I. 28. et Ried cod. dipl. Ratisb. I. 152. num. 159.

d) Desumtum ex Archivo Bambergensi.

CCCLVI.

Digitized by Google

CCCLVI.

1040. 13. Novembr. Hostede.

Heinricus III. rex Chicingensis ecclesiae Monialibus quaedam bona injuste ablata, villam scilicet Chicingen, aliasque nominatas, restitui curat, excepto tamen beneficio Ottonis comitis.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Si aeclesias dei sublimare. et ad cultum meliorem prouehere studemus. nobis ad aeternam uitam. et ad statum regni nostri proficere non dubitamus. Quapropter sanctae dei chicingensi aeclesiae. sanctisque monialibus. deo. sanctaeque dei genitrici mariae. ibidem debite. et deuote seruientibus. quaedam bona. iniuste ablata. et abalienata. ob remedium animae nostrae. patrisque nostri carae memoriae. chuonradi imperatoris augusti restituere. et reconfirmare curauimus. scilicet totam uillam chicingin. cum omni utilitate. quae ad illam rispicit. ibfehof. tettelbach. rorinse. et IIII. mansos in uilla quae dicitur langinberc. et IIII. in steinaha. et IIII. in heidencuelt. et portum. et uillam quae dicitur affaltrach. et quicquid excepimus. quando ottoni comiti caetera in beneficium dedimus. prefatae aeclesiae reconsolidauimus. Et ut hoc firmius credatur. cerciusque per curricula annorum habeatur manu propria ut infra uidetur corroborantes. sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici tercii (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

eberhardus cancellarius uice bardonis archicancellarii recognoui.

Digitized by Google

Data Idus (idibus) Nouembris. Anno dominicae incarnationis millesimo XL. Indictione VIIII. Anno domni Heinrici tercii ordinationis eius XIII. Regni uero II. Actum Hostede amen.

a) Sigillum impressum illaesum et bene expressum.

b) Notae chronologicae concordant, ita tamen, ut indictio assumatur, quae communiter dicitur, caesarea.

c) Editum in Wibel Diplomat. Hohenloh. P. II. 18. et ap. Ussermann in Episcopatu Wirceburg. Cod. Probat. 18. num. 18.

d) Desumtum ex Archivo Wirceburg., quod patet ex Ussermann Episcop. Wirceb. Historia p. 453. ad finem abbatissarum Kitzingensium.

CCCLVII.

Anno 1042. 3. Januar. Herestheim.

Heinricus III. rex Brunoni, episcopo Wirceburgensi, eiusque ecclesiae praedium cuiusdam Heroldi, in locis Sinderingun, Sunichilendorf, Geroldeshagen, Buoch et Meggendemuli, in pago Cochengowe, in comitatu Heinrici comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnibus sanctae dei aecclesiae nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus notum esse uolumus. qualiter nos pro amore dei et ob remedium animae nostrae. et etiam per interventum ac petitionem nepotis nostri Brunonis sanctae Wirziburgensis aecclesiae episcopi. praedium cuiusdam Heroldi. quod ad nostrum regale ius et

Digitized by Google

potestatem iudicio legali deuenit. situm in locis. Sinderingun. Sunichilendorf. Geroldeshagen. Buoch. dictis. in pago Cochengowe. in comitatu Heinrici comitis ad Woluingun. cum omnibus suis pertinentiis. terris. pratis. pascuis. campis. siluis cultis et incultis. molendinis. aquis. aquarumue decursibus. exitibus et reditibus. eidem iam supradictae aecclesiae. sanctae Mariae scilicet matri semperque uirginis (virgini) dei. sanctoque Kiliano Christi martiri precioso. donauimus ac delegauimus absque omnium contradictione. adiungentes quoque eiusdem praedii partem quandam. sitam in loco qui dicitur Meggedemuli. cum omnibus mancipiis ad praedictum praedium pertinentibus. seruis et ancillis. Et ut haec nostra traditio in perpetuum ab omnibus uera esse credatur. diligentiusque seruetur. cartam hanc inde conscriptam. manu propria subtus firmauimus. et sigillo nostro insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici tercii (*Monogramma*) regis inuictissimi (*Signum speciale*).

L. S.

eberhardus cancellarius uice barthonis archicapellani recognouit.

Data III. Non. Januarii. anno dominicae incarnationis M. XL. II. Indictione X. anno autem domni Heinrici tercii. ordinationis eius XIIII. regni vero III. actum Herestheim. feliciter amen. feliciter.

a) Sigillum impressum illaesum, et bene expressum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum, memoratum tamen a Frisio apud Ludewig Geſchichtſchr. v. Würzb. 468. et in Grebner histor. univ. part. II. 652.

Digitized by Google

CCCLVIII.

Anno 1042. 8. Novembr. Niwenburch.

Heinricus III. rex Gotifredo marchioni II mansos regales in loco Gestnic, in comitatu Hengest eiusdem marchionis sitos, cum nominatis mancipiis et cum pertinentiis cuiuscunque generis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam et praesentibus notum esse uolumus. qualiter nos ob interuentum ac petitionem Gebehardi Radasponensis aecclesiae praesulis uenerandi. nec non et Gotifredi ducis. cuidam nostro fideli Gotifredo marchioni. II. regales mansos in loco Gestnic. et in comitatu Hengest praedicti marchionis sitos. cum omnibus suis pertinentiis. hoc est mancipiis Wengei. Stano. Trevino. Obolom. aliisque ad eundem locum respicientibus. areis. aedificiis. terris. cultis. et incultis. runcandique licentia. Cidelwaida. agris. pratis. campis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. molis molendinis. piscationibus. exitibus. et reditibus. uiis. et inuiis. quaesitis. et inquirendis. et cum omni utilitate. quae ullo modo inde prouenire potest in proprium dedimus. atque tradidimus. si ibi sint. Sin autem in nostro praedio quod praedicto loco Gestnic proximum adiacet minus quod erit adimplentes. Ea uidelicet ratione. ut praenominatus Gotifret. de praefato praedio sibi a nobis tradito. liberam dehinc potestatem habeat. scilicet tenendi. tradendi. uendendi. precariandi. uel quicquid sibimet placuerit inde faciendi. Et ut haec nostrae traditionis regalis auctoritas. nunc. et per succedentia

Digitized by Google

temporum curricula. stabilis et inconuulsa permaneat. hanc paginam. inde conscriptam. manu propria ut infra uidetur corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii (*Monogramma*) regis inuictissimi (*Signum speciale*).

L. S.

eberhardus cancellarius uice bardonis archicancellarii recognouit (*cum S. R.*)

Data VI. Id. Novembris. Indictione XI. Anno dominicae incarnanationis (incarnationis) M. XL. II. anno autem domni Heinrici tercii ordinationis eius XV. Regni uero IIII. Actum Niwenburch. feliciter Amen.

a) Sigilli impressi, sed fracti, pars maior chartae adhaeret, totam fere figuram cum aliquibus litteris inscriptionis exhibens, reliqua parte deperdita.

b) Notae chronologicae, ex quibus indictio est caesarea, inter se conveniunt.

c) Editum in Bar. v. Hormayr Archiv f. Gesch. Jahrg. 1828. 98. Copia eius in libr. cop. Wirceb. n. 5. p. 257. invenitur.

d) Desumtum ex Archivo Wirceburgensi. Confr. diploma 1025. 11. Maii, nam Gotfridus marchio frater erat Adalberonis episcopi Wirceburg. ex comitibus de Wels et Lambach.

Digitized by Google

CCCLIX.

Anno 1043. 28. Novembr. Ingelenheim.

Heinricus III. rex praedium, sibi a domna Adalheit eiusque filio Gebehardo comite traditum, in villis Wourmerischa, Hegina et Furehenriet, in pago Nortgove et in comitatu Heinrici comitis situm, ministro suo Pardoni donat.

a) Sigilli impressi, ast laesi, chartae adhaeret pars inferior, exhibens figurae partem aeque inferiorem a pectore ad pedes usque cum sella regis sedentis ac duobus ultimis apicibus nominis: VS.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum Mon. Boic. XXIV. 513. n. 1. inter monumenta Castelensia, ex archivo nimirum monasterii Castel desumtum.

CCCLX.

Anno 1043. 30. Novembr. Ingelenheim.

Heinricus III. rex Agneti reginae, contectali suae, praedium Cholibez, situm in pago Hardaga, in comitatu Esichonis comitis, pro dote tradit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Notum esse uolumus omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus qualiter nos Agneti reginae nostrae contectali dilectae tale praedium quale hereditario iure in nostrum ius atque dominium uisum

Digitized by Google

est redactum esse Cholibez. situm in comitatu Esichonis comitis. et in pago Hardaga. pro dote in proprium tradidimus. cum omnibus appendiciis suis. hoc est utriusque sexus mancipiis areis aedificiis. terris cultis. et incultis. agris. campis. pratis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. siluis. uenationibus. exitibus et reditibus. uiis. et inuiis. quaesitis. et inquirendis. cum omni utilitate quae ullo modo inde poterit prouenire. Ea uidelicet ratione. ut praenominata regina de praefato praedio liberam dehinc potestatem habeat obtinendi. tradendi. commutandi. precariandi. uel quicquid sibi placuerit inde faciendi. Et ut haec regiae nostrae traditionis auctoritas. stabilis et inconuulsa omni acuo permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria ut infra poterit uideri corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii (*Monogramma*) regis inuictissimi (*Signum speciale*).

L. S.

adelgerus cancellarius uice bardonis archicancellarii recognoui. (*cum S. R.*)

Data II. Kal. Decembris. Anno dominicae incarnationis Mill. XLIII. Indictione XI. Anno domni heinrici tercii ordinationis eius XVI. Regni uero V. Actum Ingelenheim in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum a Schultes in den Histor. Schriften II. 341.

d) Ex Archivo Bambergensi desumtum.

Digitized by Google

CCCLXI.

Anno 1043. 30. Novembr. Ingelenheim.

Heinricus III. rex contectali suae, Agneti reginae, praedium Schidingun, situm in pago Hassega, in comitatu Teti palatini comitis, pro dote tradit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnium dei nostrique fidelium tam futurorum quam praesentium sollers industria nouerit. qvaliter nos dilectae contectali nostrae Agneti reginae. tale praedium quale hereditario iure in nostrum ius atque dominium uisum est redactum esse Schidingvn. situm in comitatu palatini comitis Teti. et in pago Hassega pro dote in proprium tradidimus. cum omnibus appendiciis suis. hoc est utriusque sexus mancipiis. areis. aedificiis. terris. cultis. et incultis. agris. campis. pratis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibvs. siluis. uenationibvs. exitibvs. et reditibvs. uiis. et inuiis. quaesitis. et inquirendis. cum omni utilitate quae ullo modo inde poterit prouenire. Ea uidelicet ratione ut praenominata regina de praefato praedio liberam dehinc potestatem habeat obtinendi. tradendi. commutandi. precariandi. uel quicquid sibi placuerit inde faciendi. Et ut haec regiae nostrae traditionis auctoritas. stabilis et inconuulsa omni aeuo permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria ut infra poterit uideri corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii (*Monogramma*) regis inuictissimi (*Signum speciale*).

L. S.

adelgerus cancellarius uice Bardonis achicancellarii recognoui. (*cum R. S.*)

Data

Digitized by Google

Data II. Kal. Decembris. Anno dominicae incarnationis Mill. XLIII. Indictione XI. anno autem domni Heinrici tercii ordinationis eius XVI. Regni uero V. Actum Ingelenheim. in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum a Schultes in den Hiſtor. Schriften II. 342. Cnfr. Stenzel Geſch. D. unter den fr. K. II. 216 et 217. ubi erravit in die.

d) Desumtum ex Archivo Bambergensi.

CCCLXII.

Anno 1045. 3. Junii, Persinich.

Heinricus III. rex fideli suo Reginoldo dimidietatem Risinperhc et insuper decem regales mansos iuxta litus Fiscaha, in comitatu Sigifridi marchionis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Notum sit omnium dei nostrique fidelium sollerti industriae qualiter nos fideli nostro REGINOLDO. ob ipsius nobis gratum et fidele seruitium. dimedietatem RISINPERCH. et insuper tantum inter flumina LITAHA. et FISCAHA. scilicet deorsum iuxta litus FISCAHA. donec decem regales mansos habeat. de nostro iure et dominio in eius dominium regali nostra munificentia transfudimus. et ubi sibi mensurare praecepimus. cum omnibus suis appendiciis. hoc est areis. aedificiis. terris. campis. agris. cultis. et incultis. uinetis. pratis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. siluis. uenationibus. exi-

tibus. et reditibus. uiis. et inuiis. quaesitis. et inquirendis. cum omni utilitate quae ullo modo inde poterit prouenire. sitos in comitatu SIGIFRIDI Marchionis. Ea uidelicet ratione ut praedictus REGINOLDVS. de praefato praedio liberam dehinc potestatem habeat. obtinendi. tradendi. commutandi. precariandi. uel quicquid sibi placuerit inde faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa per succedentium momenta temporum maneat. hanc cartam inde conscriptam. manu propria ut infra uidetur corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus signiri.

Signum Domni Heinrici tercii (*Monogramma*) regis inuictissimi (*Signum speciale*).

L. S.

theodericus cancellarius uice Bardonis archicancellarii recognoui.

Data III. NON. JVN. Anno dominicae incarnationis. M. xl. v. Indict. XIII. Anno autem domni heinrici tercii ordinationis eivs XVI. Regni vero eivs VI. Actum est PERSINICH.

a) Sigilli impressi, sed fracti, nonnisi cerae interioris et exterioris pars chartae adhaeret, omni figura ac inscriptione perdita.

b) Indictio et annus regni currentes anno Chr. notato 1045 conveniunt; annus tamen ordinationis ante annum, mensem unum et 20 dies iam completus fuit.

c) Editum in Hund. metr. I. Edit. Mon. 364. edit. Ratisb. 242. inter diplomata Pataviensia, sed erronee ad II. Non. Jun. Desumtum ex Arch. Patav.

Digitized by Google

CCCLXIII.

Anno 1045. 3. Junii, Bersnich.

Heinricus III. rex Ratmundo abbati Scti Mauritii eiusque monasterio (Niederaltach) decem mansos regales circa flumen Taiove iuxta praedium Sigefridi marchionis, sitos in comitatu eiusdem marchionis, donat.

a) Sigilli impressi, sed fracti, pars maior chartae adhaeret, figurae ac inscriptionis partem similiter maiorem, et quidem superiorem integram exhibens, pro conservatione eius cum adiecta aliena cera circulo ex orichalco circumdata.

b) Indictio et annus regni currentes anno Chr. notato 1045 conveniunt; annus tamen ordinationis ante annum, mensem unum et 20 dies iam completus fuit.

c) Editum in Hund. metr. II. Edit. Monac. 25. edit. Ratisb. 17. in Mon. Boic. XI. 152.

d) Nomen fluminis Taiove in Originali scribitur lit. T. initiali, quam inscriptio externa antiquissima saec. XI. legit. Z, hancque lectionem secuti sunt editores loc. c.

e) Nomen proprium pagi ommissum est, relicto illi spatio vacuo.

CCCLXIV.

Circa annum 1046. ex truncato diplomate.

Heinricus III. rex, desolationi monasterii Burin (Benedictbeurn) condolens, loca Tuzzingen, Zeizmanningen et Karershusen cum pratis de Seshopten illi restituit, et abbati Gotehelmo committit, ipsumque monasterium in suam protectionem suscipit.

a) Nonnisi fragmentum restat; nam reliqua resecata sunt, quae Monogramma regium, recognitionem cancellarii vice archicancellarii,

Digitized by Google

notasque chronologicas, locum denique peracti negotii continebant, atque totius membranae tertiam circiter partem explebant, quemadmodum ex plica superiori horizontali cognoscitur, cum inferioris plicae illi respondentis quoddam vestigium remanserit.

b) Fragmentum ipsum inter authentica instrumenta recenseri omnino debebit; eoquod neque in chrismate, invocatione divinitatis, titulo, formulis, neque in membrana, aut charactere litterarum et abbreviationum, aut in distantia linearum aliisque signis internis atque externis aliquid occurrat, quod reliquis authenticis Heinrici III^tii. instrumentis non apprime conveniat.

c) Superest, ut à quodam anachronismo hocce fragmentum liberetur, quem editores, infra afferendi, illi contraxisse videntur, cum ipsum ad annum 1056 referrent. Nam

1mo tempore, quo abbas Gotehelmus, in fragmento nominatus, monasterio Benedictoburano praeerat, nimirum ab an. 1033. usque ad an. 1062, tam Heinricus III. quam IV. regnabant. Verumtamen Welf dux, pariter nominatus et quidem principalis intercessor, tempora Heinrici IV^ti, non attigit, in Carinthia, cuius ducatum ab anno saltem 1047 tenebat, an. 1055. II. idus Novemb. siv. 12. Novembr. defunctus.

2do Anno ab obitu Welfonis ducis nondum expleto, 5ta nimirum Octobris 1056 Heinricus etiam tertius, huius instrumenti certissimus auctor, mortem oppetiit. Jam vero hic ipse Heinricus III^t., qui solummodo rex in prima mutili instrumenti linea vocatur, adepta imperii corona, à 25. Decembr. 1046, constanter titulo: Romanorum imperator Augustus, insignitur, antea ab an. 1039. 4ta. Junii, quo in regimine secutus est patrem, Chunradum II., illo, quo hic vocatur, titulo: Rex, aeque constanter usus.

3^tio Reliquum est, ut ipsum annum 1046. et quidem inter 1^mam. Januarii et 25^tam diem Decembris ceu verisimiliorem habeamus, quo privilegium istud monasterio Benedictoburano concessum sit. Illo enim tempore Heinricus III., summo studio Italicae expeditioni intentus, pro ipsa huius expeditionis securitate vacantem tunc carinthiae ducatum coniunctamque illi marchiam Veronensem, per quam

Digitized by Google

omnis in Italiam Germanicus tunc ducebatur exercitus, huic Welfoni administrandam commendasse credendus est, atque coaevus scriptor, Hermannus contractus, quum Welfonem demum in comitiis, Spirae in Penthecoste an. 1047. sive circ. 7. Junii habitis, ab imperatore ad ducatum carinthiae promotum asserat, potius de confirmatione huius dignitatis, quam de prima institutione intelligendus.

d) Editum in chronico Benedictoburano Meichelbeckii post eius obitum edito P. I. 73. et in Mon. Boic. VII. 90. num. 5.

CCCLXV.

Anno 1048. 25 Januar. Ulmae.

Heinricus III. R. imperator Popponi episcopo Brixinensi forestum, in pago Pusterissa, in comitatu Sigefridi comitis situm, et terminis designatum, tradit, nominatis testibus.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum Imperator augustus. Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus presentibus scilicet et futuris. qualiter nos ob petitionem et deuotum seruitium nostri fidelis ac dilecti Brixinensis ecclesiae episcopi BOBPONIS. forestum in pago BVSTERISSA. in comitatu SIGEFRIDI comitis situm. infra terminos quos in presenti *nomi*namus. de flumine quod dicitur PVDIA. usque ad flumen quod dicitur SWARZENBAHC. deinde usque ad iuga alpium. uallis quae dicitur aurina. et exinde de *valle* quae dicitur WIZZENDAL. usque ad flumen quod pirra uocatur. his omnibus quos in presenti conscribimus laudantibus atque uoluntarie consentientibus. cum banni nostri auctoritate distrinximus ac firmauimus. ut nullus preter uoluntatem prefati episcopi in eo presumat. ceruos. aut apros. capreolos. canibus uenari. arcu

sagittaque figire (figere). plagis. laqueis. pedicis. seu quolibet uenatoriae artis ingenio capere uel decipere. Qui autem hoc forestum fieri laudauerunt. hi sunt. WECIL. ADELRAM. BABO. HECEMAN. WILLEHALM. HILDEBOLT. SIGEHART. BERTDOLT. ALBERIHC. GEROLT. OVDALRIHC. BEREHART. OTDO. HARTWIG. ROVTHERI. EBBO. BILLVNC. WILLEHALM. ERKENGER. ADELHART. EGIZO. DEIDERAM. EBBO. HARTWIG. LVIDOLT. ROVDENI. BENZLIN. AMACHO. EBBO.

Et ut haec nostra auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat euo. hanc cartam propria manu corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Henrici tercii inuictissimi (*Monogramma*) romanorum Imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

UUinitherius cancellarius uice Bardonis archicancellarii recognouit.

Data. VIII. Kal. FEB. Anno dominicae incarnationis MILLESIMO. xl. VIII. Indictione. I. Anno autem domni Heinrici tercii ordinationis eius XVIIII. regnantis quidem. VIIII. Imperantis autem II. in dei nomine Actum VLMO. feliciter AMEN.

a) Sigillum impressum fere illaesum, prout notatur in copia, ex qua haec desumta sunt; nam originale archivo caesareo Austriaco redditum est.

b) Indictio, annique tum regni, tum imperii currentes anno Chr. notato 1048 conveniunt, annus tamen ordinationis ante novem menses et 11 dies iam completus fuit.

Digitized by Google

c) Editum in Hund. metrop. I. edit. Mon. 472. ed. Ratisb. 317. ap. Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 148. et Frhr. v. Hormayrs Beyträgen II. 77. num. 35. ex quo quaedam suppleta sunt, omissa in copia.

d) De pago Pustrissa sive Bustrissa conferatur chronicon Gottwic. II. 732.

CCCLXVI.

Anno 1048. 8. Februar. Radesbonae.

Heinricus III. R. imperator militi suo Swiggero et uxori eius Conizae praedium quoddam, in villis Erelbach et Askebach, in pago Wedereibo, in comitatu Ezzen comitis situm, cum appendiciis tradit, exceptis tamen duobus nominatis imperatoris servientibus.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Ut omnes nobis fideliter et studiose seruientes. certam spem nostrae remunerationis habeant. uolumus eos nostrae liberalitatis gratia. ad nostri seruitii amorem promptiores et efficatiores preparare. Unde ergo nouerint omnes nostri Christique fideles. presentes scilicet et futuri. qualiter nos militi nostro Swiggero et uxori eius Conizae. ob seruitium suum tale praedium quale habuimus in uillis Erelbach et Askebach. dictis. in pago vvedereibo in comitatu Ezzen comitis situm. cum omnibus suis appendiciis. duobus nostris seruientibus Elbeno. et. berewigo. bonisque illorum exceptis. in proprium tradidimus. cum capella et decimationibus suis areis. aedificiis. mancipiis utriusque sexus. terris cultis et incultis. pratis. pascuis. agris. campis. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus siluis. uenationibus. exitibus. et reditibus. uiis et inuiis. quae-

Digitized by Google

sitis et inquirendis. et cum omni utilitate quae ullo modo inde poterit prouenire. Ea uidelicet ratione. ut predictus Swiggerus. et uxor eius de praefato praedio liberam amodo potestatem habe (habeant). optinendi. tradendi. commutandi. precariandi. uel quicquid illis placuerit inde faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat euo. hanc cartam inde conscriptam manu propria corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Heinrici tercii regis inuictissimi secundi (*Monogramma*) autem romanorum Imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

Winitherius cancellarius uice Bardonis Archicancellarij recognoui.

Data VI. Idus. Feb. Anno dominicae incarnationis Millesimo xl. VIII. indictione I. Anno autem domni Heinrici tercij regis. imperatoris. II. ordinationis eius XVIIII. regnantis quidem. VIIII. Imperantis autem II. In nomine domini Actum Radesbona. feliciter Amen.

a) Sigilli impressi, sed fracti et avulsi, quinque fragmenta adiacent, quae simul coniuncta totam figuram imperatoris cum tota fere inscriptione exhibent, modico fragmento perdito, omni tamen cera exteriori cum parte interioris adhuc chartae adhaerente.

b) Indictio, annique regni ac imperii currentes, nec non annus ordinationis ante novem menses, diesque 24 completus anno Chr. notato 1048 respondent.

c) Editum in Gudeni sylloge 561. Desumtum ex Archivo Aschaffenburgensi, quod innuit inscriptio exterior recentissima manu Dni de Samet.

Digitized by Google

CCCLXVII.

Anno 1048. 8. April. Ratisponae.

Heinricus III. R. imperator monasterio Altaha Scti Mauritii (Niederaltach) tres regales mansos in orientali pago, iuxta flumen Suarzaha et iuxta proprietatem, quam ibi possidet Oudalricus filius Tiemonis comitis, donat.

a) Sigillum impressum sed fractum avulsumque adiacet, cuius tamen tria fragmenta consarcinata et circulo ex orichalco circumdata totam fere imaginem cum inscriptione exhibent, macula cerae illud impressum fuisse indicante.

b) Notae chronologicae, inter quas annus ordinationis ante undecim menses diesque 16 completus numeratur, inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metrop. II. Edit. Monac. 25. edit. Ratisb. 17. et Mon. Boic. XI. 155. n. 36. Habetur in Cod. memb. Hermanni fol. 79., ubi locus traditus dicitur: Chvndorf in Austria, et in summario fol. 64. b. ad num. 28. Swarzah vel Chundorf.

CCCLXVIII.

Anno 1048. 9. April. Radesponae.

Heinricus III. R. imperator Baltwino archiepiscopo Salzburgensi eiusque ecclesiae forestum quoddam, in comitatu Otacchari situm ac terminis designatum, tradit et sub banni districtu confirmat, collaudantibus illis, qui praedia ibi, aut communionem in eo foresto habent, et partim nominantur.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia romanorum Imperator augustus.

Digitized by Google

Nouerint omnes Christi nostrique fideles. tam futuri quam praesentes. qualiter nos ob petitionem nostrae amantissimae coniugis agnetis. imperatricis augustae. nec non ob deuotum seruitium Baltuuini. archiepiscopi. forestum. infra terminos. quos in consequenti nominamus. scilicet in comitatu. Otacchari situm. ipso uero otaccharo. et Pilihilda. uidua Sizonis comitis. duobus que filiis eius Sigehardo. et Friderico. et domina. Judita. filiisque eius. Sigehardo. Engilberto. Marchuuardo. et Meginhardo. Sigebotone. Gerloho. et Sigeboldō fratribusque suis. Hoholdo et coniuge sua. Bennone. Marchuuardo. Adalfrido fratreque suo Enzemanno. caeterisque omnibus ibidem praedia. circumquaque id ipsum forestum attingentia siue aliquid communionis in eo habentibus. uoluntario consensu conlaudantibus. ad altare sancti Petri apostoli et sancti Rovtberti Salzburgensis ecclesiae tradidimus. et sub banni districtu firmauimus. ut nullus praeter licentiam praefati archiepiscopi. uel successorum eius. in praedicto foresto. ceruos uel ceruas. capreas. apros. seu quodlibet genus ferarum. sub banni lege iure publicandum. canibus uenari. arcuque figere. plagis laqueis pedicis. aut qualibet uenatoriae artis industria capere uel decipere praesumat. Isti sunt termini eiusdem foresti incipientes ab illo loco. ubi Rotenbach riuus. Truna fluuium alluit. et inde protenditur sursum illuc. ubi idem riuus de proxima palude exit. et inde recto tramite in illum riuum. qui Aschah praeterluit (praeterfluit). et per eundem riuum. deorsum illuc ubi lacum quendam Tachinse dictum influit. et per eundem lacum deorsum. usque ad ecclesiam. Petingun dictam et inde recto tramite usque in fluuium Sura dictum. et per eundem fluuium sursum. usque in fluuium Kebenaha nominatum. et inde sursum illuc. ubi idem fluuius de suo fonte emanat. inde recto tramite ad montem. Falchinstein dictum. et de Falchinstein recto tramite ad summitatem montis Ruhinperch dicti. et inde recto tramite ad occidentem usque in fluuium Wizziutruna dictum et per eundem fluuium deorsum illuc ubi idem fluuius

Digitized by Google

Wizziutruna. et praefatus fluuius Rotiutruna confluunt. inde deorsum usque in riuum. Kaltinpach dictum. et de Kaltinpach deorsum. usque in riuum. Rotinpach supra nominatum. Et ut haec imperiosa nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo hanc cartam inde conscriptam. manu nostra propria corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tertii regis inuictissimi secundi (*Monogramma*) romanorum imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

uuinitherius cancellarius uice Bardonis archicancellarij recognoui.

Data. V. idus Aprilis. Anno dominicae incarnationis M. xl. VIII. indictione. I. Anno autem domni Heinrici tertii regis. imperatoris. II. ordinationis eius XVIIII. regnantis quidem VIIII. imperantis autem. II. in nomine domini Actum Radespona. feliciter Amen.

a) Sigilli impressi, sed valde laesi, fragmentum maius quoddam membranae adhaeret, quod potiorem imaginis et tertiam inscriptionis partem, incipientem nimirum, exhibet; reliquis fragmentis deperditis.

b) Notae chronologicae, inter quas annus ordinationis ante undecim menses diesque 17. completus numeratur, inter se conveniunt.

c) Editum in (Kleinmayrn) Nachrichten von Juvavia oder Salzburg. Anhang. 233. num. 96.

Digitized by Google

CCCLXIX.

Anno 1048. 2. Octob. Pholede.

Heinricus III. R. imperator canonicis ecclesiae Babenbergensis praedium Ingelenheim, in pago Nachkowe, in comitatu Emichonis comitis situm, quod pater eius, Chounradus II. imperator cuidam Magno, eorundem canonicorum famulo, tradiderat, post eiusdem Magni obitum possidendum confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Omnium Christi nostrique fidelium tam futurorum quam praesentium sollers nouerit industria. qualiter nos predecessorum nostrorum factis gloriosis uoluntate et actu consencientis primum pro futurae retributionis spe. instinctu etiam et petitione dilectae contectalis nostrae Agnetis imperatricis. tale predium quale antecessor noster et genitor felicis in christo memoriae Chovnradus imperator cuidam babenbergensis aecclesiae et canonicorum ibidem deo seruientium famulo. Magno. nomine. in Ingelenheim situm. in pago Nachkowe. in comitatu Emichonis comitis traditum habuit. cum omnibus suis appendiciis hoc est utriusque sexus mancipiis. areis aedificiis. uineis uinetis terris cultis incultis agris pascuis aquis aquarumque decursibus piscationibus molis molendinis et omni utilitate quae uel nunc in eo est uel amodo fieri poterit. post eiusdem Magni obitum. predictae aecclesiae et canonicis ibidem deo famulantibus nostra imperiali auctoritate proprietatiue possidendum confirmamus Ea uidelicet ratione ut prefati canonici et eorum per successionem prepositi. liberam dehinc cum ipsorum cano-

Digitized by Google

nicorum consensu et consilio potestatem habeant. tenendi. commutandi. uendendi. precariandi vel quicquid sibi placuerit inde faciendi. Et ut haec nostrae confirmationis auctoritas omni aeuo stabilis et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conscriptam sigilli nostri impressione iussimus insigniri. manu propria corroborantes ut infra posteris uidendum reliquimus.

Signum domni Heinrici tercii regis inuictissimi (*Monogramma*) secundi romanorum imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

Uuinitharius cancellarius uice bardonis archicancellarii recognoui (*Cum S. R. et inscriptione nominis cancellarii, graecis litteris exarati*).

Data VI. Non. Octobris. Anno dominicae incarnationis MXLVIII. Indictione I. Anno autem domni Heinrici tercii regis. imperatoris secundi. ordinationis ejus XX. regnantis quidem X. imperantis autem II.

Actum Pholede. in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum, bene expressum.

b) Notae chronologicae inter se concordant, annus tamen ordinationis numeratur completus ante quinque menses et aliquot dies.

c) Mensis et dies nec non locus Pholede alio atramento, manu tamen coaeva, scripti sunt.

d) Editum apud Schultes hiſtor. Schriften II. 343. num. 14.

Digitized by Google

CCCLXX.

Anno 1048. 2. Octob. Pholide.

Heinricus III. R. imperator Ecclesiae Babenbergensi praedium Rotenmannun, sclavonice etiam Cirminah dictum, in valle pagoque Palta, in marchia Gotefridi situm, ab antecessore suo, Heinrico II. imp. illuc traditum confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Omnium dei nostrique fidelium tam futurorum quam praesentium sollers industria nouerit. qualiter Hartwigus babenbergensis aecclesiae uenerabilis episcopus nostrae benignitatis adiit excellentiam. ut ea quae ab antecessore nostro imperatore Heinrico quoddam uidelicet prediolum Rotenmannun dictum. in marchia Gotefridi et in ualle pagoque palta situm. sclauonice etiam Cirminah nominatum. praefatae aecclesiae. in honore apostolorum principis Petri. Georgiique martyris constructae. sunt tradita atque concessa. nostra imperiali auctoritate confirmaremus. Cuius iustis quidem peticionibus. praecipue. pro amore diuino. tum. ob illius reuerendi antistitis nobis gratum et acceptabile seruitium. assensum praebuimus. et praenominatum praedium babenbergensi aecclesiae. et Hartwigo episcopo. suisque successoribus. praeçeptali nostra auctoritate confirmare. et corroborare decreuimus. cum omnibus suis appendiciis. hoc est. areis. aedificiis. terris. cultis et incultis. pratis. pascuis. compascuis. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. siluis. uenationibus. saginis. incisuris. apum pascuis. montibus. uallibus. alpibus. planiciebus. et omnibus utensilibus. quae ullo modo poterunt inde prouenire. Ea uidelicet ratione. ut in deo dilectus Hartwigus episcopus. de

Digitized by Google

praefato praedio Rotenmannun siue Cirminach dicto. suique successores. liberam deinceps potestatem habeant. obtinendi. tradendi. commutandi. precariandi. uel quicquid illis ad usum aecclesiae placuerit inde faciendi. Insuper etiam nostra imperiali liberalitate praecipimus. ut nullus dux. marchio. comes. aut sculdacio. aut aliqua imperii nostri magna paruaque persona. praedictum episcopum suosque successores de praescripto praedio. inquietare. molestare. aut disuestire praesumat. Quod ne eueniat. sed haec confirmatio nostra ab omnibus inuiolata permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria ut infra uidetur corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii inuictissimi regis (*Monogramma*) secundi romanorum imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

uuinitherius cancellarius uice bardonis archicancellarii recognoui. (*Cum S. R. et nomine cancellarii lit. graecis inscripto*).

Data VI. Non. Octobris. Anno dominicae incarnationis MXLVIII. Indictione I. Anno autem domni Heinrici tercii regis secundi imperatoris. ordinationis eius XX. regnantis quidem X. imperantis autem II.

Actum pholide. in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum aliquo modo laesum, sed totum adhuc et optime expressum, circulo etiam membranaceo circumdatum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, annus tamen ordinationis numeratur iam ante quinque menses et aliquot dies completus.

c) Editum a Schultes in den hiſtor. Schriften II. 344.

Digitized by Google

CCCLXXI.

Anno 1049. 19. Februar. Babenberc.

Heinricus III. R. imperator Dietmaro abbati Aldahensi (Niederaltachensi) eiusque monasterio mercatum ac theloneum in villa Helmgerisberk, prope monasterium, in comitatu Theimonis praesidis, concedit.

a) Sigilli impressi, sed fracti, duo fragmenta chartae adhaerent, circulo ex orichalco circumdata ac unicam sellam cum pedibus imperatoris et cum maxima parte inscriptionis exhibentia.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ordinationis tamen annus ante 10 menses et 5 dies iam completus numeratur.

c) Editum ap. Hund. metrop. II. Edit. Monac. 26. edit. Ratisb. 18. Mon. Boic. XI. 154. n. 35. ubi p. 154. lin. penult. leg.: Theimonis; p. 155. lin. 7. addatur: Wintherius cancellarius vice Bardonis archicancellarii recognovi; lin. 11. leg.: Babenberc.

CCCLXXII.

Anno 1049. 16. Junii. Gemunde.

Heinricus III. R. imperator Egilberto Pataviensi episcopo eiusque ecclesiae legitimum bannum venationis et foresti in praedio eiusdem ecclesiae, in comitatu Adalberti marchionis et inter geminas fluminum Sabinichi et Tuminichi ripas sito, concedit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus. diuina fauente clementia romanorum imperator Augustus. Noue-

Digitized by Google

Nouerint quique christi nostrique fideles. tam futuri quam praesentes. qualiter nos ob interuentum nostri thori ac regni consortis scilicet AGNETIS imperatricis augustae nec non ob petitionem et deuotum famulatum nostri fidelis et dilecti EGILBERTI Patauiensis aecclesiae episcopi. ex nostra imperiali auctoritate praenominato episcopo tradidimus. atque concessimus ius et potestatem legitimi banni super uenatione et foresto in praedio sancti STEPHANI protomartyris eiusdem episcopii patroni. scilicet in comitatu ADALBERTI marchionis. et intra geminas fluminum SABINICHI. et TVMINICHI. ripas sito. Ea uidelicet conditione ut nemo absque licentia et uoluntate praefati episcopi successorumque suorum. infra praedictos eiusdem foresti terminos banni conclusione uetitos praesumat uenari. aut aliquod genus ferarum quod inforestatum iure banni interdicitur lege qualibet uenatoriae artis industria capere uel decipere. Et ut haec nostra imperialis traditio atque concessio eiusdem banni. quod donauimus in potestatem Egilberti episcopi. apud ipsum. successoresque suos praedictae PATAVIENSIS aecclesiae futuros episcopos. Stabilis et inconuulsa perenniter maneat. hoc praeceptum inde conscriptum. manu propria corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis inuictissimi (*Monogramma*) secundi romanorum imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

uuinitherius cancellarius uice bardonis archicancellarii recognoui (*S. R. cum nomine cancellarii graecis lit. inscripto*).

Data XVI. Kal. Julii. Anno dominicae incarnationis MILLESIMO. XL. VIIII. indictione. II. Anno autem domni HEIN-

Digitized by Google

RICI tercii regis. imperatoris secundi. ordinationis eius XX. I. regni quidem XI. imperii autem III. in nomine domini. Actum GEMVNDE. feliciter AMEN.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ordinationis tamen annus ante duos menses ac duos dies iam completus numeratur.

c) Editum ap. Hund. metrop. I. Ed. Monac. 365. edit. Rat. 243. Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 771. et Buchinger Gesch. v. Passau 500.

CCCLXXIII.

Anno 1049. 14. Decembr. Wirziburg.

Heinricus III. R. imperator Adelberoni episcopo Wirceburgensi eiusque ecclesiae privilegium immunitatis confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum Imperator augustus. Si petitionibus sacerdotum dei de his quae ad loca sanctorum iuste pertinent nostris auribus prolatis adquiescimus. regiam consuetudinem exercemus. hinc quoque et temporalem regni nostri prosperitatem aeternaeque uitae ianuam nobis aperiri credimus. Quapropter omnium fidelium nostrorum praesentis uel futurae pateat noticiae. quod Adelbero. wirziburgensis aecclesiae uenerabilis praesul nostris obtulit obtutibus quasdam cartulas. in quibus continebatur quod gloriosissimi antecessores nostri tam reges quam imperatores. Karolus. Ludewicus. Arnolfus. (Cuonradus.) Heinricus. tresque Ottones. Heinricus. domnus et pater noster Cuonradus. diuae memoriae imperatores cunctas res tam mobiles quam immobiles ad aecclesiam sancti

Digitized by Google

Saluatoris in qua preciosus christi martyr Kilianus. sociique eius corporaliter requiescunt. iuste et legaliter pertinentes sub immunitatis suae clipeo tuerentur. Ad hoc etiam in eisdem cartulis scriptum habebatur. quod praedicti reges siue imperatores auctoritatis suae praeceptis praefatae aecclesiae praesulibus concessissent et confirmassent. vt nullus dux. comes. uel uicecomes. uel ulla qualibet iuridicialis persona eiusdem aecclesiae seruos. uel sclauos. siue parochos. quos bargildon dicunt. seu saxones. quos nordelbinga uocant. siue caeteros accolas pro liberis hominibus in eiusdem aecclesiae praediis manentes. qui se uel sua noualia ex uiridi silua facta in ius et in ditionem praedictae (ecclesiae) tradidissent. uel adhuc tradere uellent. ad causas audiendum. uel freda exigendum. aut mansiones. uel paratas faciendum uel ab eis ullam redibitionem requirendum. uel ad aliquod opus omnino distringendum ullo umquam loco uel tempore audeat praesumere. Unde etiam idem uenerabilis pontifex Adelbero. nostrae dominationi supplicauit. quatinus et nos praedictarum rerum defensioni sub nostrae immunitatis susciperemus tuitionem. Cuius peticionem nostrae serenitatis aure libenter percepimus. et ob interuentum nostrae dilectae coniugis Agnetis imperatricis augustae. hanc nostram immunitatem circa ipsam sedem eiusque praelatos conscribi mandauimus. in qua praecepimus firmissimeque iussimus. quatinus cuncta ad praefatam aecclesiam pertinentia. in agris. pascuis. aedificiis. terris cultis et incultis. seu in hominibus seruis. sclauis. saxonibus. parochis. uel caeteris accolis. qui seipsos resque suas eidem aecclesiae aliquo modo mancipparunt. uel adhuc mancipare uolunt. cuiuscumque sint nationis. cuiusue conditionis quocumque iure uiuere debeant tuta et indefensa sub nostra immunitate liceat sine omni inquietudine permanere. nec quisque comes uel alius quis publicus iudex noster in ulla penitus re praefatae aecclesiae homines uel res audeat ullo umquam tempore distringere uel inquietare. uel aliquam potestatem vel iurisdictionem in toto ducatu. vel in

Digitized by Google

omnibus comeciis orientalis franciae. nisi super parochos quos bargildon uocant exercere. quod ad honorem preciosissimi martyris Kyliani. sociorumque eius nostra auctoritate digne superaddere decreuimus. Et ut hoc firmum. inconuulsumque omni tempore perseueret. manu propria signum in hac quam inde iussimus conscribi cartam fecimus. sigilloque nostro signare et confirmare precepimus.

Signum domni Heinrici tercii regis inuic (*Monogramma*) tissimi secundi romanorum Imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

uuinitherius cancellarius uice bardonis cancellarii (archicancellarii) recognoui.

Dat. XVIIII. Kal. Januarii. Anno dominicae incarnationis M. XLVIIII. Indictione III. Anno autem domni Heinrici tercii regis imperatoris secundi. ordinationis eius XXI. regni quidem XI. imperii autem III. in nomine domini. Actum wirziburg. Feliciter. Amen.

a) Sigillum impressum illaesum in parte tota interiori, laesum autem in parte exteriori.

b) Indictio dicta caesarea, annique regni ac imperii currentes anno Chr. notato respondent, annus tamen ordinationis, ut respondeat, numerandus est ante sex menses diesque decem iam completus.

c) Editum ap. Wenk Historia Hassiae T. I. probat. 281. num. 369.

d) Diploma hoc confirmatorium cum proxime praecedente 1032 6. Jun. vix non de verbo ad verbum convenit, differt solum, quod omissa sint hic quaedam, errore haud dubie calami, nomen Chunradi regis inter Arnolfum et Heinricum, vocabulum ecclesiae et archi in locis intercalatis.

Digitized by Google

CCCLXXIV.

Anno 1050. 18. Februar. Goslariae.

Heinricus III. R. imperator servienti suo Acelino tres regales mansos in loco Wizenregen et molendinum ex altera ripa praeterlabentis fluminis, in pago Campriche, in comitatu Sizonis comitis, donat.

a) Sigillum impressum illaesum chartae adhaeret, circulo ex orichalco circumdatum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, annus tamen ordinationis ante 10 menses ac 4 dies iam completus numeratur.

c) Editum Mon. Boic. XI. 157. num. 37. inter monumenta Niederaltachensia, ubi lin. 12. leg. Wizenregen; lin. 14. Campriche.

d) Vocabulum *Chadratispach* alio atramento, coaeva tamen manu, insertum vel potius appositum est in margine, nimirum ad finem lineae quartae post extremum eiusdem lineae vocabulum: aquis. Cnfr. Pallhauſen Nachtrag zur Urgeſch. v. B. S. 204, qui intelligit fluvium Keidersbach, cui favet inscriptio externa archivarii Niederaltachensis ex saec. XVII. notantis: Hofmarch Arnpruck; nam Aernbruck villa adiacet fluvio Keidersbach. In apographo codicis Hermanni abb. fol. 80. b. vocabulum istud contextui insertum est.

CCCLXXV.

Anno 1050. 16. Julii. Nourenberc.

Heinricus III. R. imperator quandam sui iuris servam Sigenam more solito manumittit.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus.

Digitized by Google

Notum sit omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus. qualiter nos per manum cuiusdam nobilis uiri. Richolfi dicti. quandam sui iuris seruam Sigenam nomine. manu nostra de manu illius denario excusso liberam fecimus. atque ab omni iugo debitae seruitutis absoluimus. Ea uidelicet ratione ut praedicta Sigena. tali deinceps lege ac libertate utatur. quali caeterae a regibus vel ab imperatoribus manumissae hucusque sunt usae. Et ut haec a nobis donatae libertatis auctoritas amodo stabilis et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conscriptam sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

uuinitherius cancellarius uice bardonis archicancellarii recognoui.

L. S.

Data XVII. Kal. Augusti. Anno dominicae incarnationis M. L. Indictione III. Anno autem domni Heinrici tercii regis secundi imperatoris. ordinationis eius XXI. regni XII. imperii IIII. Actum Novrenberc feliciter amen.

a) Sigillum impressum laesum est; superest tamen tota fere figura imperatoris, periit autem omnis pene inscriptio, paucis apicibus exceptis.

b) Desunt Chrismon et Monogramma imperatoris cum formula illud indicante et cum consueto alias speciali signo.

c) Notae chronologicae, excepto anno ordinationis, inter se conveniunt; annus enim ordinationis notatus ante integrum annum, mensem unum diesque duodecim iam fuit completus.

d) Ineditum, desumtum ex Archivo Bambergensi.

Digitized by Google

CCCLXXVI.

Anno 1051. 16. August. Bazowe.

Heinricus III. R. imperator in favorem monasterii Methemen mercatum annuale ibi in pentecoste et festivitate Scti Michahelis, situm in comitatu Tuonechgowe, in comitatu Adalperti comitis, concedit; interdicit autem, ne amplius ibi celebretur, si mercatum in aliam partem mutatum fuerit.

a) Sigillum impressum illaesum, optimeque expressum.

b) Notae chronologicae omnes inter se conveniunt.

c) Editum Mon. Boic. XI. 440. num. 14. ubi p. 441. lin. 8. leg. Bazouue.

CCCLXXVII.

Anno 1051. 25. Octob. Heimenburg.

Heinricus III. R. imperator ecclesiae in Heimenburg, decimationem totius regionis, in finibus Ungarorum ab hostibus gladio adquisitae, finibus designatae, in pago Osterriche, et tertiam partem utilitatis, de eadem urbe provenientis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus.

Scimus ac perfecte cognouimus sublimationem aeclesiarum prouectum (profectum) parere animarum. quia dum terrenis

Digitized by Google

caelestia. temporalibus sempiterna comparamus. caelestem ac sempiternam requiem animabus nostris praeparamus. Unde nouerint omnes Christi nostrique fideles tam futuri quam praesentes. qualiter illa spe inducti donauimus pro remedio animae nostrae dilectaeque nostrae coniugis scilicet Agnetis. nostraeque prolis. Heinrici. seu parentum nostrorum. pro pace etiam et stabilitate regni nostri decimum mansum. rectamque fructuum decimationem totius regionis in finibus ungarorum gladio ab hostibus adquisitae. in pago Osterriche. in comitatu ex una parte danubii inter fiscaha et litacha. ex altera autem inter strachtin. et ostia fiscaha usque in maraha. ad altare sanctae Mariae. et sanctorum martyrum. Mauricii. Laurentii. in Heimenburg. et terciam partem utilitatis ullo modo de eadem urbe prouenientis cum omnibus pertinentiis. areis. aedificiis. terris. cultis et incultis pratis. pascuis et compascuis. siluis uenationibus. aquis aquarumue decursibus. piscationibus. molis. molendinis. et cum omnibus quae ullo modo scribi uel appellari possunt utilitatibus. ea uidelicet ratione. ut praepositvs fratrum. inibi deo seruientium. liberam dehinc habeat potestatem. possidendi. precariandi. commutandi. seu quicquid libet ad utilitatem praedictae aecclesiae faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conscriptam. sygilli nostri inpressione et propriae manus confirmatione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis inuictissimi (*Monogramma*) secundi Romanorum imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

Uuinitherius cancellarius uice liutpaldi archicancellarii recognoui.

Data

Digitized by Google

Data VIII. Kal. Nouembris. Indictione IIII. anno dominicae incarnationis M. L. I. Anno autem domni Heinrici tercii regis imperatoris secundi ordinationis eius XX. IIII. regni quidem XIII. Imperii autem V. Actum Heimenburg in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se concordant.

c) Nomen comitis pagensis omissum, relicto illi spatio vacuo.

d) Editum a Gretsero apud Ludewig. Script. Bamberg. 295. et ab Eccardo corp. hist. II. 88. in Cod. Udalr. num. 94.; sed absque loco et anno.

e) Ex Archivo Bambergensi desumtum.

CCCLXXVIII.

Anno 1051. 25. Octob. Heimenburc.

Heinricus III. R. imperator ecclesiae in Heimenburc praedium Sigehartteschiriha, in pago Ostericha, in comitatu Adalberti marchionis situm donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Si loca sub catholicae fidei religione ad dei seruicium a quibusdam iuste ac pie uiuentibus quondam constructa et a quorumdam prauorum christianitati repugnantium populatione deuastata ex regiis sumptibus recuperamus. hoc ad regni nostri stabilitatem ac utriusque uitae felicitatem nobis prodesse non dubitamvs. Vnde quique christi nostrique fideles tam futuri quam presentes nouerint qualiter nos ob nostram

Digitized by Google

nostrique regni ac thori consortis scilicet Agnetis imperatricis augustae ac dilectae prolis nostrae Heinrici felicitatem et pro patris nostri felicis memoriae chuonradi ac matris nostrae beatae commemorationis Gisilae simulque omnium parentum nostrorum beatitudine quoddam predium Sigehartteschiriha dictum in comitatu Adalberti marchionis in pago Ostericha situm ad altare in loco Heimenburc in honore sanctae dei genitricis Mariae sanctorumque martirum Mauritii Laurentii consecratum cum omnibus suis scilicet cum utriusque sexus mancipiis. exceptis ex eadem familia coniugatis. areis. aedificiis. terris cultis. et incultis. pratis. pascuis. compascuis. aquis. aquarumue decursibvs. piscationibus. siluis uenationibus. molis. molendinis. uiis et inuiis. quaesitis et inquirendis. siue cum omni utilitate quae ullo modo inde poterit prouenire in proprium tradidimvs. Ea uidelicet conditione ut prepositvs fratrum inibi deo seruientium liberam habeat potestatem possidendi. precariandi. commutandi. uel quicquid illum collibuerit ad utilitatem aeclesiae faciendi. Et ut haec traditio stabilis et inconuulsa omni aeuo permaneat. hanc paginam inde conscriptam propria manu confirmantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis inuictissimi (*Monogramma*) secundi romanorum imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

uuinitherius cancellarius uice luipaldi archicancellarii recognoui.

Data VIII Kalendas Nouembris Indictione IIII. Anno dominicae incarnationis Millesimo L. I. Anno autem domni

Digitized by Google

Heinrici tercii regis imperatoris secundi ordinationis ejvs XXIIII. regni quidem XIII. Imperii V. Actum Heimenburc feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae omnes chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum ab Eccardo in corp. hist. II. 87. cum Cod. Udalr. num. 93. et a Schultes in hiſtor. Schriften II. 344.

d) Desumptum est ex Archivo Bambergensi.

CCCLXXIX.

Anno 1052. 14. Julii. Ratisbonae.

Heinricus III. R. imperator ecclesiae monasterii Obrenmunsture infra Ratisbonensem civitatem quandam terram, iuxta et intra eandem civitatem sitam, longitudine et latitudine descriptam, nec non alia eius bona in comitatu Heinrici comitis confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Si christiane religionis et angelicae conuersationis amatores nostrae liberalitatis beneficio quo securius deo seruire possint consolari studuerimus aeternorum praemiorum una cum illis nos participes fieri spe certa confidimus. Proinde omnibus christi nostrique fidelibus innotescat. qualiter nos ob interuentum. ac petitionem AGNETIS nostri thori. ac regni scilicet consortis imperatricis augustae. cuidam aecclesiae in honorem sanctae dei genitricis semper uirginis MARIAE infra RATISBONENSEM ciuitatem constructae. quae uulgo OBRENMVN-

STVRE dicitur. ubi uenerabilis abbatissa VVILLA uirginibus sub regula monachica deo seruientibus praeesse uidetur. quandam terram extra meridianum murum ciuitatis. et infra plateam. quae a parte orientali tendit per portam ciuitatis quae nominatur sancti HEMMERAMMI porta. monasterio proxime adiacentem. in longitudine habentem. perticas. xx. et in latitudine. viij. Aliam uero intra ciuitatem. extra antiquum murum. et infra plateam iacentem. qui murus et quae platea. a porta praedicta tendunt ad aecclesiam quae uulgariter AHACHIRICHA dicitur. iuxta atrium praelibati monasterii. In longitudine similiter perticas. xx. habentem. et in latitudine. x. Caeteraque infra. et extra ciuitatem. nec non et omnia ab antecessoribus nostris regibus uel imperatoribus ad idem monasterium in proprium tradita. atque confirmata. in comitatu HEINRICI comitis. eadem nos monasterio praefato cum nostra imperiali auctoritate corroboramus. atque confirmamus. Ea uidelicet ratione. ut praedicta abbatissa VVILLA et omnes quae sibi in loco eodem ordine et dignitate succedunt. liberam exinde potestatem habeant quicquid eis libuerit faciendi ad utilitatem praenominati monasterii. ac sororum ibidem monasticae (monastice) conuersantium. Et ut haec nostra imperialis confirmatio. stabilis. et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc cartam inde conscriptam. manuque propria ut subtus uidetur corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis inuictissimi (*Monogramma*) secundi romanorum imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

uuinitherius cancellarius uice Liutboldi archicancellarii et archiepiscopi recognouit.

Digitized by Google

Data. ij. idus ivlij Anno dominicae incarnationis. M. L. ij. Indictione. v. Anno autem domni HEINRICI tercij regis. secundi imperatoris. ordinationis eius. xxiiij. Regni uero. xiiij. Imperij. vj. Actum in nomine domini RATISBONE feliciter AMEN.

a) Sigilli impressi, sed fracti, pars maior chartae adhaeret, figuram a pectore ac utraque manu imperatoris usque ad pedes cum respondente huic fragmento inscriptione exhibens.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, annus tamen ordinationis numeratur iam completus ante tres menses.

c) Editum ap. Ried. Cod. dipl. Rat. I. 153. num. 161. Cnfr. desuper Diplomata 1021. 12. Nov. et 1025. 5. Maij.

CCCLXXX.

Anno 1052. 20. Julii. Bazowa.

Heinricus III. R. imperator Egilberto Pataviensi episcopo eiusque ecclesiae omnes possessiones confirmat, nominatim abbatias Chremisimunistivri, Matiseo cum praedio Hunisperch, capellam Otingam, curtim Rviti, villam Hufhusun, olim concambio pro Anesipurch acceptam, et in Osterrichi in loco Chiricbach territorium quoddam cum ecclesia ad radices Comageni montis et in eodem monte C. mansos.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. res aecclesiasticas et seruorum dei petitiones nostro releuari

Digitized by Google

ivuamine. atque imperiali munimine tueri. ad animae nostrae remedia. et ad imperii quod administramus profuturum esse credimus gubernacula. Quare fidelium nostrorum praesentium scilicet ac futurorum non ignoret industria. Egilbertvm sanctae pataviensis aecclesiae episcopum uenerabilem. episcopii sui traditiones aliquod (aliquot) nostrae celsitudini obtulisse obsecrantem. ut ex his nobis innotesceret. Quid regum aut imperatorum munificentia aecclesiae contulisset suae. et idem renouationis nostrae auctoritas roboraret. Eius nos iustae petitioni non solum fidelis seruitii sui assiduitate commoniti. sed et contectalis nostrae Agnetis imperatricis augustae precibus sollicitati pivm assensum praebuimus. et curtes. aecclesias. uillas. et omnia praedia cum suis pertinentiis a regibus uel imperatoribus. aut ab aliis religiosis uiris uel feminis sanctae patauiensi aecclesiae tradita. insuper etiam specialiter abbatias Chremisimvnistivri. Matiseo cum praedio nomine Hvnisperch. Capellam Otingam et curtim (curtem) Rviti. et uillam Hvfhvsvn quemadmodum eandem Adalbertvs. eiusdem sanctae patauiensis aecclesiae episcopus pro anesipurch sanctae lavriacensis aecclesiae praedio. ubi quondam episcopatus sedem fore nouimus. ab heinrico duce bawariorum iuste et legaliter in concambium accepit. atque possedit. et in osterichi in loco qui dicitur Chirichbach. territorium quoddam cum aecclesia quae ad radices comageni montis sita est. in eodem monte mansos. C. faciendos et plus. cum omnibus ad eandem pertinentibus. mancipiis. utriusque sexus. aecclesiis. uillis. areis. cultis et incultis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. molendinis. uiis. et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. cunctisque aliis appenditiis quae dici possunt. donatiuo hoc nouo praefatae aecclesiae sancti Stephani protomartiris christi. in qua et sanctus Valentinvs confessor corporaliter requiescit. prouisorumque eius potestati aeternaliter possidenda imperiali nostra auctoritate donamus. corroboramus.

Digitized by Google

atque confirmamus. Et ut haec nostra imperialis confirmatio stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc paginam inde conscribi. manuque propria ut subtus uidetur corroborantes. Sigilli nostri impraessione (impressione) iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis inuictissimi (*Monogramma*) secundi romanorum imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

uuinitherius cancellarius uice liutboldi archicancellarii et archiepiscopi recognouit.

Data. XIII. Kal. Aug. Anno dominicae incarnationis. M. L. II. indictione. V. anno autem domni Heinrici tercii regis. secundi imperatoris. ordinationis eivs XX. IIII. Regni uero XIIII. imperii. VI. Actum in nomine domni Bazovva feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, annus tamen ordinationis numeratur iam completus ante tres menses ac sex dies.

c) Editum ap. Hund. metrop. I. edit. Monac. 366. edit. Ratisb. 243. Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 771. et Buchinger Geſch. v. Paſſau 501. Cnfr. Stenzel Geſch. D. unter den fr. K. II. 232. ubi ex Regestis de Lang erronee legitur locus Bachowa.

Digitized by Google

CCCLXXXI.

Anno 1055. 6. Junii. Goslariae.

Heinricus III. R. imperator Gebehardo episcopo Eichstatensi eiusque ecclesiae in duobus locis, Pilingriez et Waltchiricha, in pago Nortkowe et in comitatu Heinrici sitis, mercatum cum theloneo et imperiali districtu concedit et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Quoniam ex jure suscepti regni omnibus aecclesiis romani imperii debitam sollicitudinem debemus impendere. uolumus unamquamque quantum nobis ex diuina conceditur gratia procurare. et ad dei seruicium sublimare. Id nobis quoque non parum prodesse et ad corporis et animae remedium nequaquam dubitamus. Vnde quidem omnes christi nostrique tam futuri quam praesentes nouerint fideles. qualiter nos pro animae nostrae beatitudine et antecessorum nostrorum requie. et ob interuentum nostri thori ac regni consortis scilicet Agnetis imperatricis augustae. et ob deuotam seruitutem nostri fidelis et dilecti Gebehardi. Eichstatensis aecclesiae uenerabilis episcopi. mercatum in locis duobus. vno in loco qui dicitur Pilingriez. altero Vualtchiricha dicto. in pago Nortkowe. et in comitatu HEINRICI sita (sitis) cum theloneo. et imperiali districtu. et omnia iuste legaliterque ad haec respicientia. ad altare sancti Salvatoris nostri dei. sanctaeque perpetuae uirginis Mariae. in Eichstat situm. concessimus. dedimus. confirmauimus. Ea uidelicet ratione ut praenotatus antistes Gebehardus. suique successores. antedictum mercatum in utrisque locis cum omni profectu ad utilitatem et restaurationem aecclesiae

Digitized by Google

clesiae suae. firmiter et absque omnium hominum contradictione et inquietudine. teneant. et possideant. Et ut haec nostra imperiali auctoritate facta traditio stabilis et inconuulsa omni succedentis temporis permaneat aeuo. hoc praeceptum inde conscriptum manu propria ut inferius uidetur corroborantes. sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis inuictissimi (*Monogramma*) secundi romanorum imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

uuinitherius cancellarius uice luitboldi archicancellarii et archicappellani recognoui. (*S. R. cui litteris graecis nomen cancellarii inscriptum est*).

Data. VIII. Idibvs (Idus) Jvnii. Anno dominicae incarnationis Mill. L. III. Indictione. VI. Anno autem domni Heinrici tercii regis. Imperatoris secundi. Ordinationis eius XX. V. Regni XV. Imperii VII. In nomine domini actum Goslarie feliciter Amen.

a) Sigillum impressum et optime expressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, annus tamen ordinationis numeratur iam completus ante unum mensem et 21 dies.

c) Ineditum.

Digitized by Google

CCCLXXXII.

Anno 1054. 11. April. Mogontiae.

Heinricus III. R. imperator cuidam Gozberto mansum regalem in loco Eichneberch, in pago Nortkovve et in comitatu Heinrici comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Nouerint omnes Christi nostrique fideles tam futuri quam praesentes. qualiter nos ob interuentum nostri thori ac regni carissimae consortis scilicet Agnetis imperatricis augustae Gozberto unum regalem mansum in loco Eichneberch dicto. in pago Nortkovve. et in comitatu Heinrici comitis situm. cum omnibus suis pertinentiis. hoc est. areis. aedificiis. terris cultis et incultis. agris. pratis. pascuis. campis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. exitibvs et reditibus. uiis et inuiis. quaesitis et inquirendis et cum omni iure et utilitate quae ullo mo (modo) inde poterit prouenire. in proprium dedimus. tradidimus. condonauimus. Eo uidelicet tenore. ut praefatus Gozpreht. de antedicto praedio liberam deinceps potestatem habeat tenendi dandi uendendi commutandi praecariandi (precariandi) posteris relinquendi. seu quicquid sibimet placuerit inde faciendi. Et ut haec nostra imperialis traditio stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hoc praeceptum inde conscriptum. manu propria ut inferius uidetur corroborantes. sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis inuictissimi (*Monogramma*) secundi romanorum imperatoris augusti (*Signum speciale*).

Digitized by Google

uuinitherius cancellarius uice liutboldi archicancellarii et archicappellani recognoui. (*S. R. cui graecis lit. inscriptum est nomen cancellarii*).

L. S.

Data III. Id. Aprilis. Anno dominicae incarnationis Mill. L. IIII. Indictione VII. Anno autem domni Heinrici tercii regis. imperatoris secundi. Ordinationis XXVII. Regni XV. Imperii VIII. Actum Mogontiae in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum impressum, studio exsectum, periit, remanente solum macula cerae circa foramen exsectum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, annus tamen ordinationis tribus diebus anticipatur.

c) Ineditum.

d) Desumtum ex Archivo Bambergensi.

CCCLXXXIII.

Anno 1054. 12. April. Moguntiae.

Heinricus III. R. imperator cuidam servienti suo, Bertoldo, villam Rotembach, in pago Nortgowe, in comitatu Heinrici sitam, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus tertius diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Constat et apud deum esse iustum. et apud homines utile et honorificum. regalem dignitatem non esse ingratam et immemorem fidelium serviciorum. Quapropter omnibus Christi fidelibus per omnia secula innotescere uolumus. qualiter suadente Agnete dilectissima coniuge nostra. necnon Adalberone

babimbergensi episcopo. Bertoldo seruienti nostro uillam Rotembach cum omnibus ad eam pertinentibus in pago Nortgowe. in comitatu Heinrici sitam. in proprium tradidimus. et omne ius quod inde ad nostrum seruicium pertinuit. cum utriusque sexus mancipiis. aedificiis. areis. exitibus et reditibus. agris quesitis et acquirendis. pratis. pascuis. cum omni utilitate de nostro iure sibi et suis heredibus. possidendum. commutandum. precariandum. et quicquid illis placuerit inde faciendum concessimus. Hanc quoque cartam ad stabilitatem nostrae regalis munificentiae conscribi. et propria manu confirmantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tertii Imperatoris inuictissimi (*Monogramma*).

L. S.

Guntherius cancellarius uice liupoldi archicancellarii recognoui.

Data II Idus Aprilis anno dominicae incarnationis M. L. IIII. indictione VII. anno domni Heinrici tercii regni XXVII. Imperii VIIII. actum mogunciae feliciter.

a) Sigilli impressi, sed fracti, maior pars superest, aliquibus tantum inscriptionis apicibus deperditis.

b) Forma membranae in altitudinem protensior, quam in latitudinem, similior est chartae notitiae quam iusto instrumento.

c) Indictio respondet anno notato, annus tamen regni, qui alias est ordinationis, binis diebus, et annus imperii octo mensibus ac 13. diebus anticipatus invenitur, nisi potius dicendum, latere tantummodo errorem calami in dicto anno imperii.

d) Editum in Schultes hiſtor. Schriften I. 29. et in Ried cod. dipl. Rat. I. 154. n. 162.

e) Desumtum est ex Archivo Bambergensi.

Digitized by Google

CCCLXXXIV.

Anno 1054. 14. April. Ebilezdorf.

Heinricus III. R. imperator Hartwico sex mansos regales in villis Wolframesdorf, Lideren et Ratmaresrivt, in pago Nortkovve et in comitatu Heinrici comitis sitos, donat.

a) Sigillum impressum periit, remanente loco eius cerae macula circa foramen et in membrana superincumbente.

b) Excepto anno ordinationis, qui integro anno sive unitate anticipatur, reliquae notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum Mon. Boic. XII. 95. inter Monumenta Oberaltacensia, ubi p. 96. lin. 8. leg.: XVIII. Kal. Mai; et ab H. Scholliner in Cod. Probat. ad stemma comitum de Bogen, in den neuen b. hiſtor. Abhandl. IV. Bd. 313. Cnfr. Abhand. S. 15. Stenzel Geſch. D. II. 233. erronee ad 24. April ex memoratis editionibus et Lang. Regest.

d) In nominibus propriis duorum locorum, secundi nimirum et tertii, deprehenditur quaedam correctura manu ac atramento saeculi XV^ti^, quae apparent in inscriptione externa: iuxta illam leguntur; Lindarn, Ratmaresreut, quam lectionem noviorem adoptarunt editores loc. cit. cum in authographo legantur: Lideren, Ratmaresrivt. Eadem inscriptio externa Hartwicum donatarium comitem vocat.

Digitized by Google

CCCLXXXV.

Anno 1054. 10. Julii. Weride.

Heinricus III. R. imper. fideli suo Emehardo praedium quoddam donat, in Marcholfesheim et aliis locis nominatis, in pagis Thuvergowe, Jagesgowe et in comitatu Hecelonis comitis situm, quod ex bonis Herimanni cuiusdam exlegis in suam imperialem potestatem devenit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus notum esse uolumus. qualiter nos Emehardo fideli nostro. ob eius ivge. atque fidele seruitium. tale praedium. quale nos in locis Marchoʃfesheim. Asbach. et iterum. Asbach. Riethbach. Hvchilheim. Zazendorf. Adalringin. Igilistrvoth habuimus. quod ex parte nostra in beneficium antea habuit. et quod in nostram imperialem potestatem ex Herimanno qui fuit exlex. quod uvlgariter dicitur. Elosh deuenit. in pagis Thvvergowe. Jagesgowe. et in comitatu Hecelonis comitis situm. cum omnibus suis pertinentiis. hoc est. utriusque sexus mancipiis. areis. aedificiis. terris. cultis. et incultis. agris. pratis. pascuis. campis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. exitibus et reditibus. uiis et inuiis. quaesitis. et inquirendis. seu cum omni utilitate quae ullo modo inde prouenire potest in proprium dedimus. atque tradidimus. Ea uidelicet ratione. ut praedictus Emeharth de praefato praedio liberam dehinc potestatem habeat tenendi. dandi. uendendi. commutandi. precariandi. posteris relinquendi. uel quicquid sibimet placuerit inde faciendi. Et ut haec nostra imperialis traditio.

Digitized by Google

nunc. et in aeuum. stabilis. et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conscribi. manuque propria ut subtus uidetur corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis inuictissimi (*Monogramma*) secundi romanorum imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

uuinitherius cancellarius uice liutboldi archicancellarii et archiepiscopi recognoui.

Data VI. Id. Julii. Anno dominicae incarnationis M. L. IIII. Indictione VII. Anno autem domni Heinrici tercii regis. secundi imperatoris. ordinationis. XXVI. Regni uero XVII. Imperii VIII. Actum in dei nomine Weride feliciter Amen.

a) Sigilli impressi, sed fracti, pars maior adhaeret chartae, exhibens totum caput et pectus cum integra manu dextera tenente pomum, sede etiam imperatoris vix non illaesa ac dimidia inscriptione usque ad finem eius.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt; annus tamen ordinationis numeratur ante tres fere menses completus. Cnfr. Stenzel Geſch. D. II. 234. ubi ex Lang. Reg. male legitur 9. Julii.

c) Ineditum.

d) Desumtum ex Archivo Wirceb.

Digitized by Google

CCCLXXXVI.

Anno 1055. 13. Mart. Eberesberc.

Heinricus III. R. imperator monasterio Scti Sebastiani in Hebresperc praedium in Lanthartesdorf tradit, in comitatu Friderici comitis situm, quod ex bonis cuiusdam Geroldi proscripti suae imperiali potestati legitime adiudicatum est.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Notum sit omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus qualiter nos pro remedio animae nostrae. et regni thorique nostri consortis AGNETIS. imperatricis. nec non nostrae prolis salute. ac pro omnium fidelium defunctorum requie ad monasterium quod uocatur HEBERESPERC. in honore sancti SEBASTIANI constructum. tale praedium quale Geroldus habuit. cum in palatino placito reus maiestatis criminabatur. et communi iudicio ab omnibus proscriptus dampnabatur. quod nostrae imperiali potestati legitime adjudicatum est. in loco quod dicitur LANTHARTESDORF. in comitatu FRIDERICI comitis situm. in proprium tradidimus. cum omnibus suis appendiciis. hoc est utriusque sexus mancipiis. areis. aedificiis. terris. cultis. et incultis. pratis. pascuis. campis. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. siluis. uenationibus. exitibus et reditibus quaesitis. et inquirendis. cum omni utilitate quae ullo modo inde poterit prouenire. Et ut haec nostrae imperialis traditionis auctoritas. stabilis. et inconuulsa per succedencium momenta temporum maneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria ut infra uidetur

Digitized by Google

uidetur corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis (*Monogramma*) romanorum imperatoris augusti. (*Signum speciale*).

uuinitherius cançellarius uice liutpoldi archicancellarii recognoui.

L. S.

Data III. idus Mart. Anno dominicae incarnat. M. L. V. Indict. VIII. Anno autem domni HEINRICI tercii regis. romanorum imperatoris secundi. ordinat. eius XXVII. regni XVI. imperii uero VIIII. Actum Eberesberc in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum impressum periit, remanente loco eius macula cerae.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum, donatio tamen praedii Lanthartesdorf ab Heinrico III. facta memoratur in codice tradit. Ebersperg. ap. Oefele II. 29. b. num. 97.

CCCLXXXVII.

Anno 1055. 20. Novemb. Prissiae.

Heinricus III. R. imp. Guntherio Cancellario suo montem Averhilteburchstal, et duos mansos regales per circuitum praedicti montis, in comitatu Ernestonis, Osterich dicto, tradit.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus.

Digitized by Google

Notum esse uolumus omnibus sanctae dei aecclesiae nostrisque fidelibus. tam futuris. quam presentibus qualiter ob interuentum dilectissime coniugis nostrae imperatricis Agnetis. et propter Incrementum filii nostri karissimi Heinrici quarti regis. Gvntherio nobis dilecto cancellario quoddam nostrum praedium in comitatu Ernestonis. osterich dicto. montem scilicet qui uocatur Averhilteburchstal damus. concedimus. et confirmamus. Insuper quoque duos nostri iuris mansos. uidelicet regales. per circuitum praedicti montis in proximo adiacentes. cum omnibus suis appendiciis. scilicet utriusque sexus mancipiis. areis. aedificiis. agris. pratis. pascuis. terris cultis et incultis. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. siluis. uenationibus. portu uineis. uinetis. exitibus. et reditibus. quesitis et inquirendis. cum omni utilitate quae ullo modo inde poterit prouenire. in proprium tradidimus. Ea uidelicet ratione. ut praenominatus Gvntherius de praefato praedio liberam dehinc potestatem habeat. obtinendi. tradendi. commutandi. precariandi uel quicquid sibi placuerit inde faciendi. Et ut haec nostrae imperialis traditionis auctoritas. stabilis et inconuulsa in omni tempore permaneat. hanc cartam inde conscriptam. manu propria ut infra uidetur corroborantes. bullae nostrae impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis Inuictissimi (*Monogramma*) secundi Romanorum Imperatoris augusti (*Signum speciale*).

uuinitherius cancellarius uice luitpoldi archicancellarii recognouit.

Data XII. Kal. Decembris. Anno dom. incarnat. M. L. V. Indictione VIII. Anno autem domni Heinrici tercii regis. Imperatoris augusti secundi. Ordinationis ejus XXVII. Regni quidem XVII. Imperii uero VIIII. Actum Prissiae in dei nomine feliciter Amen.

Digitized by Google

a) Appendet Bulla plumbea ex funiculo dupplici coriaceo.

b) Notae chronologicae inter se concordant; annus tamen ordinationis unitate est decurtatus, aut iam ante septem menses completus.

c) Editum in Schultes histor. Schriften II. 347.

d) Desumtum ex Archivo Bamberg.

CCCLXXXVIII.

Anno 1055. 10. Decembr. Niuenburc.

Heinricus III. R. imperator canonicis Frisingensibus, spiritualibus suis fratribus, bona aliquando ab Ottone marchione in precarium illis tradita, tribus in locis et comitatibus sita, Leian inter montana in comitatu Popponis, Ufchirchin in comitatu Fridirici, et Ebarhusen in comitatu Burchardi, quae ob excommunicationem et proscriptionem eiusdem comitis fisco imperiali cesserant, in proprium tradit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Agenda est causa rei puplicae (publicae). sed salua re matris nostre ecclesiae. et plerumque quae iure fori obtinemus. hec iure caeli ultro reddere destinamus. hoc ergo complacuit nobis in re fratrum nostrorum spiritualium. qui Frisinge. sub (regula) canonica constituti deo seruiunt et de collectis fidelium se agunt. Cum ipsis enim aliquando Otto marchio precarium fecit. et dedit quod uisus est habere in loco qui dicitur leian. inter montana in comitatu popponis. et in loco qui dicitur. Ufchirchin in comitatu Fridirici et in loco qui dicitur. Ebarhvsen in comitatu Bvrchardi. antea autem ille Otto infelix deo

Digitized by Google

et sanctae ecclesiae pro incesto ad satisfactionem inobediens. iuxta quod apostolus instituit traditus est satanae in interitum carnis. Et ob hoc secundum legem bauariorum in nostro colloquio diffinitum est omnia ad fiscum pertinere. quae idem Otto potuit habere. Qua ratione Geroldus aduocatus supra memoratorum fratrum nostrorum conuictus. nobis et aduocato nostro Hartvvico eiusdem traditionis ottonis inuestituram dradidit (tradidit). quia in eius defensionem nullam inuenire potuit rationem. Igitur habemus in potestate ut quodlibet nobis inde faciamus. libet ergo amicos nobis de mammona iniquitatis facere. qui nos ex praesenti uita deficientes in aeterna Tabernacula possint recipere. Propterea notum sit omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus. quia illis nostris fratribus in memoriam nostri et regni thorique nostri consortis agnetis imperatricis nec non dilectissimi filii nostri Heinrici regis quarti. quicquit (quicquid) Otto dare destinauit cum omnibus suis appenditiis. hoc est utriusque sexus mancipiis. areis. aedificiis. agris. pratis. pascuis. terris. cultis et incultis. uineis. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus siluis. uenationibus. exitibus et reditibus quaesitis et inquirendis cum omni utilitate quae ullo modo inde poterit prouenire in proprium damus. Et ut haec nostrae imperialis traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni aeuo permaneat. hanc cartam indę conscriptam manu propria ut infra uidetur corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis (*Monogramma*) secundi romanorum imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

uuinitherius cancellarius uice liutpoldi archicancellarii recognoui.

Digitized by Google

Data. IIII. id. dec. Anno dominicae incarnat. M. L. V. indict. VIII. Anno autem domni Heinrici tercii regis imperatoris secundi. Ordinat. eius XX. VIII. regni XVIII. imperii uero VIIII. Actum Niuenburc. in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum periit, remanente loco eius macula cerae circa foramen crucis decussatae et in membrana superincumbente.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, solo anno regni excepto, qui anticipatus est 6 mensibus ac 6 diebus.

c) Editum in Meichelbeck Hist. Fris. I. 251. Cnfr. Stenzel Gesch. II. 235. qui erronee legit. III. Id. decemb.

CCCLXXXIX.

Anno 1055. 14. Decembr. Ulmae.

Heinricus III. R. imperator Patauiensi ecclesiae, in honore Scti Stephani constructae, praedium Richuini, in palatino placito capitali sententia damnati, in villis Gouuazesbrunnen et Chrvbaten, atque V. mansos silvaticos, quos idem Richuuinus, ad praedictam villam Gouuazesbrunnen pertinentes, in beneficium habuit, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia secudus (secundus) romanorum imperator augustus. Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus qualiter nos ob interuentum regni thorique nostri consortis Agnetis. imperatricis. nec non dilectissimi filii nostri Heinrici. regis quarti. pro remedio animae nostrae. et praefatae nostrae coniugis. atque praenominati filii nostri. H.(einrici) regis quarti prouectu.

Digitized by Google

omniumque parentum nostrorum requie. sanctae patauiensi aecclesiae in honore sancti Stephani protomartiris constructae. ob amorem etiam piae memoriae. Egilberti ciusdem sedis episcopi. tale praedium quale Richuinus habuit cum in palatino placito reus maiestatis inuentus. communi omnium iudicio capitali sententia est dampnatus. in uillis. Gouuazesbrunnen et chrvbaten dictis. ita ut in mensuris. demonstrationibus. et terminis obtinuit. atque quinque mansos siluaticos quos idem Richuuinus ad praefatam uillam Gouuazesbrunnen pertinentes in beneficium habuit. cum omni utilitate quae inde prouenire potest. et cum omnibus suis pertinentiis. hoc est areis aedificiis. terris cultis et incoltis (incultis). agris. pratis. pascuis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. exitibus. et reditibus. uiis. et inuiis. quesitis et inquirendis. in proprium tradidimus. Et ut haec nostrae imperialis traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni aeuo permaneat. hanc cartam inde conscriptam. manu propria ut infra uidetur corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis (*Monogramma*) secundi romanorum imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

uuinitherius cancellarius uice liutboldi archicancellarii recognouit.

Data. XVIIII. Kal. ianuar. Anno dominicae incarnationis M. L. V. indictione. VIII. Anno autem domni Heinrici. tercii regis. romanorum imperatoris secundi. Ordinationis XX. VII. Regni XVII. Imperii VIIII. Actum Ulmae in dei nomine feliciter amen.

Digitized by Google

a) Sigillum impressum et bene expressum, illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, annus tamen ordinationis numeratur iam ante octo menses completus.

c) Editum a Buchinger Gesch. v. Passau, 504., memoratum et extractum ab Hund. in Metrop. I. Edit. Mon. 304. edit. Ratisb. 205. ab Hansiz in Germ. Sacr. I. 251., et ab Oefele Scr. r. B. I. 709. a. inter excerpta Passaviensia Aventini.

d) Quaedam loca exesa facile ex contextu supplentur.

e) Inscriptio externa manu antiquissima saec. XI. aut XII. notat loca tradita: Gowazprunnen et Crobat, quae manus, cum desit in alio exemplari ad apographa collocato, probare potest, hocce instrumentum habitum esse solum legitimum ac authenticum.

CCCXC.

Anno 1056 potius, quam 1055, 19. Januar. Argentinae.

Heinricus III. R. imperator Hemmoni duas villas Touerihc et Slammaringen, in marcha Champiae sitas, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis Heinricus. diuina fauente clementia romanorum Imperator augustus. Notum sit omnibus sanctae dei aecclesiae. nostrisque fidelibus tam futuris quam praesentibus. qualiter ob interuentum dilectissimae coniugis nostrae imperatricis Agnetis. necnon filii nostri karissimi. Heinrici quarti regis. Hemmoni duas villas. uidelicet Touerihc. et Slammaringen. in marcha champiae sitas. in proprium tradidimus. cum omnibus suis appendiciis. hoc est utriusque sexus mancipiis. areis. aedificiis. agris. pratis. pascuis. terris. cultis et incultis. uineis. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. siluis. uenationibus. exitibus. et reditibus. quaesitis et inquirendis. cum omni utilitate quae ullo modo inde poterit prouenire. Ea uidelicet

Digitized by Google

racione. ut prenominatus Hemmo. de prefato predio liberam dehinc potestatem habeat obtinendi. tradendi. commutandi. precariandi. uel quicquid sibi placuerit inde faciendi. Et ut haec nostrae imperialis traditionis auctoritas. stabilis et inconuulsa omni aeuo permaneat. hanc cartam inde conscriptam. manu propria ut infra uidetur corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Heinrici tercii regis inuictissimi (*Monogramma*) secundi romanorum Imperatoris augusti (*Signum speciale*).

uuinitherius cancellarius uice liutboldi archicancellarii recognouit.

L. S.

Data XIIII. Kal. Februarii. Anno dominicae incarnationis M. L. V. Indict. VIII. Anno autem domni Heinrici tercii regis. Imperatoris autem secundi. Ordinationis eius XXVII. Regni quidem XVII. Imperii uero X.
Actum Argentine. in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

b) Ex notis chronologicis sola indictio favet anno notato 1055, anni enim currentes ordinationis (inde ab an. 1029 numeratae), regni et imperii anno Chr. 1056 conveniunt. Cui ultimo standum ratione loci, nam ad finem Januarii nonnisi an. 1056. Argentinae morabatur Heinricus III. imp., cum eo tempore an. 1055. Quedlingburgae in Saxonia versaretur. Cnfr. Stenzel Geſch. D. II. 256. et adductum ab eo Dipl. 26. Jan. Argentinae 1056. Wurdtwein nov. subs. VI. 225.

c) Editum in Schultes hiſtor. Schriften II. 346.

d) Desumtum ex Arch. Bamberg.

CCCXCI.

Digitized by Google

CCCXCI.

Anno 1056. 10. Julii. Berchtenstat.

Heinricus III. R. imperator ecclesiae Pataviensi locum vici Poumgartun, terminis descriptum, cum omni utilitate tradit, quae contra Boemes haberi et conquiri poterit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia secundus romanorum imperator augustus. Quia ex dono et prouidentia dei obtinuimus imperium et obtima (optima) queque regni. prouidendum est nobis. ut ex temporalibus donis comparemus diuitias regni caelestis. Qua in re maxime praeualere confidimus opera misericordiae. si ex habundantia et copiis nostris. aliquid conferamus sanctis deo deuotis aecclesiis. Ergo nouerit omnium christi nostrique fidelium tam praesentium quam futurorum industria qualiter nos ob remedium animae nostrae et interuentum petitionemque dilectae regni thorique nostri consortis imperatricis. AGNAE. et amati filii nostri regis. Heinrici. necnon fidelis episcopi nostri EGILBERTI. locum cuiusdam uici poumgartun nominatum cum omni utilitate quae contra boemes quoquomodo haberi et conquiri poterit. omnemque terram intra subscriptos terminos inclusam. id est uallem ipsam poumgartuntal dictam sursum usque ad definitas notas ungaricorum terminorum deorsum usque ad praedium Henrici comitis. exinde in directum usque ad stratam lauentenburch ducentem. ipsamque usque ad praedium Richuini. sanctae patauiensi aecclesiae in honore sancti stephani constructae ubi sanctus confessor valentinus corporaliter requiescit cum omnibus suis pertinentiis. hoc est. areis. aedificiis. terris coltis (cultis) et incultis. agris. pratis. pascuis. campis. siluis. uenationíbus. aquis. aquarumque decursibus.

Digitized by Google

molis. molendinis. piscationibus. exitibus. et reditibus. uiis. et inuiis. quesitis. et inquirendis. seu cum omni utilitate quae ullo modo inde prouenire potest in proprium dedimus atque tradidimus. Et ut haec nostra imperialis traditio nunc et in aeuum stabilis et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conscriptam. manu propria ut subtus uidetur corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Heinrici tercii regis inuictissimi (*Monogramma*) secundi romanorum imperatoris augusti (*Signum speciale*).

L. S.

uuinitherius cancellarius uice liutboldi archicancellarii et archiepiscopi recognouit.

Data VI Idus Julii. Anno dominicae incarnationis. M. L. VI. Indictione. VIIII. Anno autem domni HEINRICI. tercii regis. secundi imperatoris. ordinationis XX. VIII. regni vero XVIII. imperii X. Actum. Berchtenstat. in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum et bene expressum, illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt; annus tamen ordinationis non ab an. 1028, sed, quod frequentissime fit, ab an. 1029 numeratus est.

c) Editum a Buchinger Geſch. v. Paſſau II. 505, extractum tam ab Hundio metr. I. Edit. Mon. 504. edit. Ratisb. 203., quam ab Hansiz German. Sacr. I. 251.

Digitized by Google

CCCXCII.

Anno 1056. 21. Septembr. Botvelt.

Heinricus III. R. imper. cuidam Otnando quinque mansos in villa et circa villam Bettesigelon, in pago Ratinzgowe et in comitatu Graft comitis sitos, in proprium tradit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus qualiter nos ob interuentum papae Victoris secundi. necnon per intercessionem carissimae contectalis nostrae scilicet Agnetis. imperatricis augustae nostrique filii dilectissimi. Heinrici quarti regis. quinque mansos in uilla et circa illam uillam Bettesigelon dicta iacentes. in pago Ratinzgowe sitos. et in comitatu Graft comitis. seruienti nostro Otnando quos prius in beneficium obtinuit in proprium tradidimvs cum omnibvs suis appendiciis. hoc est utriusque sexus mancipiis. areis. aedeficiis (aedificiis). terris cultis et incultis. agris. pratis. pascuis. aquis aquarumque decursibus molis. molendinis. piscationibus. siluis. uenationibus. exitibus et reditibus uiis et inuiis. quesitis et inquirendis. cum omni utilitate quae ullo modo inde poterit prouenire. Ea uidelicet ratione ut praenominatus Otnandvs de praefato praedio liberam dehinc potestatem habeat obtinendi. tradendi. commutandi. precariandi. uel quicquid sibi placuerit inde faciendi. Et ut haec nostrae imperialis traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni tempore permaneat hanc cartam inde conscriptam

manu propria ut infra uidetur corroborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis inuictissimi (*Monogramma*) secundi romanorum imperatoris augusti. (*Signum speciale*).

L. S.

uuinitherius cancellarius uice liutboldi archicancellarii et archiepiscopi recognoui.

Dat. XI Kal. Octobris. Anno dom. incarnationis MLVI. Indict. VIIII. Anno autem domni Heinrici tercii regis. secundi imperatoris. ordinationis XXVIII. Regni vero XVIII. Imperii X. Actum Botvelt in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigilli impressi, sed fracti, quatuor partes ope cerae novioris liquefactae ita sunt coagmentatae, ut exceptis paucis lacunis totum adhuc sigillum conspici liceat.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt; annus tamen ordinationis ab anno 1029 numeratus est, quod frequentissime factum esse ex praecedentibus instrumentis huius imperatoris patescit.

c) Editum a Schultes in den histor. Schriften II. 229. et ab Oesterreicher in den Beyträgen II. Heft num. 9.

d) Desumtum ex Archivo Bambergensi.

Digitized by Google

CCCXCIII.

Anno 1057. 4. Februar. Nuenburg.

Heinricus IV. rex Altwino, Brixinensi episcopo eiusque ecclesiae abbatiam Tisentinensem, in pago Curiensi, comitatum in valle enica terminis designatum et clusam sub sabione cum theloneo omnesque eiusdem ecclesiae possessiones confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Si ecclesiarum dei constitutiones stabilire studuerimus. id ad nostri regni statum. et animae nostrae remedium proficere non dubitamus. Quocirca notum sit omnibus sanctae dei aecclesiae fidelibus praesentibus scilicet ac futuris. qualiter ALTWINVS uenerabilis episcopus sanctae prixenensis aecclesiae in honore sanctorum martyrum cassiani. et ingenuini dedicatae nostram exorauit humiliter clementiam. quatinus pro dei amore nostraeque animae remedio sibi suaeque aecclesiae abbatiam tisentinensem sitam in pago curiensi. nec non comitatum situm in ualle enica. ab eo termino qui tridentinum a prixenense diuidit episcopatum. et clusam sitam sub sabione. foresta. omnesque eiusdem aecclesiae possessiones quas ipsa aecclesia olim per praecepta regum. vel imperatorum. usque nunc uisa est possidere. nostro sibi praecepto consolidaremvs. atque confirmaremus. Cuivs dignis petitionibus aures nostrae dapsilitatis acclinantes. corroboramvs atque per huius regalis praecepti paginam in perpetuum confirmamvs. praefato ALTWINO episcopo. suaeque aecclesiae eiusque rectoribus qui pro tempore fuerint praescriptam abbatiam et praefatum comitatum quem felicis memoriae auus noster Chvonradvs et domnus ac pater noster Heinricvs ambo impera-

Digitized by Google

tores augusti eidem ecclesiae concesserunt. et praelibatam clusam. cum theloneo foresta omnesque eiusdem ecclesiae possessiones quas ipsa aecclesia hucusque uisa est possidere. Ea uidelicet ratione ut praefatus episcopus. eiusque successores. liberam potestatem habeant. quicquid eis placuerit inde faciendi ad ecclesiae suae utilitatem. Et ut haec nostra regalis auctoritas firmior omni habeatur tempore. hoc praeceptum inde conscriptum manu propria ut infra uidetur corroborantes. sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) quarti regis.

uuinitherius cancellarius uice liutbaldi archicancellarii et archiepiscopi recognoui.

L. S.

Data II. Non. Februarii. Anno dominicae incarnat. Mill. L. VII. Indictione VIIII. Anno autem domni Heinrici quarti regis Ordinationis tertio Regni primo. Actum Nvenbvrg in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum, quod est minimi moduli.

b) Indictio unitate decurtata invenitur, anni autem ordinationis et regni currentes notato anno Chr. respondent.

c) Editum apud Frhr. v. Hormayr in den Beyträgen zur Gesch. der Grafschaft Tirols I. Bd. II. Abth. 51. num. 17.

d) Instrumentum hoc cum praecedente confirmatione Heinrici III. ao. 1040. 16. Januar., vix non de verbo ad verbum, convenit.

Digitized by Google

CCCXCIV.

Anno 1057. 9. Februar. Niwenburch.

Heinricus IV. rex Ellenhardo Frisingensi episcopo eiusque ecclesiae omnes possessiones, in quacunque provincia regni sui, in quocunque pago, marchia vel comitatu sitas, cum universi generis pertinentiis, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Si erga domus dei nostrae liberalitatis munificentiam piis incitati studiis ostenderimus. et oportuna terreni commodi more imperiali seu regali eis conferimus suffragia. non solum ad temporalem regni diuinitus nobis collati profectum. uerum et ad aeternitatis gloriam feliciter obtinendam. hoc nobis multum prodesse liquido credimus. simulque patrociniis sanctorum nos inde beari atque tueri non ambigimus. Idcirco omnibus christianae religionis fidelibus praesentibus scilicet patescat ac futuris. quoniam reuerendus Ellenhardus sanctae frisingensis aecclesiae presul. nostram adiit celsitudinem. obnixe supplicans. ut pro stabilitate eiusdem sacrosanctae aecclesiae uniuersas res liberalitate piae memoriae antecessorum nostrorum imperatorum scilicet siue regum. a primo consecrationis suae tempore usque modo eidem concessas. et quicquid religiosa nobilium personarum uel ignobilium traditione. seu commutatione. siue coemptione aliqua in ius ac inuestituram ejusdem aecclesiae in praesenti collatum dinoscitur. per nostrae regalis renouationis praeceptum sibi roborare atque confirmare dignaremur. totamque aecclesiae facultatem in tutelae nostrae singulare patrocinium. mundiburdium. atque defensionem habuissemus commendatam. at nos gratuita benignitate. religiosis eius peticionibus pro christi honore et sanctae geni-

tricis suae semper uirginis mariae ueneratione assensum praebentes. nec non genitricis nostrae imperatricis AGNETIS. nobisque dilecti Balduuini Salzburgensis aecclesiae archiepiscopi. et aliorum tam uenerabilium episcoporum quam reliquorum conspectui nostro assistentium procerum intercessioni piae (pie) annuentes. iure auctoritatis nostrae ad praefatam aecclesiam. nomine sanctae genitricis dei dedicatam. ubi electus dei confessor Corbinianus corpore quiescit. pro antecessorum nostrorum et animae nostrae remedio. ac diuturna profectus nostri felicitate aeternaliter in proprium donamus. roboramus. ac renouando confirmamus. quicquid ad praedictam sanctam et matricem aecclesiam actenus pertinebat. et quicquid moderno tempore eadem aecclesia in uestitura retinet. in quacunque uidelicet prouincia regni nostri. siue quocunque pago. aut marcha. uel comitatu situm sit. cum monasteriis. aecclesiis decimatis. siue absque decima. cum castellis. uel uicis. cum curtis. casis. aliisque aedificiis. familiis. et utriusque sexus mancipiis. parschalchis. sindmannis. hengistfuotris. censibus. et capiticensibus. agris. campis. uineis. terris cultis et incultis. noualibus. uel siluis. ad noualia extirpandis. pratis. paludibus. pascuis. conpascuis. montibus. siluis. materiae ac lignorum incisionibus. forestis. uenationibus. mercatis. teloneis. et percussura proprii nomismatis. salinis. et sartaginibus. ac locis sartaginum. Aquis aquarumque decursibus. piscationibus. stationibus. id est gistellis piscium quos husones dicimus. molinis. molendinarumque locis. pontibus. uectigalibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. Haec omnia in omnibus ad ipsum frisingense episcopium legaliter pertinentia. per hoc auctoritatis nostrae praeceptum in jus et potestatem sacrosanctae christi matris aecclesiae praefatae donamus. tradimus. et confirmando renouamus. eo rationis tenore. ut jam dictus honorabilis episcopus Ellenhardvs. eiusque successores liberam pro utilitate eiusdem sanctae dei aecclesiae perenniter habeant potestatem quicquid inde uoluerint faciendi absque ullius molestia. Et ut haec auctoritas

Digitized by Google

ritas nostra per cuncta labentis mundi curricula firmiore solidetur stabilitate. manu nostra subter eam roborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici quarti (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

uuinitherius cancellarius uice liutboldi archicapellani recognouit.

Data. V. Idus Febr. Indict. X. Anno dominicae incarnat. M. L. VII. Anno autem domni Heinrici. IIII. regis. ordinationis tercio. regni primo. Actum Niwenburch in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum impressum, illaesum, minimi est moduli.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum ap. Meichelbeck Hist. Fr. I. II. 515. Hund metrop. I. Edit. Monac. 151. et Rat. 102. Lünig spicilegio Eccles. II. Theil. 228.

d) Praecedenti confirmationi regiae 1039. post 4. Nov. circ. 26. Decembr. vix non de verbo ad verbum consonat.

Digitized by Google

CCCXCV.

Anno 1057. 16. Augusti. Triburiae.

Heinricus IV. rex Gunthario Babenbergensi episcopo eiusque ecclesiae quandam capellam, nimirum abbatiam, verius praeposituram, infra urbem Radesponam, in pago Dvonecgowie, in comitatu Heinrici comitis sitam, reddit et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. In examine cuncta dei conspicientis aequale meritum quia esse credimus dantis et corroborantis. speramus etiam ad nostram perpetuam salutem pertinere aecclesiis dei quandoque iniuriam passis sua restituere. et omnia eis aduersantia cum omni festinatione abdere. Unde per interuentum dilectissimae matris nostrae Agnetis imperatricis augustae. et ob remedium animae patris nostri Heinrici. secundi imperatoris felicis memoriae. nostramque interminabilem per secula felicitatem. quandam capellam quam quidam nuncupant abbatiam. nos uero dicimus praeposituram. infra urbem radesponam. in pago Dvonecgowie in comitatu Heinrici comitis sitam. sanctae Babenbergensi acclesiae (ecclesiae) in honorem S. Petri principis apostolorum et S. Georgii martiris consecratae. cum omnibus appenditiis. scilicet exitibus et reditibus. aquis aquarumque decursibus. piscationibus. molis. molendinis. siluis. uenationibus. pascuis. pratis. terris cultis et incultis. decimis. uillis. uicis. uineis. areis. utriusque sexus mancipiis. tributariis. uel aliquibus utilitatibus. quae ullo modo aut nominari aut scribi possunt benigno animo et liberali deuotione reddimus. donamus. et corroboramus. ea uidelicet con-

Digitized by Google

ditione. quatinus supradictae sanctae Babenbergensis aecclesiae uenerabilis episcopus Gvntharivs. suique in perpetuum successores. deinceps liberam inde habeant potestatem. tenendi. possidendi. commutandi. et quicquid ad statum uel utilitatem supradictae aecclesiae pertineat faciendi omni omnium contradictione remota. Hanc autem traditionem siqua iudiciaria potestas uiolare. uel infirmare astutia uel seculari iudicio praesumptuose temptauerit. dampnati iudae supplicium luat. nullaque dum uiuat aduersitate careat. uerum uitae huius transitoriae resolutus exilio. aeternae dampnationis inextinguibili deputetur incendio. Et ut huius nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat hoc priuilegium inde conscriptum propria manu corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) quarti regis.

L. S.

uuinitherius cancellarius uice luitpaldi archicancellarii et archiepiscopi recognoui.

Data X. VII. Kal. Septembris Anno dominicae incarnationis incarnationis (semel abundat) M. L. VII. Indictione X. Anno autem domni Heinrici quarti regis ordinat. III. regni I. Actum tiburie in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum minimi moduli est et optime expressum.

b) Annus regni ac indictio currentes, annus autem ordinationis iam completus ante unum mensem minus uno die respondent anno Chr. notato.

c) Editum a Schultes in den hiſtor. Schriften II. 347. et a Ried Cod. dipl. Ratisb. I. 155. num. 163.

d) Desumtum ex Archivo Bambergensi, spectans ad veterem Capellam Ratisbonae.

Digitized by Google

CCCXCVI.

Anno 1057. 17. Augusti. Triburiae.

Heinricus IV. rex Gunthario Babenbergensi episcopo eiusque ecclesiae mercatum in villa Haderichesbrucca, sita in pago Nortgowe, in comitatu Heinrici comitis, concedit, reddit et donat, cum banno, monetariis, monetis, theloneis omnibusque forensis iuris utensilibus.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Diuinis et salutaribus sanctarum scripturarum crudimur documentis. et patrum nostrorum admonemur exemplis. ut aecclesias dei summa deuotione ac benignitate ditemvs. et omnimodis amplificare. et sublimare non cessemvs. Proinde nouerit omnium christi nostrique fidelium sollers industria. qualiter nos ob salutare remedium animae patris nostri Heinrici beatae memoriae secundi romanorum imperatoris augusti. et per interuentum dilectissimae matris nostrae Agnetis augustae imperatricis. necnon pro deuoto ac fideli seruicio dilecti nostri Gvntharii quinti sanctae Babenbergensis aecclesiae episcopi. in uilla haderichesbrucca quae sita est in pago Nortgowe in comitatu Heinrici comitis. mercatum fieri statuimvs. reddentes. et donantes id ipsum mercatum praelibato eiusdem loci episcopo suisque successoribvs perpetuo habendum possidendum. et quicquid libitum fuerit ex eo faciendum ad aecclesiae supradictae usum augmentandum. Sit idem mercatum liberum. iudicum. ducum. comitum. omniumque iuditiarium potestatum contradictione securum. soli tantum Babenbergensi episcopo subditum. et proprium. cum banno. monetariis. monetis. theloneis. omnibvsque forensis iuris utensilibvs.

Digitized by Google

Nostra autem regali auctoritate firmamus. ut omnes illo causa forensis negotii confluentes. ibidem negotiantes. indeque redeuntes. secura et certa pace fruantur. Et ut haec nostra regalis traditio. stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc cartam inde conscriptam manu propria ut infra uidetur corroborantes. sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) quarti regis.

L. S.

Winitherius cancellarius uice luitbaldi archicancellarii et archiepiscopi recognoui.

Data X.VI. Kal. Septembris. Anno dominicae incarnationis M. L. VII. Indictione X. Anno autem domni Heinrici quarti regis Ordinat. III. regni primo.

Actum triburiae in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum impressum, illaesum, minimi est moduli.

b) Annus regni ac Indictio currentes, annus autem ordinationis iam completus ante unum mensem respondent anno Chr. notato.

c) Editum a Schultes in den hiſtor. Schriften I. 29. verum ex copia solum, quae habetur in codice Udalriciano ap. Eccard. corp. hist. II. 88. num. 95. ubi erronee annus Chr. 1052 legitur. Antea editum a Falkenstein Cod. diplom. Antiquitatum Nordgaviensium. 28. erronee ad an. 1060. et ex eo ab Ussermann in Episcopatu Bamb. Cod. probat. 39. num. 35. denique in (Waldau) dipl. Geſch. von Hersbruck im Anhang num. II.

Digitized by Google

CCCXCVII.

Anno 1059. 5. Febr. Magontiae.

Heinricus IV. rex Heinrico Augustensi episcopo Wiltpannum super foresto tam ipsius ecclesiae, quam comprovincialium, terminis designato, concedit et tradit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex.

Notum sit omnibus Christi. nostrique fidelibvs. tam futuris quam praesentibus. qualiter nos ob interuentum ac petitionem dilectissimae genitricis nostre Agnetis. imperatricis augustae. fideli nostro. Heinrico. augustensi episcopo. super quoddam proprium suae aecclesiae forestum. uuiltpannum dedimus. atque super tale praedium. quale ipse ab aliis suis comprouincialibus ullo modo acquirere posset. positum et interiacens intra hos eiusdem foresti terminos. hoc est. De lico ad spetinga. Inde ad alinchoua. Inde ad flumen sinckalta. et per illud flumen usque hemmenhusa. Inde usque lengenuelt. Inde ad engelbereshouan. hinc wintenesaha. de hinc ad aschatala. in lócum qui dicitur ad lintun. posthinc per eandem uallim usque uinsterunstia. hinc sahsenriet. Inde ad erboldesuuanc. hinc ad rischanc. Inde in durgibach. hinc in regenprehtesriet. Inde ad hirzbol. deinde ad geltenaha. de geltenaha ad gotengraben. dehinc ad talehouen. usque in flumen Wertaha. et inde sursum per illud flumen usque parenstein. de parenstein usque ad flumen rotuuazzer. posthinc ad habechesekke. deinde ad suarcenberch. inde ad sulceberch. et per sumitatem eiusdem montis usque mosebach. Inde ad kanale. Inde ad flumen ilara. in locum qui dicitur ummungesuurt. hinc sursum per illud flumen ilara usque ad ostium praitahe. ab hoc autem flumine

Digitized by Google

praitahe sursum ad apicem gemeinengunbet. dehinc ad widerostein. hinc super eunoschin ad durechelenstein. et hinc directo. tramite in geizbach. et per ipsum fluuium geizbach in licum. et sic per licum deorsum usque ad supra dictum locum spetingen. Eo uidelicet rationis tenore. ut nulli. praeter eiusdem iam dicti Heinrici episcopi licentiam aut uoluntatem infra hos praenominatos terminos liceat uenari. uel sua praesumptione aliquam ferarum capturam in his ullo modo facere. Et ut haec nostra regalis traditio stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc cartam inde conscribi manuque propria corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Heinrici quarti (*Monogramma*) regis.

Gebehardus cancellarius uici liutpoldi archiepiscopi recognouit.

Data Non. Februarij. Anno dominicae incarnationis. M. L. VIIII. Indictione XII. Anno autem ordinationis domni. H. quarti regis. V. Regni uero III. Actum Magontie in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigilli impressi, sed fracti, pars fere dimidia chartae adhaeret, exhibens regis figuram a pectore usque ad pedes vix non integram cum aliquibus apicibus inscriptionis: NRICVS.

b) Notae chronologicae inter se concordant.

c) Ineditum, copiose tamen extractum a Braun in der Gesch. der Bisch. v. Augsb. I. 376—378. Versionem eius Germanicam exhibet Lori Gesch. des Lechrains II. 3.

Digitized by Google

CCCXCVIII.

Anno 1060. 22. Junii. Chorbeiae.

Heinricus IV. rex Adalberoni Wirceburgensi episcopo eiusque ecclesiae Wiltbannum super quodam foresto, terminis descripto, tradit, collaudantibus archiepiscopo Mogontino, fuldensi abbate caeterisque, qui aliquid proprii in istis terminis possident.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibvs notum esse uolumus. qualiter nos ob interuentum ac petitionem dilectissimae genitricis nostrae Agnetis imperatricis augustae. et ob deuotum seruitium Adalberonis Wirziburgensis episcopi ad altare sancti Chiliani martiris in wirziburc constitutum. uuiltbannum super quoddam forestum infra hos terminos situm. id est. a loco ubi influit Werna moin fluuium. sursum ad Zuzeleiba. inde steinbahc sursum witolteshuson. inde recta uia super ratoluesperc in moin ad hirzuurtin. inde moin deorsum ad heitingesfelt. exceptis his quae ad chizzingin pertinent. de heitingesfelt autem per riuulum eidem uillae contiguum sursum ad hattenhuson. inde ad rockenstat. inde iterum recta uia ad rinderuelt minorem. usque ad riuum ibi praetereuntem deorsum ad witehuson in gruonaha. illamque deorsum in tuberam fluuium. inde per tuberam usque moin. per moin autem sursum usque ad heitingesfelt. Sigefrido mogontino archiepiscopo. Witrado fuldensi abbate. caeterisque omnibus qui in praescriptis terminis aliquid proprii possederunt collaudantibvs. in proprium dedimus atque tradidimus. Ea uidelicet ratione. ut praedictus epis-

episcopus et sui successores eiusdem foresti uuiltbannum legitime et potestatiue teneant. et ad usum suum quomodocumque eis placuerit uertant. nullique absque illorum licentia in praenominatis terminis liceat uenari. aut quodlibet ius uenandi exercere. Et (ut) haec nostra regalis traditio stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc cartam inde conscribi manuque propria corroborantes ut subtus cernitur. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici quarti regis (*Monogramma*).

L. S.

Fridericus cancellarius uice Sigefridi archicancellarii recognouit.

Data X. Kal. Julii. Anno dominicae incarnat. M. L. X. Indictione. XIII. Anno autem ordinationis domni. H. quarti regis VI. Regni uero IIII.

Actum chorbeie in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum, illaesum, minoris moduli.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum. Epitome autem eius habetur in Fries. ap. Ludewig Geſch. v. W. 474. et in Grebner hist. univ. II. 656.

Digitized by Google

CCCXCIX.

Anno 1060. 30. Augusti. Wormatiae.

Heinricus IV. rex Gunthero, episcopo Babenbergensi eiusque ecclesiae abbatiam Chizingun; iuxta Mogenum fluvium sitam, tradit et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Notum sit omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus qualiter nos ob felix remedium animae patris nostri sanctae memoriae Heinrici tertii regis et secundi imperatoris et per interuentum dilectissimae matris nostrae Agnetis. imperatricis augustae. et fidelis nostri Annonis coloniensis archiepiscopi. et ob deuotum seruitium Guntheri babenbergensis episcopi. eidem sanctae babenbergensi ecclesiae. eiusque beatissimis patronis Petro. et Georgio. quandam abbatiam chizingun dictam iuxta mogenum fluuium sitam cum omnibus eius pertinentiis scilicet uicis uillis siluis pascuis terris cultis et incultis aquis aquarumque decursibus molis molendinis exitibus et reditibus et utriusque sexus mancipiis et cum omni utilitate quae quomodolibet inde prouenire potest pia largitione damus et confirmamus. ea utentes potestate qua antecessores nostri in dandis abbatiis usi sunt. Vnde et regali nostra auctoritate inuiolabiliter precipimus. ut hanc pietatis nostrae donationem nulla persona grandis uel parua audeat infringere. sed idem praenominatus Gvntherus praedictae sedis episcopus eiusque dehinc successores liberam habeant potestatem. praefatam abbatiam tenendi. possidendi. commutandi. precariandi. seu quicquid sibi libet modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Vt igitur haec nostrae munificentiae traditio nunc et in posterum sta-

Digitized by Google

bilis et inconuulsa permaneat. hoc praeceptum inde conscriptum manu propria confirmantes et corroborantes. sigilli nostri iussimus inpressione insigniri.

Signum domni Heinrici quarti regis (*Monogramma*).

L. S.

Fridericus cancellarius uice sigifridi archicancellarii recognoui.

Data III. Kal. Septembris. Anno incarnationis dominicae M.LX. Indict. XIII. Anno autem domni Heinrici quarti regis. VI. Regni uero IIII.

Actum Wormatiae feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, annus tamen ordinationis, omisso vocabulo ordinationis, numeratur ante unum mensem et 15 dies completus.

c) Editum a Ludewig in Scriptor. Rerum Bamb. I. 1120. num. 5. et a Lünig in spicileg. eccles. II. Theil. 18. n. 13.

d) Desumtum ex Archivo Wirceburgensi, quamvis datum ecclesiae Bambergensi, cnfr. diplomata super Kitzingen priora 1007. 1. Nov. et 1024. 17. Octob., quod ultimum impressum est in memoratis Ludewig I. 1119. et Lünig II. Theil. 12. num. 7., cuius deest Originale.

Digitized by Google

CCCC.

Anno 1061. 13. Februar. Ratisbonae.

Heinricus IV. rex servienti suo Otnando partem cujusdam silvae, terminis designatam, in comitatu Heinrici comitis, in pago Nordgove et in marchia Napurg sitam, donat, cum pertinentiis, ad quas spectat omne debitum, quod incolae illius marchiae de Otnandi praedio ad Napurg persolvebant.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Notum esse uolumus omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus. qualiter nos ob interuentum dilectissimae genitricis nostrae Agnetis imperatricis augustae. cuidam nostro seruienti. Otnant dicto. partem cuiusdam siluae infra hos terminos constitutam. uidelicet ubi Swrbaha fluit in crumbanaba. et sursum ubi oritur crumbanaba. et ubi oritur Swrbaha. et inde ubi oritur Trewina. et deosum (deorsum) Trewina. usque in illam viam quae procedit de egire. et per eandem uiam usque in Swrbaha. et deorsum Swrbaha usque in crumbanaba. in comitatu Heinrici comitis. in pago Nordgove. et in marchia Napurg sitam. cum omnibus pertinentiis idest areis. aedificiis. terris cultis. et incultis. agris. pratis. pascuis. campis. uenationibus. aquis. aquarumue decursibus. molis. molendinis. piscationibus exitibus et reditibus. uiis et inuiis extirpationibus. et cum utraque ripa praedictorum fluminum. et cum omni debito quod incolae illius marchiae ad Napurg. de toto praedio ejusdem Otnandi in praefata marchia hactenus soliti erant persoluere. in proprium dedimus atque tradidimus. Ea uide-

Digitized by Google

licet ratione ut praedictus Otnant. liberam dehinc potestatem habeat tenendi. commutandi, exstirpandi. uel quicquid sibi inde placuerit faciendi. Et ut haec nostra regalis traditio stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc cartam inde conscribi. manuque propria ut subtus cernitur confirmantes et corroborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici quarti regis (*Monogramma*).

L. S.

Fridericus cancellarius uice sigifridi archicancellarii recognoui.

Data Id. Februarii. Anno incarnationis domini M.LXI. Indic. XIIII. Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis VII. Regni uero quinto.

Actum Ratisbone feliciter Amen.

a) Sigilli impressi, sed fracti, partes duae, ope novioris cerae inter se coagmentatae, integram propemodum figuram regis cum aliquibus inscriptionis apicibus exhibent, tertia parte deperdita.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Schultes hiſtor. Schriften I. 30. et ap. Ried in Cod. dipl. Ratisb. I. 156. num. 164.

d) Desumtum ex Archivo Bambergensi.

Digitized by Google

CCCCI.

Anno 1061. 7. Mart. Novrenberg.

Heinricus IV. rex Heinrico Augustensi episcopo eiusque ecclesiae ius monetandi, secundum morem antiquitus, hoc est temporibus Scti Oudalrici, constitutum, concedit et confirmat, ita ut illa moneta Ratisbonensi monetae aequiparetur, excepto tamen denariorum numero.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Notum esse uolumus omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus. qualiter nos ob interuentum ac petitionem dilectissimae genitricis nostrae Agnetis imperatricis augustae. simulque ob deuotum seruitium fidelis nostri Heinrici augustensis ecclesiae uenerabilis episcopi. ecclesiis sanctae dei genitricis Mariae. sanctique Ovdalrici confessoris in avgvsta ciuitate constitutis. monetam eiusdem ciuitatis secundum morem antiquitus hoc est temporibus eiusdem sancti confessoris Ovdalrici constitutum. uidelicet ut eadem moneta Ratisbonensi monetae equiperetur (aequiparetur) similiterque exponatur. et accipiatur. excepto quod in libra argenti. XXX. denarii plus quam in illa superius nominata moneta Ratisbonensi. monetentur. pia largitione dedimus et confirmauimus. illa utentes potestate qua antecessores nostri in dandis et confirmandis monetis usi sunt. Vnde et regali nostra auctoritate inuiolabiliter praecipimus. ut hanc pietatis nostrae regalisque munificentiae donationem. nulla persona grandis aut parua temeritatis suae presumptione audeat infringere uel ullo modo inmutare. sed idem episcopus Heinricus suique successores de eadem moneta

Digitized by Google

consuetam dehinc habeant potestatem et utilitatem. omnium hominum remota contradictione. Et ut haec nostra regalis donatio stabilis et inconuulsa. nunc et in posterum permaneat. hanc cartam inde conscribi. et ut subtus cerniter propria manu confirmantes. sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici quarti regis (*Monogramma*).

L. S.

Fridericus cancellarius uice sigifridi archicancellarii recognoui.

Data Non. Martii. Anno incarnationis domini. M.LXI. Indictione XIIII. Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis. VII. regni uero. V. Actum Novrenberg feliciter amen.

a) Totum instrumentum, chartae tenuiori inscriptum, panno novissime agglutinatum est, cum ipsa cera exteriori sigilli.

b) Ipsum sigillum impressum, per plures maiores ac minutas partes fractum deprehenditur, cuius tamen fragmenta inter se coogmentata utcunque sunt, ac integram fere sigilli formam exhibent, estque mediocris moduli.

c) Notae chronologicae inter se concordant.

d) Ineditum, extractum autem copiose, partim lingua vulgari, partim latina a Braun in der Geſchichte der Biſch. von Augsburg I. 379. 380.

Digitized by Google

CCCCII.

Anno 1061. 18. Junii. Altstete.

Heinricus IV. rex Otnando quinque mansos in villa et circa villam Betesigelon, in pago Ratenzgowe et in comitatu Craft comitis, ipsi a patre suo, Heinrico III. imperatore traditos, confirmat, additque III. mansos sylvae ad Vorcheim pertinentis.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnium Christi nostrorumque fidelium tam presentium quam futurorum nouerit industria qualiter genitor noster diuae memoriae Heinricus imperator augustus cuidam nostro seruienti Otnant dicto. V mansos in uilla et circa uillam. Betesigelon dictam iacentes. in pago Ratenzgowe sitos. et in comitatu Craft comitis. cum omnibus pertinentiis hoc est utriusque sexus mancipiis. areis. aedificiis. terris cultis et incultis. agris. pratis. pascuis. aquis aquarumue decursibus. molis. molendinis. piscationibus. siluis. uenationibus. exitibus et reditibus. uiis. et inuiis. quesitis. et quirendis (inquirendis). et cum omni utilitate quae inde ullo modo poterit prouenire. in proprium tradidit. Nos quoque uoluntati genitoris nostri in omnibus opsequentes. et omnino ob interuentum ac petitionem dilectissimae genitricis nostrae Agnetis. Imperatricis Augustae. caeterorumque nostrorum fidelium eandem traditionem laudauimus et confirmauimus. insuper etiam pro deuoto eiusdem seruientis Seruitio. III. mansos siluae quae pertinet ad Vorchheim. cum omni utilite (utilitate) quae inde ullo modo prouenire potest addidimus. Ea uidelicet ratione. ut praedictus Otnant eiusque posteritas ex utroque

Digitized by Google

utroque predio liberam dehinc potestatem habeant. tenendi. dandi. commutandi. precariandi. exstirpandi. uel inhabitandi. Vt igitur haec nostra regalis traditio et confirmatio nunc et in posterum stabilis et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. ut subtus cernitur manu propria firmantes et corroborantes.

Signum domni Heinrici quarti regis (*Monogramma*).

L. S.

Fridericus cancellarius uice sigifridi archicancellarii recognoui.

Dat. XIIII. Kal. Julii. Anno incarnationis domini M.L.X.I. Indict. XIIII. Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis VII. regni uero V.

Actum Altstete feliciter Amen.

a) Sigillum impressum et bene expressum, illaesum, moduli paulo maioris ac in praecedentibus huius regis diplomatibus.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt; attamen annus ordinationis numeratur iam completus ante duos menses ac 17 dies.

c) Editum ab Oeſterreicher in den neuen Beyträgen II. Heft, Beilage 10.

d) Desumtum ex Archivo Bamberg.

e) Instrumentum praecedens, quod hic confirmatur, vid. 1056. 21. Sept.

Digitized by Google

CCCCIII.

Anno 1061. 21. Septembr. Langene.

Heinricus IV. rex Heinrico Augustensi episcopo eiusque ecclesiae unum mansum et X. iugera vinearum, in villa Bvhcbard et in comitatu Bertoldi comitis sita, tradit et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex.

Notum esse uolumus omnibus Christi nostrique fidelibus. tam futuris quam presentibus. qualiter nos ob interuentum ac petitionem dilectissimae genitricis nostrae Agnetis imperatricis augustae. et ob iuge deuotumque seruitium Heinrici augustensis aecclesiae uenerabilis antistitis. eidem aecclesiae in honore Mariae sanctissimae dei genitricis constitutae. unum mansum cum omnibus eius pertinentiis. et insuper. X. iugera uinearum cum eorum cultoribus. ac cum omni debito quod nobis inde iure persoluebatur in uilla Bvhcbard. et in comitatu. Bertoldi comitis sita in proprium dedimus. et confirmauimus. Ea uidelicet ratione ut nulla dehinc persona grandis uel parua hanc nostrae munificentiae traditionem audeat infringere. Sed idem predictus Heinricus episcopus eiusque successores. liberam amodo potestatem habeant eandem largitionis nostrae donationem tenendi. dandi. commutandi. precariandi. uel quicquid eis ad utilitatem dumtaxat suae aecclesiae placuerit inde faciendi. Vt igitur haec nostrae traditionis largitio stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc cartam inde conscribi. et

Digitized by Google

manu propria signantes et corroborantes. sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum Domni Heinrici quarti regis (*Monogramma*).

L. S.

Fridericus cancellarius uice sigifridi archicancellarii recognoui.

Data. XI. Kalendas Octobris. Anno incarnationis domini M. LXI. Indictione XV. Anno autem ordinationis Heinrici quarti regis. VIII. regni vero V. Actum Langene feliciter amen.

a) Totum instrumentum, chartae tenuiori inscriptum, et una modica tantum parte laesum, panno novissime agglutinatum est cum ipsa cera sigilli exteriore.

b) Sigillum impressum illaesum et optime expressum, quod est mediocris moduli.

c) Indictio, dicta caesarea, ac anni ordinationis regnique currentes anno Christi notato conveniunt.

d) Ineditum, extractum autem a Braun in der Geſch. der Biſchöfe v. Augsb. I. 380. 381.

Digitized by Google

CCCCIV.

Anno 1062. 19. Mart. Poderbrunne.

Heinricus IV. rex Heinrico Augustensi episcopo eiusque ecclesiae triginta V. mansos in villa Svanebach et omnem haereditatem suam in Ysimiziburg, in pago Hardegowe et in comitatu Bernhardi comitis, tradit; insuper praedium in Wideslebe illi confirmat, quod mater sua, Agnes imperatrix Augustensi ecclesiae dederat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex.

Notum esse uolumus omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus. qualiter nos pro interuentu ac petitione dilectissimae genitricis nostrae Agnetis imperatricis augustae et pro deuoto iugique seruitio Heinrici augustensis aecclesiae uenerabilis episcopi. eidem aecclesiae in honore sanctae dei genitricis et uirginis Mariae constitutae. triginta. V. mansos in uilla svanebach dicta. sitos. et omnia quae hereditario iure ad nos pertinebant in Ysimiziburg. in pago hardegowe et in comitatu Bernhardi comitis. cum omnibus pertinentiis. hoc est utriusque sexus mancipiis. areis. edificiis. uineis. terris. cultis et incultis. agris. pratis. pascuis. campis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. exitibus. et reditibus. uiis. et inuiis. quesitis. et inquirendis. ac cum omni utilitate quae ullo modo inde prouenire potest in proprium dedimus atque tradidimus. insuper etiam praedium quod praefata mater nostra eidem supradictae augustensi aecclesiae in Wideslebe pro remedio animae patris nostri diuae memoriae Heinrici imperatoris

Digitized by Google

augusti. suaeque dederat. Laudantes concessimus et concedentes regia nostra auctoritate propria manu ut subtus cernitur corroborantes confirmauimus. Ea uidelicet ratione ut predictus Heinricus episcopus suique successores. Liberam amodo potestatem habeant de praefato praedio tenendi. dandi. commutandi. precariandi. uel quicquid eis ad utilitatem duntaxat suae aecclesiae placuerit inde faciendi. Et ut haec nostra regalis traditio et confirmatio inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc cartam inde conscribi. et ut firmata auctoritate in posterum habeatur sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici quarti regis (*Monogramma*).

L. S.

Fridericus cancellarius uice sigifridi archicancellarii recognoui.

Data XIIII. Kalendas Aprilis. Anno incarnationis domini. M. LXII. Indictione. XV. Anno autem domni Heinrici quarti regis ordinationis VIII. regni uero. VI. Actum Poderbrvnne feliciter Amen.

a) Instrumentum totum cum cera sigilli exteriore panno novissime est agglutinatum.

b) Sigillum impressum fractum in duas partes, quae separatim chartae adiacent totumque adhuc sigillum exhibent, et optime expressum, quod est mediocris moduli.

c) Notae chronologicae inter se conveniunt.

d) Ineditum, extractum autem a Braun in der Gesch. der Bischöfe v. Augsburg I. 381. 382.

Digitized by Google

CCCCV.

Anno 1062. 13. Julii. Herovesfelden.

Heinricus IV. rex ecclesiae Babenbergensi locum Vorcheim, in pago Ratenzgowe, in comitatu Kraftonis comitis situm, a patre suo illi ecclesiae subtractum, omniaque praedia ad eundem locum pertinentia, et nominatim, quae Otnandus ministerialis suus ibi adquisivit, restituit, triginta septem loca recensens, quae a die primae donationis illuc pertinebant.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex.

Quum testante sacro eloquio trhonus regis misericordia stabilitur. cogitauimus tam ad emulationem patris auique nostri quam aliorum predecessorum nostrorum qui bene imperauerant pueritiae nostrae annos informare. et eorum exemplis aecclesias dei colere. et usquequaque ampliare. Ergo quia equalis apud deum meriti est qui plantat et qui rigat. qui fundamentum ponit et qui bene superaedificat. eorum benefactis cooperatores esse decreuimus. ut eorum etiam retributionis fructum metamus. Itaque pro remedio animae nostrae. et beatae memoriae patris nostri. proque interuentu uenerabilium archiepiscoporum Sigifridi maguntiensis. et Annonis coloniensis. caeterorumque fidelium nostrorum. episcoporum. abbatum. ducum. comitum. proque fideli seruitio fidelis nostri Gvntheri sanctae babenbergensis aecclesiae episcopi. quendam locum Vorcheim dictum. in pago ratenzgouue situm in comitatu Kraftonis comitis. a beatae memoriae patre nostro sanctae babenbergensi ecclesiae subtractum. cum omnibus eiusdem loci appendiciis. terris cultis et incultis. aquis aquarum-

Digitized by Google

que decursibus. molis. molendinis. siluis. forestis. uenationibus. piscationibus. pascuis. et utriusque sexus mancipiis. ubicumque habitantibus. caeteraque predia ad eundem locum pertinentia. et nominatim quae exinde otnandus ministerialis noster ex munificentia felicis memoriae patris nostri in proprium sibi contraxit. siue quicquid quaelibet persona iniuste hinc abalienauerat. et generaliter omnes uicos. uillas. uillulas. siue nunc siue aliquando a die primae donationis ad eundem locum pertinentes. quarum haec nomina sunt. Wideleshoua. Trobaha. Tuosibrunno. Hezilesdorf. Arihinbach. item Arihinbach. Waltrichesstat. Seuuaha. Merindorf. Husa. Herigoldesbach. Wimbilibach. item Wimbilibach. Slierbach. Wisentovuua. Gozzespuhel. Zugastesruith. Hureuuelbach. Sconenerelahe. Gozhartesrein. Nunnenpuhel. Binezberc. Haselahe. Stochahe. Lintelbach. Drogenhouen. Ramesbach. affalterbach. Tutelesbach. Adelhalmeshoue. Ecchelcicheshoue. Drogessongeruite. Petensigele. Vurhenbuhele. Drageten. Peieresuorhahe. Sentelbach. insuper etiam culta nouaria cum omni utilitate quae uel nunc in his est. uel aliquando iuste adquiri potest. eidem praenominatae sanctae babenbergensi ecclesiae. reddimus. damus. et confirmamus. eo iure ut supradictus episcopus eiusque successores liberam inde semper potestatem habeant. tenendi. possidendi. commutandi. precariandi. seu quicquid omnimodo ad prouectum eiusdem aecclesiae utiliter sibi placuerit libere inde faciendi. Vt igitur haec nostrae liberalitatis donatio. rata semper et inconuulsa permaneat. hoc praeceptum inde conscriptum manu propria corroborantes. sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici quarti regis (*Monogramma*).

L. S.

Fridericus cancellarius uice sigifridi archicancellarii recognoui.

Digitized by Google

Data III Id. Julii. Anno incarnationis domini M. LX. II. Ind. XV. Anno autem domni Heinrici quarti regis. VIII ordinationis. regni uero VI.

Actum Herolvesfelden. feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt; annus tamen ordinationis numeratur ante tres menses ac 12 dies iam completus.

c) Editum in Deductione Bamb. super Fürth Cod. Prob. num. 56. loco speciminis cum sigillo aeri inciso. In Schultes hiſtor. Schriften II. 229. In Ussermanni Episcopatu Bamb. Cod. Probat. 40. num. 36. et in Oeſterreichers Beyträgen II. Heft, Beylage 11.

CCCCVI.

Anno 1062. 19. Julii. Maguntiae.

Heinricus IV. rex regularibus i. e. canonicis maioris ecclesiae Babenbergensis ad locum *Vurte* (Furth), situm in pago Nortgowe, in comitatu Heinrici comitis, mercatum a patre suo aliquando Nourenberc translatum, reddit et confirmat, ita, ut mercatores ibidem negotiantes finitimorum mercatorum Radisbonensium, Wirziburgensium, Babenbergensium, iustitiis utantur.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex.

Nouerit omnium christi fidelium tam moderna aetas quam successura posteritas. qualiter nos diuinam faenerantes mercedem pro felici remedio animae diuae memoriae patris nostri. proque interuentu uenerabilium (*archiepiscoporum Sig*)ifridi magon-

Digitized by Google

magontiensis. Annonis coloniensis. Gebehardi Salzburgensis. adalberti premensis. episcoporum etiam Adalberonis wirziburgensis. Elenhardi (*frisingensis. Burc*)hardi aluerstettensis. Ottonis ducis bauuariorum. necnon comitis ekkiberti. aliorumque fidelium nostrorum. pro fideli seruitio Guntheri sanctae babenbergensis aecclesiae episcopi. regularibus eiusdem Sanctae babenbergensis ecclesiae in maiori monasterio uidelicet Sancti petri deo militantibus. ad quendam locum illorum iuris VVRTE dictum. in pago nortgouue situm. in comitatu Heinrici comitis mercatum a beatae memorie patre nostro aliquando Nuorenberc translatum. cum theloneo et percussura proprii nomismatis reddidimus et reconfirmauimus. ita ut mercatores ibidem negotiantes finitimorum mercatorum scilicet radisbonensium. Wirziburgensium. babenbergensium. iustitiis utantur. Itaque ut hoc nostrae clementiae beneficium praenominatis fratribus plenius liberiusque cedat in usum. uolumus et regali auctoritate praecipimus. ut locus ille emunis sit. nullusque ibi iudex. nullus comes aut uicarius eius iudicium ibi faciat. absque aduocato qui praenominatis fratribus et episcopo loci eius placuerit. Vt igitur haec nostrae liberalitatis donatio. rata semper et inconuulsa permaneat. hoc praeceptum inde conscriptum manu propria corroborantes. sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici quarti regis (*Monogramma*).

L. S.

Fridericus cancellarius nice Sigifridi archicancellarii recognoui.

Data XIIII. Kal. Augusti. Anno incarnationis domini M. LXII. Ind. XV. anno autem ordinationis Heinrici quarti regis VIII. regni vero VI.

Actum Maguntie feliciter amen.

Digitized by Google

a) Sigillum impressum, in quinque partes ruptum, uno solo fragmento chartae adhaerente, reliquis, utcunque inter se connexis, separatim adiectis, quae omnia, si coniungantur, integram sigilli formam exhibent.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt; annus tamen ordinationis numeratur ante tres menses ac 18 dies completus.

c) Editum in Ludewig Script. rer. Bamb. 1282. in Lünig spicilegio eccles. continuat. I. 482. in Lorber et Hegberger Cod. Probat. ad Deduct. Bamb. super Fürth num. 55. in specimine, et ex hoc in Ussermann Episcopatu Bamb. Cod. Prob. 41. num. 37. suppletis suo ingenio lacunis, aut ex copia vidimata an. 1509. 16. Januar.

d) Quatuor lacunae, in originali aeque ac in laudato specimine conspicuae, hic tum ex forma apicum in vestigiis suarum extremitatum agnitorum, tum potissimum ex spatio vacuo adhibitis episcoporum Frisingensium et Halberstadiensium nec non cancellariorum regiorum catalogis, tum denique ex ipso contextu suppletae ac literis cursivis notatae sunt. Ex quo simul concludere licet, non super fuisse copiam, quae lacunas ex originali suppleret, quando primo a Ludewig hoc instrumentum edebatur; nam aut non aut male ubique lacunas suppletas invenies.

CCCCVII.

Anno 1062. 12. Decemb. Radisbonae.

Heinricus IV. rex Gebehardo Juuauensi archiepiscopo eiusque ecclesiae abbatiam Kiemisse (Frauenchiemsee), in pago Kiemigovwe et in comitatu Babonis comitis sitam, tradit, salva tamen Sanctimonialium, ibi Deo servientium, solita sustentatione.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Ad perpetuam salutem

Digitized by Google

spectat. et aeternae beatitudinis praemia cumulat. siquis loca diuinis cultibus mancipata honore subleuat. facultatibus ditat. Nam exinde felix illa usura excrescit. quae beatum. et diuitem negotiatorem facit. Quapropter omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam futurorum nouerit industria. qualiter nos pro remedio animae patris nostri Heinrici. imperatoris augusti. et pro dilectione. ac fideli seruitio Gebehardi. iuuauensis archiepiscopi. et ob interventum fidelium nostrorum scilicet. Annonis. coloniensis archiepiscopi. Adelberti. hammeburgensis archiepiscopi. Ottonis ducis. quandam nostri iuris abbatiam Kiemisse dictam. in pago autem Kiemigovwe. et in comitatu Babonis. comitis sitam. ad altare sancti Petri principis apostolorum. et sancti Rovdberti. confessoris et episcopi. in loco salzburc constituto. cum omnibus suis pertinentiis. more antecessorum nostrorum. regum. seu imperatorum. in proprium dedimus. atque tradidimus. Et quicquid iuris aut potestatis in praenominata abbatia habuimus. illud nostrum regium ius. in ius praefate aeclesiae transtulimus. Ea tamen ratione ut praedictus archiepiscopus. G. suique successores. de eadem abbatia liberam potestatem habeant. tenendi. regendi. uel quicquid illis ad utilitatem aeclesiae suae placuerit inde faciendi. Ea tamen ratione ut congregatio sanctimonialium deo ibidem seruientium. stipendio suo. et solita sustentatione nequaquam priuetur. Et ut haec nostra regalis traditio. stabilis. et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc paginam inde conscribi. manu propria ut subtus uidetur corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici quarti regis (*Monogramma*).

L. S.

Fridericus cancellarius vice sigifridi archicancellarii recognoui.

Digitized by Google

Data. II. dvs. (idus) decembris. Anno autem dominicae incarnationis. M. LX. II. Indictione. I. Anno autem ordinat. domni Heinrici quarti regis. VIII. Regni uero. VI.

Actum. Radisbone In dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum in ora dextra laesum, nihilominus totum adhuc membranae adhaeret.

b) Indictio, quae notatur, caesarea est. Annus uterque, ordinationis et regni, numeratur completus, ille ante octo menses ac 11 dies, hic ante duos menses et 6 dies.

c) Editum in (Kleinmayrn) Nachrichten von Juvavia. Anhang 256. num. 108.

CCCCVIII.

Anno 1063. 27. Septemb. iuxta flumen Fisik.

Heinricus IV. rex, Altwino, Brixinensi episcopo eiusque ecclesiae duos montes, Stainberch et Otales, inter terminum Linta et flumen Steinpach, in marchia Oudalrici sitos, tradit, ipso marchione collaudante.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex.

Omnium Christi nostrique fidelium tam futurorum quam presentium sollers industria nouerit qualiter nos precipue pro amore diuino. tum ob nostrae regiae liberalitatis munificentiam ALTWINO BRIXINENSIS aecclesiae uenerabili episcopo memores etiam illius erga nos fidelis meriti quedam bona ad nostrum ius. et dominium pertinentia montes uidelicet duos stainberch et otales dictos inter terminum LINTA et flumen

Digitized by Google

steinpach dictum sitos. et in marchia Ovdalrici marchionis ipso quidem marchione conlaudante. et rogante in proprium tradidimus cum omnibus suis appendiciis quemadmodum ad nostram regalem potestatem pertinere uidebantur. hoc est terris. cultis. et incultis. pratis. pascuis. aquis. aquarumque. decursibus molis. molendinis. piscationibus siluis. uenationibus. exitibus et reditibus. uiis et inuiis. quesitis et inquirendis. cum omni utilitate quae ullo modo inde prouenire poterit. Ea uidelicet ratione. ut praenominatus episcopus et sui successores liberam dehinc potestatem habeant de praefato praedio obtinendi. tradendi. comutandi. precariandi uel quicquid illis ad usum aecclesiae placuerit inde faciendi et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni aeuo permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria ut infra uidetur corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Heinrici quarti regis inuictissimi (*Monogramma*).

L. S.

Gregorius cancellarius uice annonis archicancellarii recognoui.

Data. V. Kal. octb. Anno dominicae incarnationis. M. LX. III. Indictione. II. Anno autem ordinat. domni Heinrici quarti regis. VIII. Regni uero VI. Actum iuxta flumen Fisik in dei nomine feliciter Amen.

a) Originale huius Diplomatis regimini caesareo austriaco extraditum est, reservata copia vidimata, unde praecedentia sunt desumta. Dicta copia sigillum impressum innuit illaesum.

Digitized by Google

b) Notae chronologicae, excepta indictione, et quidem illa, quae caesarea dicitur, anno notato 1063 haud conveniunt, sed una aut bina unitate decurtatae sunt.

c) Editum ap. Frhr. v. Hormayr in den Beyträgen zur Gesch. Tirols 83. num. 39. quo clarissimo auctore monente docemur, flumen Fisih quaerendum esse in ducatu Crain.

CCCCIX.

Anno 1063. 25. Octobr. Ratisbonae.

Heinricus IV. rex Egilberto Pataviensi episcopo eiusque ecclesiae omnes possessiones confirmat, nominatim abbatias Chremisimunistiuri, Matiseo cum praedio Hunisperch, capellam Otingam, curtim Ruiti, villam Hufhusun, territorium in loco Chiricbach, nec non praedia Gowacisbrunnun, Boumgarden et Chrubet, sita in comitatu Ernusti marchionis, et a patre suo, Heinrico III. imperatore Pataviensi ecclesiae tradita.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Res aecclesiasticas et seruorum dei petitiones nostro releuari iuuamine. atque regali munimine tueri. ad animae nostrae remedia. et ad imperii quod administramus profuturum esse credimus gubernacula. Quare fidelium nostrorum praesentium scilicet. ac futurorum non ignoret industria. Egilbertum sanctae Patauiensis aecclesiae episcopum uenerabilem episcopii sui traditiones aliquot nostrae celsitudini obtulisse obsecrantem. ut ex his nobis innotesceret. Quid regum aut imperatorum munificentia aecclesiae contulisset

Digitized by Google

suae. et idem renouationis nostrae auctoritas roboraret. Eius nos iuste petitioni non solum fidelis seruitii sui assiduitate commoniti. Sed et dilecti nostri magistri. ANNONIS. coloniensis archiepiscopi. caeterorumque fidelium nostrorum precibus sollicitati. pium assensum praebuimus. et curtes. aecclesias. villas. et omnia praedia cum suis pertinentiis a regibus uel imperatoribus. aut ab aliis religiosis viris. uel feminis sanctae Patauiensi aecclesiae tradita. Insuper etiam specialiter abbatias. Chremisimvnistivri. Matiseo. cum praedio nomine Hvnisperch capellam. otingam. et curtim. Rviti. et villam Hvfhvsvn. quemadmodum eandem. Adalbertus eiusdem sanctae Patauiensis aecclesiae episcopus pro anesibvrch sanctae Lauriacensis aecclesiae praedio. ubi quondam episcopatus sedem fore nouimus. ab Heinrico duce bawariorum iuste et legaliter in concambium accepit et possedit. et in osterichi. in loco qui dicitur. chiricbach. territorium quoddam cum aecclesia quae ad radices comageni montis sita est. et in eodem monte mansos. c. faciendos. et plus. nec non praedia quaedam. in comitatu Ernasti (Ernusti). marchionis sita. Gowacisbrvnnun. et Bovmgarden. ac Chrvbet. dicta. quae dilectus noster genitor piae memoriae Heinricus. imperator augustus. eidem Patauiensi aecclesiae imperiali auctoritate tradidit. cum omnibus ad eadem pertinentibus. hoc est utriusque sexus mancipiis. aecclesiis. villis. areis cultis et incultis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. venationibus. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. molis. molendinis. viis. et inviis. exitibus. et reditibus. quesitis. et inquirendis. cunctisque aliis appenditiis. quae dici possunt donatiuo hoc nouo praefatae aecclesiae sancti Stephani protomartyris Christi. in qua et sanctus Valentinus confessor corporaliter requiescit. prouisorumque eius potestati aeternaliter possidenda regali nostra auctoritate donamus. corroboramus. atque confirmamus. Et ut haec nostra regalis confirmatio stabilis. et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc cartam inde conscribi. manuque propria

Digitized by Google

ut subtus cernitur corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici quarti regis (*Monogramma*)

L. S.

Fridericus cancellarius uice sigefridi archicancellarii recognouit.

Data. VIII. Kal. Nov. Anno dominicae incarnat. M. LX. III. Indict. II. Anno autem ordinat. domni Heinrici quarti regis. VIIII. Regni uero VII. actum Ratisbone in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Numerantur Indictio caesarea et anni completi tum ordinationis tum regni; nam ille ante sex menses diesque 24, hic ante viginti solum dies complebatur. Nihilominus ad annum quoque 1062 referri posse hoc instrumentum persuadent diplomata aliqua hoc eodem die ac eodem anno Ratisbonae data. Cnfr. Georgisch Regesta h. a. et Stenzel Gesch. D. unter den fr. K. II. 245.

c) Editum in Hund. metrop. I. edit. Mon. 366. ed. Ratisb. 244 et in Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 772. denique in Buchingers Gesch. v. Passau 507.

d) Cum confirmatione Heinrici III. 1052. 20. Jul. de verbo ad verbum convenit, excepta quadam additione. Super donatione huius imperatoris conferantur diplomata 1055. 14. Dec. et 1056. 10. Jul.

CCCCX.

Digitized by Google

CCCCX.

Anno 1065. 18. Augusti. Gerstungun.

Heinricus IV. rex Ellenhardo episcopo Frisingensi eiusque ecclesiae abbatiam Burun (Benedictbeurn), in pago Sundergoue, in comitatu Sigemari comitis sitam, tradit, ad communem utriusque ecclesiae utilitatem.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse uolumus. qualiter nos ob remedium animae patris nostri pie memoriae Heinrici imperatoris augusti. nostramque in christo perpetuam felicitatem. instinctu quoque fidelis nostri Adalberti Hammaburiensis archiepiscopi. necnon ob fidele seruitium Ellenhardi episcopi. ad aecclesiam frisingensem in honore sanctae dei genitricis et sancti Gorbiniani constructam. abbatiam Byrvn dictam. in pago Svndergoue. in comitatu Sigemari comitis sitam. cum omnibus appendiciis. hoc est uillis. uineis. in quacumque prouincia seu quocumque pago uel comitatu sitis. necnon utriusque sexus mancipiis. areis. edificiis. agris. campis. pratis. pascuis. siluis. forestis. forestariis. uenationibus terris cultis. et incultis. aquis. aquarumue decursibus molis. molendinis. exitibus et reditibus uiis. et inuiis. quaesitis. et inquirendis. omnique iure et utilitate quam nos inde habuimus in proprium dedimus atque tradidimus. Ea uidelicet ratione. ut praedictus Ellinhardus Frisingensis episcopus suique successores liberam inde potestatem habeant tenendi. constituendi. uel quicquid ad communem utriusque aecclesiae utilitatem ueluerint faciendi. Et ut haec nostra regalis traditio stabilis et inconuulsa omni permaneat tempore hanc cartam inde con-

Digitized by Google

scribi. manuque propria corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Hennrici qurti (quarti) regis (*Monogramma*).

L. S.

Sigehardus cancellarius uice sigefridi archicancellarii recognoui.

Data XV. Kal. Sept. Anno dominicae incarnationis M. LX. V. Indict. III. Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis. XI. Regni uero VIIII. Actum Gerstvngvn. in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum ap. Hund. metrop. I. edit. Mon. 152. Ratisb. 103. ap. Lünig spicileg. Eccles. II. Theil. 230. et ex originali, delineato quoque sigillo, ap. Meichelbeck Hist. Fris. I. 259.

CCCCXI.

Anno 1067. 5. Mart. Ratisponae.

Heinricus IV. rex Ellenhardo frisingensi episcopo eiusque ecclesiae septem villas nominatas, in pago Istria, in marcha Oudalrici marchionis sitas, tradit et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Sanctae dei aecclesiae

Digitized by Google

profectui tanto diligentius prouidere debemus. quanto excelsius ex diuino munere sublimati sumus. Quapropter omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus. notum esse uolumus. qualiter nos Frisingensi aecclesiae in honorem. S. Mariae sanctique Corbiniani constructae et consecratae. ob petitionem ac interuentum Berhtae reginae regni thorique nostri consortis dilectissimae. Instinctu quoque Epponis Niwenbvrgensis episcopi. Ekkiberti marchionis. Ovdalrici marchionis. nec non ob fidele meritum Ellenhardi eiusdem sedis episcopi. has uillas Cvbida. Lovnca. Ozpe. Razari. Trvscvlo. Steina. Sanctepetre. in pago Istria. in marcha Oudalrici marchionis sitas. cum omnibus appendiciis suis. hoc est utriusque sexus mancipiis. uineis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. uenationibus. forestis forestariis. aecclesiis. areis. aedificiis. terris cultis et incultis. aquis aquarumue decursibus. molis. molendinis. piscationibus. exitibus et reditibus. uiis. et inuiis. merkatis. theloneis. monetis. quaesitis et inquirendis. omnique utilitate in proprium dedimus. confirmavimus. perpetuo iure obtinendum concessimus. Ea uidelicet ratione. ut nullus successorum nostrorum imperator. siue rex. dux. marchio. comes. aut alia maior uel minor persona iudicialis. haec data praefatae aecclesiae auferre. alienare. aut ullo modo praesumat inquietare. Sed praenominatus episcopus eiusque successores liberam inde potestatem habeant tenendi. precariandi. commutandi. uel quicquid inde ad utilitatem eiusdem ecclesiae uoluerint faciendi. Et ut haec nostra regalis traditio stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc cartam scribi. manuque propria corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) quarti regis.

L. S.

Gregorius cancellarius vice annonis archicancellarii recognoui.

Data III. Non. Mart. Anno dominicae incarnat. M. LXVII. Indict. V. Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis XV. Regni vero XI. Actum Ratispone feliciter. Amen.

a) Sigillum impressum, in quatuor partes fractum, valde laesum et a charta avulsum, separatim adiacet, papyro involutum, cum minutis quibusdam fragmentis, ex quibus totum agnosci adhuc potest.

b) Indictio annusque regni anno Chr. notato conveniunt, annus autem ordinationis quatuor mensibus et 13 diebus anticipatus est.

c) Editum a Meichelbeck Hist. Fris. I. I. 261. qui legit annum ordinationis XII. nimirum completum ante undecim menses et 3 dies. cui lectioni tamen haud favent libr. cop. fris. I. f. 12. b. II. f. 115. b.

CCCCXII.

Anno 1067. 6. Mart. Ratisponae.

Heinricus IV. rex Altmanno Pataviensi episcopo eiusque ecclesiae villam Disinfurth cum transitu fluminis Maraha et infra praedium Ernusti marchionis L. mansos, in pago Ostricha, in marcha eiusdem marchionis sitos, tradit et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Sanctae dei aecclesiae profectui tanto diligentius prouidere debemus. quanto excelsius ex diuino munere sublimati sumus. Quapropter omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus notum esse uolumus. qualiter nos pro amore diuino animaeque patris nostri remedio. Pataviensi aecclesiae in honorem S. Stephani constructae ac consecratae. ob interuentum ac petitionem matris

Digitized by Google

nostrae Agnetis imperatricis augustae. instinctu quoque Berhtae reginae regni thorique nostri consortis dilectissimae. et Gebehardi Salzburgensis archipresulis. Epponis Niwenburgensis episcopi. nec non ob fidele meritum Altmanni eiusdem sedis episcopi. uillam quandam Disinfvrth dictam. et transitum ipsius fluminis quod dicitur Maraha. et infra hec loca. Povngartvn. Stovtpharrich. Modzidala quod est predium Ernvsti marchionis. L. regales mansos. in pago Ostricha in marcha Ernvsti marchionis sitos. cum omnibus appendiciis suis. hoc est utriusque sexus mancipiis. uineis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. uenationibus. forestis forestariis. areis. aedificiis. accclesiis. terris cultis. aquis aquarumue decursibus. molis molendinis. piscationibus. exitibus et reditibus. uiis et inuiis. merkatis. theloneis. monetis. quaesitis. et inquirendis. omnique utilitate in proprium dedimus. confirmauimus. perpetuo iure obtinendum concessimus. Ea uidelicet ratione. ut nullus successorum nostrorum imperator. siue rex. dux. marchio. comes. aut alia maior uel minor persona iudicialis. praefatae aecclesiae bona praenominata. auferre. alienare. aut ullo modo praesumat inquietare. Sed praenominatus Altmannvs episcopus. eiusque successores liberam inde potestatem habeant tenendi. precariandi. commutandi. uel quicquid ad utilitatem eiusdem ecclesiae uoluerint faciendi. Et ut haec nostra regalis traditio stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc cartam scribi. manuque propria corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) quarti regis.

Sigehardus cancellarius vice sigefridi archicancellarii recognoui.

L. S.

Digitized by Google

Data II. Non. Mart. Anno dominicae incarnat. M. LX. VII. Indict. V. Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis XV. Regni vero XI. Actum Ratispone Amen.

a) Sigillum impressum illaesum, estque multo maioris moduli ac illa in praecedentibus instrumentis adhibita.

b) Indictio annusque regni anno Chr. notato conveniunt; annus autem ordinationis quatuor mensibus et 12 diebus anticipatus est.

c) Editum in Hund. metrop. I. Edit. Monac. 368. edit. Ratisb. 245., in Lünig spicilegio eccles. II. Theil. 772. et in Hansiz Germ. S. I. 257; denique in Bar. de Hormayr Jahrbüchern XL. Anzeigebl. 38.

CCCCXIII.

Anno 1067. circ. 6. Mart. Ratisponae.

Heinricus IV. rex cuidam mulieri, Lantwich, praedium Asingun, in pago Chunzingowe et in comitatu Ekkiberti comitis situm, tradit et confirmat.

a) Sigillum impressum illaesum, nihilominus circulo ex orichalco, ut in plerisque monasterii Niederaltachensis monasterii instrumentis hucusque observatum est, munitum.

b) Dies ac mensis non sunt expressi relicto illis spatio vacuo. Locus autem, quo negotium peractum est, Ratisponensis civitas, ubi eo anno pascha rex celebravit, innuit, ad mensem Martium usque ad 8. April., in quem diem pascha hoc anno cadit, reponendum esse hoc instrumentum, quod confirmant alia bina instrumenta 5. et 6. Martii hoc anno Ratisponae data, in quorum altero iidem Archiep. Gebehardus et episcopus Altmannus praesentes nominantur. Hinc de reliquis notis chronologicis notandum, quod indictio et

Digitized by Google

annus regni anno notato conveniant, annus autem regni quatuor anticipatus sit.

c) Editum Mon. Boic. XI. 158. n. 38. inter monumenta Niederaltachensia; ubi lin. 17. leg.: Lantwich; lin. 18. Chunzingowe.

CCCCXIV.

Anno 1067. circ. mens. August. Mogonciae.

Heinricus IV. rex servienti suo Othnando tres mansos, in pago Radnizigowe, in comitatu Chraft comitis sitos, inter ipsum et episcopum antea controversos, tradit et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Notum sit omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus. qualiter nos ob interuentum ac petitionem Berhtae reginae regni thorique nostri consortis dilectissimae. instinctu quoque Epponis Niwenbvrgensis episcopi. Werinheri argentinae sedis episcopi. Ottonis baiwariorum ducis. aliorumque fidelium nostrorum. seruienti nostro Othnando. III. mansos de quibus inter ipsum et episcopum Babinbergensem lis et contentio fuerat. in pago Radnizigowe. in comitatu Chrafti comitis sitos. cum omnibus appendiciis suis. hoc est utriusque sexus mancipiis. uineis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. uenationibus. terris cultis et incultis. aquis aquarumue decursibus. molis molendinis. piscationibus. exitibus. et reditibus. uiis et inuiis. quaesitis et inquirendis. omnique utilitate in proprium dedimus. confirmauimus. perpetuo iure possidendum concessimus. Ea uidelicet ratione. ut ipse eiusque posteri absque cunctorum con-

Digitized by Google

tradictione liberam inde potestatem habeant tenendi. precariandi. commutandi. uel quicquid illis placuerit faciendi. Et ut haec nostra regalis traditio stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc cartam scribi. manuque nostra corroboratam. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) quarti regis.

Sigehardus cancellarius vice sigefridi archicancellarii recognoui.

L. S.

Data . . . . . Anno dominicae incarnationis Mill. LXVII. Indictione V. Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis. XV. Regni vero XI. Actum Mogoncie Amen.

a) Sigillum impressum, quod in parte superiori erat fractum, ope novioris cerae conglutinatum totumque adhuc chartae adhaeret, laesionis vestigiis tam in imagine quam in inscriptione conspicuis.

b) Dies mensisque non sunt expressi, relicto illis vacuo spatio. Ordinationis annus anticipatus, Indictio autem annusque regni currentes a prima Januarii usque ad 5. Octob. conveniunt anno Chr. notato 1067., unde mensis huius diplomatis certo definiri nequit. Similes omissiones diei mensisque hoc anno videre est in memoratis a Stenzel Geſchichte D. II. 250. diplomatibus, ad mensem Augustum relatis.

c) Editum ap. Schultes hiſtor. Schriften II. 230. et in Oeſterreichers Beyträgen II. Heft. Beylage num. 12.

d) Desumtum ex Archivo Bamberg.

e) Super contentione de praedio in hoc diplomate memorato conf. diplomata 1061. 18. Jun. et 1062. 13. Julii.

Digitized by Google

CCCCXV.

Anno 1068. 12. August. Berhtanstad.

Heinricus IV. rex Herimanno Babenbergensi episcopo eiusque ecclesiae comitatus Ratenzgowe, Salegouui, Chraphfelt, Volchfeld, caeterosque in qualibet regni sui provincia eo pertinentes, confirmat; insuper omne illud donat et confirmat, quicquid in eisdem comitatibus regio iuri quolibet modo competebat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Quemadmodum diuinis humanisque legibus inretractabiliter obnoxius tenetur. quisquis uel tyrannica uiolentia. uel aliqua detestabili uersutia sanctae dei aecclesiae. quae nos in diuinae adoptionis hereditatem parit dampna aliqua uel detrimenta molitur. sic omnis qui defensioni prouectionique eius liberali munificentia consulit. certam beatae intercessionis fiduciam apud illum tremendum iudicem sibi prospicit. Vnde et nos quoque quicquid ad cultum utilitatemque aecclesiarum dei. sacerdotes christi uenerando. eorumque iustis peticionibus assensum praebendo propensa uoluntate conferimus. exinde nobis et temporalis imperii cum stabilitate augmentum. et aeternae beatitudinis praemium prouenturum speramus. Quapropter notum sit omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus. qualiter nos pro animae nostrae remedio. parentumque nostrorum felici memoria. et ob dilectissimae contectalis nostrae regnique consortis. Berhtae. reginae beatitudinem. aliorumque fidelium nostrorum interuentum. necnon ob iuge ac deuotissimum. Herimanni. Babenbergensis aecclesiae episcopi fidelis dilectique nostri

Digitized by Google

seruicium. omnes comitatus eidem aecclesiae ab antecessoribus nostris imperiali munificentia collatos et traditos. scilicet Ratenzgowe. Salegouui. Chraphfelt. Volchfeld. caeterosque omnino in qualibet regni nostri prouincia eo pertinentes. regia nostra auctoritate confirmamus. et corroboramus. Insuper etiam speciali nostra traditione hoc addimus. ut quicquid antecessorum nostrorum nostrique regio iuri in eisdem comitatibus. seu in placitis publicis. legitimisue. in acquisitione praediorum mancipiorumque seu in priuatis causis. seu in districto. seu quolibet modo competebat. praedicto episcopo suisque successoribus plenaria donatione concedimus. damus. et confirmamus. ea scilicet ratione. ut absque omnium contradictione eorundem praediorum omniumque eorum appendiciarum. liberam posthinc habeant facultatem. tenendi. dandi. commutandi. precariandi. uel quicquid consilio cleri et populi pro usu suae aecclesiae eis placuerit inde faciendi. Et ut haec nostra regalis traditio stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc cartam inde conscriptam. manuque nostra corroboratam. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici regis quarti (*Monogramma*).

L. S.

Pibo cancellarius uice Sigifridi archicancellarii recognoui.

Data est II. Id. Augusti. Anno dominicae incarnationis M. LX. VIII. Indictione VI. Anno ordinationis domni Heinrici XVI. Regni uero XI. Actum Berhtanstad in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum impressum illaesum ac bene expressum, estque maioris moduli, nimirum tertii ab hoc rege usitati.

b) Indictio consueta anno Chr. notato convenit; cui tamen anni ordinationis ac regni aliter non respondent, nisi ille sit anticipatus

Digitized by Google

undecim mensibus et 25 diebus, hic autem completus ante decem menses et 7 dies. Cnfr. Stenzels Geſchichte II. 250, qui tamen ad an. 1067 refert, nulla ratione memorata.

c) Editum in Deduct. Bamberg. super Fürth Cod. Probat. num. 26. in modum speciminis delineato sigillo, et in Ussermann Hist. Bamb. Cod. prob. 42. num. 38.

CCCCXVI.

Anno 1069. 27. Octob. Merseburg.

Heinricus IV. rex Herimanno Babenbergensi episcopo eiusque ecclesiae praedium Wrzaha, in pago Nortgowe, in comitatu Heinrici situm, tradit, simulque illius allodii rusticis mensuram, Wolfscefel dictam, ac ius pontis apud urbem faciendi murique reficiendi remittit.

(*Chrismon.*) *In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. Heinricus* diuina fauente *clementia* rex. Justissima ratio est *ac religiosis uiris semper familiaris. vt ex nostris copiis in usus ecclesia*rum aliqua semper largiamur. inque spem maioris commodi. deo nostro. pulchra olim ab ipso beatitudine donandi. minora ex suis ipsius donis impen*damus.* Quare *seculis om*nibus notum esse uolumus. qualiter nos sanctae aecclesiae babenbergensi. submonentibus fidelibus nostris. ac ipso Herimanno. sedis eiusdem episcopo petitionem porrigente. predium quod*dam* ex *nostris re*ditibus (redditibus) Wrzaha dictum. in pago Nortgowe. comitatu uero Heinrici. situm. in proprium concessimus. Cum autem idem Herimannus. episcopus anni*tentibus ceteris. id in petitione studiosius adderet. ut einsdem alodii* rusticis mensuram quam Wolfscefel uocant. ac pontis apud

Digitized by Google

urbem faciendi. murique reficiendi. *ius remitteremus. nos eorum voluntati libentes acquieuimus. cum omni publico jure* eidem babenbergensi aecclesiae suis rectoribus idem predium legantes. ut liberam inde tenendi. precariandi. *commutandi deinceps habeant potestatem. Dedimus autem ut dare mos est regibus* vel imperatoribus *cum omnibus appendiciis. id est utriusque sexus mancipiis. aedificiis.* areis. exitibus et *reditibus. agris quesitis et inquirendis. pratis. pascuis. aquis aquarumque decursibus. molis* molendinis. piscationibus. *vineis, uinetis.* aecclesiis. *decimis. silvis.* uenationibus. insuper silua vel foresto. et cum *omni utilitate quae ullo modo inde provenire poterit. Et ut haec nostra regalis* traditio firma et *inconvulsa omni* tempore permaneat. hanc cartam inde conscribi. et manu propria corroborat*am sigilli nostri impressione signari iussimus.*

Signum domni Heinrici Regis quarti (*Monogramma*) inuictissimi.

L. S.

Adelbero cancellarius uice Sigefridi archicancellarii recognoui.

Data *est VI. Kal. Novembris. Anno dominicae incarnat. M. LX. VIIII. Indict. VIII.* anno autem ordinationis domni *Heinrici XVI. regni vero XIIII. Actum Merseburg fel. Amen.*

a) Sigillum impressum integrum ac bene expressum, quamvis in superiori extremitate nonnihil laesum.

b) Notae chronologicae, ex quibus indictio caesarea est, inter se concordant.

c) Ineditum, quamvis in dem bamberg. geſch. und rechtverläſſigen Unterricht über Fürth an. 1753. p. 131. notatum ac in Codice Udalriciano ap. Eccard. corp. hist. II. 95. num. 102. ceu simplex formulare

Digitized by Google

ommissis nominibus personarum ac locorum, excepto loco peracti negotii, Mersburch, ad an. 1074 inepte relatum habeatur impressum.

d) Maior pars instrumenti aerugine sic corrupta est, ut plurima verba in medio contextu aut non aut difficillime legi possint. Unde multae lacunae ope libri copialis bambergensis saec. X. exarati fol. 31. ac ipsius formularis in corpore hist. Eccardiano l. cit. editi, denique ex instrumento regio VII. Kal. Novemb. eodem anno ac in eodem loco exarato apud Heineccium in antiquitatibus Goslariensibus p. 82 et 83. expletae literisque cursivis indicatae sunt. Cnfr. Stenzel Gesch. D. II. 252.

CCCCXVII.

Anno 1069 nobis, antiquis autem 1070. 29. Decembr. Frisingae.

Heinricus IV. rex Herimanno Babenbergensi episcopo eiusque ecclesiae Wildbannum, de confluentia Retnezae et Urae sursumque versus terminis designatum, tradit et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Cum nobis simus conscii. undique nos innumerabilia peccata animaeque nostrae periculosa per humanam fragilitatem conglomerasse. ad haec delenda. si templa dei ex nostris regalibus diuiciis honoramus. sanctorum intercessionem nos habituros speramus. Quapropter innotescat omnibus christicolis. nostrisque fidelibus tam nascendis quam modernis qualiter nos ad monasterium sancti petri et sancti georgii quod est in Babenberc constructum. interpellante nostra dilecta coniuge Berhta regina. subuenientibus quoque et consilium dantibus nostris fidelibus Annone uidelicet colo-

Digitized by Google

niensi archiepiscopo. et Heremanno eiusdem sedis episcopo. atque Burchardo halberstatensi episcopo. bannum unum quod uulgo Wildban dicitur infra hos terminos situm. de confluentia Retnezae et Vrae. iuxta Vram sursum usque in Hamerbach. sursum autem Hamerbach. usque ad ortum eius. inde uero uersa uia. et circumsepta Manneowa. usque in Massenbach. inde autem deorsum. usque in Eiscam. circa Eiscam autem deorsum. usque in Methebach. sursum itaque iuxta Methebach. usque ad ortum eius. et inde uersa uia usque in Lindbach. iuxta Lindbach autem deorsum usque in Eberam. deorsum itaque iuxta eberam. ad Retnezam. et inde sursum circa Retnezam in Cintenbach. Cintenbach autem sursum usque ad ortum eius. et inde in Rvosenbach. iuxta Rvosenbach. uero deorsum. usque in Trvobam. circa Trvobam. autem sursum. in Helngisesbach. inde uero sursum usque ad ortum eius. et inde in Svabam. iuxta Svabam. quidem deorsum. usque ad Retnezam. et inde usque ad Vra tradidimus. Ne quis autem rex vel imperator. aut aliqua imperialis persona. hanc nostram regalem traditionem immutare uoluerit. quin Heremannvs. eiusdem sedis episcopus. et sui successores liberam inde habeant potestatem. hanc de hoc conscriptam propria manu confirmauimus. et sigilli nostri impressione iussimus signari cartam.

Signum Domni Heinrici regis Quarti (*Monogramma*).

L. S.

Adelbero cancellarius uice Sigefridi archicancellarii recognoui.

Data est IIII. Kal. Januarii. Anno dominicae incarnationis Mill. LXX. Indictione VIII. Anno autem ordinationis domni Heinrici XVII. Regni uero XIIII.

Actum Frisinge feliciter Amen.

Digitized by Google

a) Sigillum fractum, sed ope novioris cerae conglutinatum, fere integrum chartae adhaeret.

b) Annus Christi a Natalitiis Chr. tunc inceptus nostro computu respondet anno 1069. Huic favet locus Frisinga, ubi negotium peractum erat; nam teste Bertholdo Constant., qui diligenter locum celebratorum ab Heinrico rege Natalitiorum annotat, festum hoc anno nostro exeunte 1069, seu antiquo incipiente 1070 rex Frisingae celebravit. Hinc etiam indictio ordinaria ab initio anni numerata, annusque regni currens cum dicto anno nostro 1069, 29. Dec. conveniunt, solus annus ordinationis quinque mensibus et 12 diebus anticipatus est.

c) Editum in Deduct. Bamb. super Fürth Cod. Prob. num. 57. in modum speciminis ac delineato sigillo; ap. Ussermann in Episcopatus Bamb. Cod. Prob. 43. num. 39, olim autem in codice Udalriciano Bamberg. ap. Eccard. corp. hist. II. 89. num. 96. omissis tamen nominibus personarum et terminis concessi Wiltbanni.

CCCCXVIII.

Anno 1073. 23. Maii. Augustae.

Heinricus IV. rex Altwino, episcopo Brixinensi eiusque ecclesiae Wiltbannum super praediis ecclesiae eius, de rivo Tobropotoch, teutonice Guotpach, usque ad flumen Fiustriza et a summo vertice Creinae montis, usque in medium fundum Sowe fluminis, concedit.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Heinricus Diuina fauente clementia rex. Cum omnium nobis servientium a nobis ut ab omnium domino pendeat intuitus.

Digitized by Google

Omnium quidem seruituti congruis respondere beneficiis curamus. Si horum praecipue iustae petitioni acquiescere deliberauimus. ad quos non modo corporis uerum etiam animae utilitatem spectare scimus. In quorum numero episcopum Brixinensem Altwinum respeximus. cuius petitionem quae iusta et honesta uidebatur fieri adiudicauimus interpellantibus etiam ac secum petentibus Berhta et regni et tori socia. Gebehardo Salzburgensi. Vtone Treuirensi archiepiscopis coeterisque fidelibus nostris. Siquidem Wiltbannvm quem super praediis aecclesiae suae petiit concessimus. Quorum praediorum longitudinem seu latitudinem certo riuorum limite determinauimus. De riuo Tobropotoch quod teutonice Guotpach usque ad flumen fiustriza. et a summo uertice creinae montis usque in medium fundum Sowae fluminis. Infra quem terminum nullum hominum aliquid genus uenationis sine praedicti Brixinensis aecclesiae episcopi suorumque successorum licentia exercere banni nostri obligatione interdicimus. Et ut haec nostra decretalis auctoritas firma et inconcussa omni aeuo permaneat. hanc cartam inde conscriptam et propria manu roboratam sigilli quoque nostri impressione insignitam omnis generationis tam futurae quam praesentis noticiae reliquimus.

Signum Domni Heinrici Quarti regis humillimi et inuictissimi (*Monogramma*).

L. S.

Adalbero Cancellarius. uice Sigefridi archicancellarii recognoui.

Data est. X. Kal. Jvnii. Anno dominicae incarnationis Mill. LXXIII. Indict. XI. Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis XVIIII. Regni vero XVII. Actum est Auguste feliciter in dei nomine Amen.

a) Ori-

Digitized by Google

a) Originale huius Diplomatis regimini caesareo austriaco extraditum est, reservata copia vidimata, unde ista desumta sunt, quae etiam testatur, sigillum impressum esse illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum von Frhrn. v. Hormayr in den Beyträgen zur Geschichte Tirols. Urkundenbuch 53. num. 18. et in eiusdem Beyträgen zur Geschichte von Innerösterreich II. 37. ubi nomen slavicum rivi Guotpach potiori, ut videtur, iure: Tobrotobach, legitur.

CCCCXIX.

Anno 1073. 27. Octob. Werzeburg.

Heinricus IV. rex monasterio inferiori in Ratispona (Niedermünster) de servitio LX. porcorum XX. porcos remittit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Ex usu. terrenae delectationis et commodi pro Christo relinquere et largiri bonum ducimus. iuxta quod eodem promittente. aeterna remuneratione centuplicari non dubitamus. Unde divulgari ubique in regno nostro et publicum esse uolumus. quod nos aecclesiae sanctae Mariae quae in Ratispona ciuitate inferior dicitur fecimus. ad honorem quidem dei et sanctae Mariae perpetuae uirginis. et sancti Herhardi confessoris qui in eadem aeclesia membris requiescit et coruscat miraculis. Adiit namque nostrae regalis magnitudinis clementiam eiusdem monasterii abbatissa Gerdrvdis conquerens. magnum. et graue. atque intolerabile. quod nobis annuatim deberet. esse seruicium. quodque nequaquam sine magno monialium suarum prebendae defectu exsoluere quiuisset. Nos autem super querela eius et petitione miserti.

Digitized by Google

rogatui illius facilem prebuimus effectum. et de. LX. porcis quos singulis annis ut supra retulimus. ad nimis magnum nostrum seruicium dandos procurauit. XX. cum omni appendente seruicio. nostro usui detraximus. et ad suplementum sanctimonialium inibi seruientium prebendae. tradidimus et perpetua stabilitate dicauimus. Ne quis autem hanc nostram regalem actionem frangere uel immutare uoluerit. seu inquisitionis prioris quod inceperit. quin. ut fidelibus nostris Liemaro uidelicet hamaburgensi archiepiscopo. Eppone citicensi. Bennone osinabruggensi episcopis. et Eberhardo comite. cuius consilium eo in tempore multum in nostra uiguit curia intercedentibus. pro aeterna beatitudine disposuimus perseuerauerit. hanc cartam inde conscriptam et propria manu corroboratam. ad notitiam omnium. tam futurorum quam presentium sigilli nostri impressione signari iussimus.

Signum domni Heinrici regis quarti humillimi (*Monogramma*) et inuictissimi.

Adalbero cancellarius uice Sigefridi archicancellarii recognoui.

L. S.

Data est. VI. kalendas Novembris. Anno dominicae incarnationis Mill. LXX. III. Indictione XII. Anno autem ordinationis domni Heinrici regis quarti. XVIIII. Regni uero XVIII. Actum Wercebvrg in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum impressum totum, quamvis in extremitate una nonnihil laesum.

b) Notae chronologicae inter se concordant, ita tamen, ut indictio caesarea, et annus ordinationis numeretur iam completus ante tres menses et 10 dies.

c) Ineditum, quamvis a Ried in Cod. dipl. Rat. I. 163. num. 174. in not. * indicatum.

Digitized by Google

CCCCXX.

Anno 1073. 27. Octob. Wirzeburc.

Heinricus IV. rex monasterio superiori in Ratispona (Obermünster) de servitio regali XL. porcorum X. porcos remittit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Ut dominus qui administrat semen seminanti et panem ad manducandum prestabit. multiplicet semen nostrum et augeat incrementa frugum iustitiae nostrae. dignum duximus pauperes christi ex donis eius consolari et non angustiare. Commoniti itaque a fidelibus nostris ne abbatissam sanctae mariae de superiori monasterio in Ratispona sito. seruicio nostro grauaremus. de. XL. porcis. quos uiolenter magis quam iuste aliquandiu sibi potestatiua inquisitione exactos querebatur. X. remisimus. ob hoç presertim quia eadem abbatissa scilicet WILLA. praenominatum monasterium omnibus modis excoluit atque ornauit. sanctimoniales inibi degentes exemplo uitae atque regulae districtione instituit atque educauit. Notum ergo esse uolumus cunctis regni. nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus ne quis prefati monasterii abbatissae in exactione regalis seruicii deinceps molestus existat. tantum si ipsa semel in anno presenti in ratispona regi. XXX. porcos cum omnibus suis appendiciis exsoluat. Interuenientem igitur dilecta nostra regni. thorique nostri consorte Berhta regina. fauentibus que SIGEFRIDO mogontino. ANNONE coloniensi. LIEMARO hammaburgensi archiepiscopis. ADLBERONE. Werzeburgensi. EMBRICONE augustensi HERIMANNO babenbergensi HERIMANNO metensi. WILHELMO traiectensi. EPPONE citicensi. BENNONE

Digitized by Google

osinabrugensi episcopis. ducibus quoque WELFONE. RODOLFO. GODEFRIDO. BERTOLDO. et caeteris regni principibus. hanc cartam iussimus inde conscribi. et propria manu confirmatam. sigilli nostri impressione ut infra cernitur signari.

Signum domni Heinrici regis quarti (*Monogramma*) humillimi et inuictissimi.

Adalbero cancellarius uice Sigefridi archicancellarii recognoui.

L. S.

Data est. VI. kalendas Novembris. Anno dominicae incarnationis Mill. LXX. III. Indictione XII. Anno autem ordinationis domni Heinrici regis quarti. XVIIII. Regni uero. XVIII. Actum WIRZEBVRC. in dei nomine feliciter AMEN.

a) Sigillum impressum et bene expressum, illaesum.

b) Notae chronologicae inter se concordant, ita tamen, ut indictio caesarea et annus ordinationis numeretur iam completus ante tres menses et 10 dies.

c) Editum in Ried Cod. dipl. Rat. I. 163 num. 174.

CCCCXXI.

Anno 1074. 25. Maii. Ratisponae.

Heinricus IV. rex monasterium in suburbio Bataviae, ab Altmanno Bataviensi episcopo in honorem Scti Nicolai fundatum, regali auctoritate confirmat.

a) Sigillum, quod erat impressum, excepto modico cerae frusto adhaerente, totum deperditum.

Digitized by Google

b) Indictio certe erronea est, quae congruit an. Chr. 1075. anni autem regni et ordinationis respondent anno notato 1074.

c) Editum in Hund. metrop. II. Edit. Monac. 548. edit. Ratisb. 378. et Mon. Boic. IV. 289. inter Monumenta S. Nicolai Patav., ubi p. 289. lin. 24. et 25. leg.: Batauiae, batauiensis; p. 290. lin. 11: archicancellarii; lin. 14. addatur: Jesu.

CCCCXXII.

Anno 1074. 26. Novembr. Ratisponae.

Heinricus IV. rex Ellenhardo Frisingensi episcopo eiusque ecclesiae ex praedio, quod Salomon rex Ungarorum regis Heinrici potestati subdidit, C. mansis in locis nominatis, et territorio, terminis designato, tradit, cum appendiciis, exceptis tamen venationibus et Wiltbanno in Litahaberge, et sub conditione, ut episcopus Frisingensis quilibet in quolibet castello, specialiter in Miesenburc, muniendo, pro his C. regalibus mansis regi serviat, et in aliis omnibus regi fidelis existat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus notum esse uolumus. qualiter nos in praesentia principum nostrorum. Gebehardi Salzburgensis archiepiscopi. Ottonis Ratisponensis. Uuillehelmi Traiectensis episcoporum. Uvellph. ducis bauuariorum. caeterorumque fidelium nostrorum. ex predio quod Salomon rex ungarorum nostrae potestati subiugauit sanctae dei genitrici uirgini Mariae in aecclesia Frisingensi ubi corpus sancti Cor-

Digitized by Google

biniani quiescit. rogatu et seruitio eiusdem sedis episcopi Ellenhardi. c. mansos. his locis sitos. Ascherichesbrvgge. Chvningesbrvnnen. Nowendorf. Hasilowe. sicque de Litaha usque ad eum locum qui terminus est inter Litaha et Vertowe. cum omnibus appenditiis. hoc est utriusque sexus mancipiis. areis. aedificiis. pratis. pascuis. uineis. terris. cultis. et incultis. uiis. et inuiis. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. exceptis uenationibus. et Wiltbanno. in Litahaberge. aliis autem omnibus utilitatibus in propria tradendo firmauimus. firmando tradidimus. Ea uidelicet conditione qua cum omnibus ex praefato praedio donatis conuenimus. ut idem Frisingensis episcopus Ellenhardus suique successores in quolibet castello specialiter in Miesenbvrc muniendo pro his. c. regalibus mansis. nobis seruiant. et in aliis omnibus nobis fideles existant. Cuius traditionis testem cartam praesentem nostro iussu conscriptam nostra autem manu confirmatam. sigilli quoque nostri impressione insignitam cunctis saeculis reliquimus.

Signum domni Heinrici quarti regis inuic (*Monogramma*) tissimi.

L. S.

Adalbero cancellarius uice sigefridi archicancellarii recognovi.

Anno dominicae incarnat. Mill. LXXIIII. Indict. XIII. VI. Kal. dec. data. Anno autem ordinationis domni Heinrici. IIII. regis XX. Regni XVIII. Actum Ratispone in nomine domini Jesu. amen.

a) Sigilli impressi, sed destructi, solum remansit vestigium in macula et foramine illi congruis.

Digitized by Google

b) Indictio, quae dicitur caesarea, annus ordinationis completus ante quatuor menses et 9 dies, completus etiam ante unum mensem et 20 dies annus regni, respondent anno notato, cui etiam fauent historici coaeui Bertholdus constant., Lambertus Aschaffenb. et alii, quos tamen Stenzel Gesch. D. I. 302. 18. et II. 261. pro anno 1073 stare autumat. cnfr. I. 321.

c) Editum in Hund. metr. I. Edit. Monac. 153. edit. Rat. 103. Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 230. et Meichelbeck Hist. Fris. I. I. 268. et ex hoc Scheid. orig. guelf. II. 418.

CCCCXXIII.

Anno 1075. 9. Octob. Wormatiae.

Heinricus IV. rex restaurationem Monasterii Hirsaugiae, in episcopatu Nemetensi, in pago Wiringowa, in comitatu Ingirisheim siti, per Adalbertum comitem de Chalawa factam, confirmat, traditione huius comitis testamentaria, cum possessionibus monasterii antiquis ac novis ipsisque traditionis testibus, inserta.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnium sanctae dei aecclesiae fidelium presentium scilicet ac futurorum cognoscat industria. quod in regno nostro regulare quoddam monasterium situm est. in prouincia scilicet quae dicitur theutonica francia. in episcopatu nemetensi. in pago Wiringowa dicto. in comitatu ingirisheim. in silua quae dicitur nigra. iuxta fluuium qui dicitur nagaltha. quod Hirsavgia siue sancti Avrelii cella nuncupatum est. ubi et idem sanctus corpore requiescit. Quod tempore Lvdowici pii regis in honore sancti

Digitized by Google

Petri et sancti Avrelii episcopi constructum honorifice et deo dicatum est ab Erlefredo quodam nobili senatore et religioso. et a Notingo filio eius reuerentissimo uercellensi episcopo. aliisque parentibus Adalberti comitis de castello Chalawa. sed deinceps a posteris eorum dissipatum est. Nunc autem comes idem Adalbertus instinctu dei tactus. necnon coniugis suae Wieldrvdae crebris precibus adhortatus. monasterium ipsum iam restaurauit. et quae aliquandiu inibi defecit uitam monachicam reparauit. et praedia quae illuc antiquitus a parentibus suis tradita sunt. sed partim iam a posteris eorum inuasa partim et a se ipso quasi iure hereditario possessa sunt reddidit. et insuper de propriis tot ac tantas impensas praediorum illuc contradidit. quo seruitium dei nunc a. XV. fratribus sub regula sancti Benedicti inibi procurandis. gratia dei peragi et stabiliri possit. coniuge ipsius praenominata. filiis. Brvnone. Adalberto. Gotifrido. et filiabus Ovta et Irmingarda sibi in hoc ut in omnibus his institutis omnino consentaneis. Et inprimis ipsum scilicet locum Hirsaugiam cum omnibus nunc in praesentiarum illuc collatis. iusticiis. legitimis. et pertinentiis. praediorum. mancipiorum. censorum. pecuniarum. seu quarumcunque rerum. ex toto super altare sancti Avrelii reddidit. delegauit. et contradidit. domino deo. sanctae Mariae. sancto Petro apostolo. sancto Aurelio episcopo. et sancto Benedicto in potestatem et proprietatem. et praedicti monasterii abbati nomine Willehelmo eiusque successoribus in dispositionem liberam cellaeque necessariam. fratribusque deo sub regula monastica inibi seruituris ad utilitatem. Et ne umquam a posteris similiter ac a parentibus suis dei seruitium deinceps illic destrui possit. prudenter prorsus decreuit et constituit. eandem cellam cum omnibus suis pertinentiis nunc collatis et dehinc conferendis ab hac die et deinceps omnino non subdi nec subesse iugo alicuius terrenae personae vel potestatis. nisi abbatis solius dominationi. ordinationi. et potestati. et sic totius libertatis iure et priuilegio eam adampliauit. et ob

regni

Digitized by Google

regni celestis hereditatem in Christo omnimodis stabiliter sublimauit. Dehinc omni potestate. seruitio. iure et proprietate praedicti monasterii ipse cum coniuge et filiis et filiabus supradictis sese omnino feliciter abdicauit. Sed hoc totum reuera felix negotiator prudenter effecit. primum ob spem et premium uitae aeternae. ob remissionem omnium peccatorum. ob salutem corporum. et sempiternam requiem animarum. et ob cotidianam memoriam sui ipsius. coniugis suae praenominatae. filiorum et filiarum suarum. necnon omnium parentum. posterorum. consanguineorum. amicorumque suorum. et omnium ad curam suam pertinentium. ob memoriam quoque regum. episcoporum. principum. et omnium praedictae cellae statum et honorem diligentium et defendentium. et omnium Christi fidelium. et quod prout posse suberit. cunctis christi pauperibus beneficum semper illic patefiat receptaculum. Ad haec etiam ut fratres coenobii ipsius nunc inibi congregati. et adhuc in christo congregandi tutius ac liberius domino deo in sanctae professionis securitate seruire possint. huiusmodi eos libertatis munere donauit. ut quandocumque patre suo spirituali orbati fuerint. ipsi habeant liberam potestatem secundum regulam sancti Benedicti inter se vel undecumque si opus fuerit abbate (abbatem) sibi non solum eligendi sed etiam constituendi. Quem dum regulariter fratres eligunt. dehinc ut solet ad constituendum eum in choro monasterii conueniant. et una clero aduocato. populoque sanctuario praesentibus. decanus vel quicumque prior sit loci illius accipiat uirgam regiminis de altari sancti Aurelii. et absque omni prorsus contradictione tradat in manum ipsius. quem tota fratrum congregatio sibi elegerat. Hic subinde canonice abbas ordinatus. sine alicuius personae dominatione et impedimento susceptum ministerium pro posse et scire suum impleat. solique deo secundum ordinem suum liber seruiat. liberamque omnino rerum sibi commissarum in christo disponendarum intus et foris potestatem habeat. Qui si forte preter neces-

Digitized by Google

sitatem monasterii et communem fratrum utilitatem sacrilegiis quod absit licentiose et seculariter abuti praesumpserit instituta libertate. familia. bonis. rebusue sanctuariis. et ob id fratrum praemonitiones contemnens ad suam suorumue priuatam cupiditatem et libitum temere ea dissipauerit. vel si beneficia quibuslibet personis nisi necessariis monasterii ipsius seruitoribus praestiterit. aut si regibus. episcopis. seu quibuscunque personis consentaneus annuerit. si forte libertatem monasterii peruertere. sibique locum sanctum subicere attemptauerint. siue aliquid seruitii statutum inde sibi fieri exegerint. mox posteri comitis praedicti cum suffragio fratrum. aduocati. cleri. totius familiae et omnium bonorum. rite a fratribus hunc accusatum. iusteque ab eis conuictum. dignitate sua abici perficiant. aliumque iuxta praedictam libertatem. et sancti Benedicti regulam fratres sibi eligant. et absque omni contradictione pro illo substituant. Concedit etiam comes praedictus. praefatae cellae aduocatum aliquem de posteris suis fieri. si tamen loci ipsius abbas cum consilio fratrum talem inter eos inuenerit. qui sicut ipse comes nunc non pro terreno commodo. sed pro aeterna mercede sollicitus et studiosus bona et constitutam monasterii libertatem et iusticiam defendere uoluerit. Sin autem. aptum et utilem aduocatum undecumque sibi placuerit eligat. Hic denique abbate petente a rege accipiat bannum legitimum. et ter in anno si necesse fuerit. aut in ipsam cellam aut ubicumque vel quando abbati placuerit inuitatus ab illo ueniat. et ibi placitum iustum pro causis et necessitatibus monasterii rite peragat. Nullum autem aliud seruitium. ius. aut beneficium sibi pro hoc concedi recognoscat. nisi tercium bannum. et consuetudinariam iusticiam et legem quam caeteri aduocati in aliis liberis monasteriis habent super fures. proteruiam. et censuales. et caetera talia. et in illis trium placitorum diebus. in unoquoque unum maltrum de frumento. et unum friskingum. et unum siclum de uino. et caetera ad haec pertinentia. Preterea item constituit.

Digitized by Google

quod nisi abbate uolente et aduocante. bona et loca monasterii suis frequentiis temerarius et sine causa minime adeat vel attingat. nec praesumptuosus in eis placitum quodlibet vel pernoctandi licentiam habeat. nec subaduocatum pro se faciat. nec omnino aliquam absque ratione calumniam. peruasionem. aut iniuriam monasterio. abbati. vel familiae faciat. Si autem non ut aduocatus. sed potius calumniator et peruasor monasterii fuerit. omnino potestatem habeat abbas cum consilio fratrum hunc reprobare. et alium sibi utiliorem undecumque eligere. Constituit etiam et hoc comes praefatus. et nos ipsius petitione firmiter statuimus. quod si quispiam posterorum suorum vel quarumcumque homo personarum. unam uineam. unum mansum. unum molendinum. vel saltem unum mancipium. siue tale aliquid a supradicta cella temerarius iniuste abstulerit. ut nostri nostrorumque successorum regia potestate coactus. III. auri talenta ad erarium regis persoluat primitus reddito aecclesiae quod inuaserat. Si vero quislibet illorum quod absit curtim vel aliquam uillam inde uiolenter abalienauerit. siue manifestus inuasor bonorum ipsius cellae extiterit. vel si hoc testamentum traditionis et libertatis quocumque ingenio seu argumento legum saecularium peruertere vel infringere attemptauerit. c. auri libras ad regiam item persoluat cameram. et reddat primitus aecclesiae et secundum leges item componat quod ablatum fuerat. et sic intentio illius omnino irrita fiat. Ministris quoque et familiae sanctuariae eandem concedit legem et seruitutem quam caeterae in regno nostro liberae abbatiae habent. ut tanto fideliores praelatis suis per omnia seruiant. Super haec omnia comes sepe dictus apostolicum priuilegium acquisiuit. et constituit. ut unus aureus quem bizanthium dicimus singulis annis romam ad altare sancti Petri ab abbate praedicti monasterii in pascha persoluatur. eo pacto. ut libertatis istius et traditionis statuta tanto perennius inconuulsa amodo permaneant. et ut praedictum coenobium sub romanae aecclesiae mundiburdio et maiestate secu-

Digitized by Google

rum semper stabiliatur et defendatur. si forte quispiam regum vel posterorum eius. seu quarumcumque homo personarum quod absit testamentum hoc ullo ingenio infirmare vel infringere praesumpserit. Si autem id quod absit a quolibet illorum diabolo instigante fiet. obsecrat comes idem et omnino testificatur apostolicum pontificem per christum. et per sanctum Petrum apostolum. et sanctum Avrelivm episcopum. et per omnes sanctos dei. et per tremendi iudicii diem. ut illum dei et sanctorum eius contemptorem et testamentariae huius conscriptionis destructorem nisi resipuerit. tradat omnino satanae. et anathemathizet eum ac profanet a consortibus et filiis aecclesiae sanctae dei. et heredibus uitae aeternae. ut et auferat deus memoriam illius de terra uiuentium. et deleat nomen eius de libro uitae. et ut cum dathan et abyron quos terra aperto ore deglutiuit. et uiuos infernus absorbuit. perennem incurrat damnationem. et ut herodis. pilati. et iudae socius factus in aeternum discrucietur. et cum sodomitis et gomorritis ignis et sulphuris imbres hic experiatur. et heliodori plagas et uerbera hic perpetiatur. et antiochi tormentis. uermibus scilicet scaturiens et cum fetore computrescens miserrime conteratur. et nisi resipiscat. Petrvm regni caelorum archiclauigerum cum sancto Avrelio et tota caelesti militia portae paradysi obstitorem habeat in aeternum. Predia autem seu uillae ad praedictum monasterium antiquitus pertinentia et ab eodem comite nunc reddita. haec sunt. Inprimis ipse locus Hirsaugia cum tribus uillulis. Lutzelenhart. Altpuren. Nagalthart. Hustetan. Deggenphrum. et quae sita sunt ad Gilistan. ad Stamheim. cum uillulis item tribus. Sumenhart. Lutzelenhart. ad sanctum Candidum. ad Mettilingun. ad Mouchingan. ad Gretzingun. ad Muclingun. ad Marchilingan tres hobae. et Gumprehteswilera dimidium. Haec autem comes praedictus de suis superaddidit praedictis. Ottenbrunnan. et quae possidebat ad Wile. cum uillulis binis. Grekkenbach. et Blanda. et ad Biberbach. ad Botenanch. ad Tambach. ad Waleheun duas hobas. et VI.

Digitized by Google

iugera uinearum. et Gumprechteswilare dimidium. et aecclesiam ad Toffingan. et ad Malska. Haec scilicet praedia cum mancipiis ad praedicta loca pertinentibus reddidit et contradidit ad praedictum coenobium. cum aecclesiis. fabricis. uinetis. agris. pratis. siluis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. molendinis. exitibus et reditibus. cultum et incultum. cum marchis et terminis. legitimis. statuta quoque et iura censoria. cum omnigena integritate legitimorum suorum et utilitate. et seruitiis quae ullo modo inde prouenire vel excogitari poterunt. Ut autem praedictae traditionis et libertatis status et omnia praedicta statuta ea ratione qua deo et sanctis eius destinata sunt. ab hac die omni euo in christo rata et inconuulsa permaneant. hanc cartam testamentariam predicti comitis rogatu conscribi. manuque propria corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Quarti Heinrici regis inuictissimi (*Monogramma*).

L. S.

Adelbero cancellarius uice Sigefridi archicancellarii recognoui.

Data est VII. Id. Octobris. Anno dominicae incarnationis Mill. LXX. V. Indictione XIIII. Anno autem ordinationis domni quarti Heinrici regis XXI. Regni uero XVIIII. Actum Wormaciae in dei nomine feliciter Amen.

Traditio autem comitis Adalberti facta est apud Hirsavgiam in ipsis foribus aecclesiae. Anno item incarnationis dominicae. Mill. LXXV. Indictione XIII. Feria II. luna XXX. XVIII. Kal. Oct. ipsa scilicet festiuitate sancti Avrelii his testibus cum omni populo astantibus et audientibus Comes Liutoldus de Achelm. Domnus Adalbertus

Digitized by Google

de Antringen. Domnus Liutfridus de Chresbach. Domnus Adalbertus de Buchslat. Buobo de Gruonbach. Ruodolfus de Haldewanch. Domnus Eberhardus de Metzingan. Eberhardus de Mulin. Diemo de Malbodesheim. Liutbrandus de Husan. Domnus Ezzo de Sulichen. Domnus Ovdalscalch de Chuningin. Altrich de Jungingen. Ruodolfus de Phullin. Managolt de Tatichingen. Arnoldus de Husan. Adalgoz de Mindilowa.

a) Sigillum impressum in tres partes fractum est, fragmenta tamen adhaerent chartae utcunque adglutinata, regisque imaginem cum inscriptione fere integram exhibent.

b) Indictio in ipso instrumento caesarea, in traditione autem inserta, quae peracta fuit Hirsaugiae 14. Septemb., ordinaria numeratur, annus ordinationis completus ante duos menses et 22 dies, annus autem regni ante tres tantummodo dies. Caeterum feria et luna, in traditione notatae, conveniunt soli anno 1075.

c) Quae sequuntur post vocabula: Data, usque ad finem totius instrumenti alio atramento, nonnihil pallidiore, manu tamen eadem, scripta sunt.

d) Editum est in Besoldi Documentis Monasteriorum Wirtenberg. Edit. 1636. T. I. 513 sq. et in chronico Hirsaug. Trithemii edit. 1690. T. I. 239 sq. Besoldus l. c. p. 520 testatur duo huius diplomatis originalia integra superfuisse: variationes tamen quaedam, praecipue in ordine testium animadvertendae, probare possunt, non ex hoc nostro, sed ex altero instrumento suam editionem Besoldum procurasse. Juvat annotare potissimum discrimen utriusque instrumenti in eo consistere, primo, quod in nostro promiscue domni testes collocentur inter alios testes, qui non vocantur domni, in Besoldiano exemplari autem omnes domni testes praecedant alios, qui non fuerunt domni: secundo, quod Besoldianum exemplar hos testes duos: Ruodolfus de Phullin, Managolt de Tatichingen alio modo scribat, nimirum: Ruodolfus de Phullingen, Managolt de Jatichingen.

Digitized by Google

CCCCXXIV.

Anno 1077. 13. Junii. Nourinberc.

Heinricus IV. rex Altwino Brixinensi episcopo eiusque ecclesiae praedium Slanders et XXX. mansos de beneficiis Gundaccheronis et Ruoperti, in pago Finsgowe, in Comitatu Gerungi, tradit et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus Diuina fauente clementia rex. Regiae munificentiae est. bene promerentes bene remunerare. Unde notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus. qualiter nos ob interuentum dilectae conjugis nostrae Berhtae Ebbonis Niumburgensis. Bennonis Osinabruggensis episcoporum caeterorumque fidelium nostrorum. remunerantes seruitium. A. Brixinensis episcopi aecclesiae suae Brixinensi praedium quoddam nomine Slanderes et ad hoc de beneficiis Gvndaccheronis et Rvoperti addentes. quoadusque. XXX. mansi computentur situm in pago. Finsgowe. In comitatu Gervngi. cum omnibus appenditiis. hoc est utriusque sexus mancipiis. areis. aedificiis. pratis. pascuis. terris. cultis et incultis. uiis et inuiis. siluis uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. ac cum omni utilitate quae vel scribi vel nominari potest in proprium tradendo firmavimus. firmando tradidimus. Cuius traditionis testem cartam presentem scribi et nostra manu corroboratam. sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

L. S.

Signum Domni Heinrici quarti regis inuic (*Monogramma*) tissimi.

Gebehardus cancellarius uice sigefridi archicancellarii recognoui.

Digitized by Google

Anno dominicae incarnationis Mill. LXXVII. Indict. XV. idus (idibus) Jun. data anno autem ordinat. domni Heinrici quarti regis XXIII. Regni XXI. Actum Novrinberc in Christi nomine Amen.

a) Originale huius diplomatis regimini caesareo austriaco extraditum est, reservata copia vidimata, unde ista desumta sunt, quae etiam testatur, sigillum impressum nonnihil laesum fuisse.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum a Frhrn. v. Hormayr in den Beyträgen zur Geſchichte Tirols, Urkundenbuch. 57. num. 26, non tamen ex originali, quod illius erronea lectio episcopi Osinabruggensis probat.

CCCCXXV.

Anno 1078. mense Januar. aut Febr. Patoviae.

Heinricus IV. rex Altwino Brixinensi episcopo eiusque ecclesiae, quidquid Welfo dux dum erat dux, ex regis gratia habuit, in pago Passir, in Comitatibus Gerungi et Friderici situm, tradit et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Numquam aliquid rerum felicius commutatur quam si temporale pro eterno datur. Inde prosperitas uite. inde salus nascitur anime. nam ecclesias dei temporalibus ditare. est animas in perpetuum saluare. quid enim prodest homini si uniuersum mundum lucretur. animae uero suae detrimentum patiatur. Aut quam dabit homo commutacionem pro anima sua. Proinde nos dum in aeternum nobis consultum uoluimus. dumque ALTVVINI. sanctae PRIXINENSIS

Digitized by Google

NENSIS ecclesiae episcopi seruitium erga nos fidele magnum bonum et assiduum respeximus. sancto INGENVVINO. praefatae sedis tutori inuictissimo quicquid WELFO dux dum erat dux nostro dono et nostra gratia habuit in pago PASSIR nominato. situm in comitatu GERVNGI. et in comitatu FRIDERICI. cum omnibus appendiciis. in alpibus et in alpinis pascuis. in utriusque sexus mancipiis. arcis. edificiis. pratis. pascuis. terris. cultis et incultis. uiis. et inuiis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus exitibus. et reditibus. quaesitis. et inquirendis. seu cum omni re quae ullo modo inde peruenire poterit. in proprium tradidimus. tradendo firmauimus. Cuius traditionis testem hanc kartam scribi iussimus. ac propria manu corroboratam ut infra uidetur. nostroque sigillo insignitam. omnibus Christi nostrique fidelibus. tam futuris quam presentibus ut haec sciant et credant RELIQVIMVS.

Signum Domni Heinrici quarti regis inuictissimi (*Monogramma*).

Gebehardus Cancellarius recognovi.

L. S.

Data anno dominicae incarnat. mill. LXX. VIII. Indict. I. Anno autem domni heinrici quarti regis inuictissimi. ordinationis XXIIII. Regni XXII. Patauie. actum feliciter.

a) Originale huius diplomatis regimini caesareo austriaco extraditum est, reservata copia vidimata, unde ista desumta sunt, qua simul docemur, sigillum impressum fuisse integrum.

b) Archicancellarius nullus memoratur, quod pariter in aliis huius anni instrumentis observari potest.

c) Dies mensisque non sunt expressi; anni tamen ordinationis et regni

Digitized by Google

consentiunt cum anno Chr. 1078. cuius mense Januar. aut Febr. datum fuit hoc instrumentum, cum rex Passavii versaretur teste Bertholdo constant. ap. Ussermann in Prodr. Germ. sacr. II. 66. 76. Cnfr. Stenzel Geſch. D. II. 273.

d) Editum a Frhrn. v. Hormayr in den Beyträgen zur Geſchichte Tirols, Urkundenbuch. 58. num. 27.

CCCCXXVI.

Anno 1078 potius, quam 1077, 20. Mart. Ratisponae.

Heinricus IV. rex Sigefrido Augustensi episcopo eiusque ecclesiae praedium Moringen, situm in Owesgowe, in comitatu Arnoldi, iusto iudicio Welfoni, quondam duci, regno regem privare volenti, ablatum, tradit et confirmat; exceptis tamen illis huius praedii pertinentiis, quas ante hanc conscriptam cartam alii fideles regis ab ipso rege acceperunt.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex.

Scriptum est. Honora dominum de tua substantia. Deum autem honorare. est. quemlibet sibi honorem thesaurizare. pro paruis magna. Pro terrenis caelestia. pro temporalibus aeterna cambire. Quod et nos considerantes. salutis auctorem in ea per quam salus credentibus apparuit honorare dignum duximus uidelicet dei genitrici uirgini Mariae augustensi aecclesiae nomine et dominatione principanti. de nostra substantia. illa bona conferendo. quae dilectus noster Sigefridus augustensis episcopus petiit. quae nos inhonorantibus legitime auferri iustum et honestum fore monuit. et deo eiusque matri dare

Digitized by Google

bonum et salutiferum docuit. Praedium ergo quoddam. nomine Moringen. situm in pago. Owesgowe. In comitatu Arnoldi. iusto iudicio Welfoni quondam duci regno nos priuare uolenti. ablatum. Sanctae dei genitrici uirgini Mariae Augustensi in proprium tradendo firmauimus. firmando tradidimus. cum uniuersis appendițiis. hoc est. utriusque sexus mancipiis. areis. aedificiis. tam aecclesiarum quam domorum. terris. cultis. et incultis. uiis. et inuiis. pratis. pascuis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. exitibus. et reditibus. quaesitis et inquirendis. ac cum omnibus utilitatibus quae uel scribi uel nominari poterunt. exceptis his. quae ante hanc conscriptam cartam. cyrographis aliis. alii fideles nostri a nobis acceperunt. Huius donationis uel traditionis sanctae dei genitrici uirgini Mariae Augustensis episcopii dominae testem. cartam praesentem scribi iussimus. quam ut infra uidetur manu nostra corroboratam. et sigilli nostri impressione insignitam. omnis generationis tam futurae quam praesentis noticiae reliquimus.

Signum domni Heinrici quarti regis inuic (*Monogramma*) tissimi.

L. S.

Gebehardus cancellarius recognoui.

Anno dominicae incarnationis. Mill. LXXVII. Indictione. I. XIII. Kalendas. Aprilis. data. Anno autem ordinationis domni Heinrici. IIII. regis. XXVI. Regni. XXIIII.

Actum Ratispone. feliciter in Christi nomine. Amen.

a) Sigilli impressi, sed fracti, tria remansere fragmenta, quorum duo inferiora chartae utcunque adhaerent, tertium separatim adiacet, triaque simul partem figurae a pectore regis usque ad pedes exhibent.

Digitized by Google

b) Ex notis chronologicis indictio et annus ordinationis anno Chr. 1078. respondent, cui anno quoque favet commoratio regis hoc tempore Ratisponae, a coaevis historicis narrata. Vid. Berthold. constant. in Ussermann Prodromo II. 82. Annus ergo regni cum ipso anno incarnationis erroneus censendus est, aut ultra integrum annum anticipatus, aut denique stylo Romano numeratus. Cnfr. Stenzel Geſchichte D. II. 273.

c) Ineditum, memoratum autem a Braun in der Geſchichte der Biſchöfe v. Augsburg. II. 5, ubi aliam rationem affert, cur ad an. potius 1078, quam 1077 referendum sit hoc diploma, nimirum quia Sigefridus Episcopus non successit praedecessori Embriconi nisi post mortem huius, quae contigit 30. Jul. 1077.

CCCCXXVII.

Anno 1078. Inter mens. Januar. et April. Pataviae aut Ratisponae.

Heinricus IV. rex ecclesiam Bvrin, quam a manu sua et regia potestate alienatam libertate eius privaverat, nunc resipiscendo sibi consultum volens, pristinae reddit libertati, eamque sub regia tutela et defensione recipit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Omne quod scribitur testamentum. gestarum rerum continet fidem. noticiam. memoriam. et firmamentum. Qua ratione et per hoc scriptum notum sit omnibus in Christo uiuentibus. tam futuris quam praesentibus. qualiter nos aecclesiam nomine BVRIN. quam a nostra manu et a regia potestate dimissam. et alienatam sua libertate destitueramus. qualiter hanc dum resipiscendo nobis inde consultum uoluimus. tum quoque ob salutem animae. ac peccatorum remedia beatae memorie patris nostri HEINRICI. ac

Digitized by Google

matris nostrae AGNETIS. et ob salutem animarum duorum fidelium nostrorum. pro quibus ibi specialiter continuis intercedendum orationibus in aeternum uoluimus. in eam quam ab institutione sua sumpsit libertatem restituimus. et immutabiliter in perpetuum destinauimus. quatinus deinceps ea utatur. ita ut in regia tutela et defensione contineatur. Cuius libertatis restitutio ut stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc kartam inde ivssimus scribi. ac propria manu corroboratam. nostro sigillo INSIGNIRI.

Signum domni Heinrici quarti regis inuictissimi (*Monogramma*).

Gebehardus cancellarius recognoui. Data anno dominicae incarnationis. Mill. LXXVIII. Indictione. I. Anno autem domni Heinrici. IIII. regis inuictissimi ordinat. XXIIII. Regni XXII.

L. S.

a) Sigillum praeter morem post ultimam lineam, qua notae chronologicae exhibentur, impressum cernitur, haud dubie ideo, quia illi post monogramma regis imprimendo non supererat spatium satis magnum. Ipsius tamen sigilli impressi, ast fracti, maior pars chartae adhaeret, fere integram regis imaginem cum prima dimidia inscriptione repraesentat.

b) Locus peracti negotii, dies mensisque chartae datae non sunt expressi; ex duplici tamen alio instrumento, altero Pataviae mense Januario aut Febr., altero Ratisponae 20. Mart. dato, in quo utroque eaedem notae chronologicae leguntur, anno Chr. 1078 respondentes, verosimiliter suppleri possunt, ceu ab initio annotatum est.

c) Editum quidem Mon. Boic. VII. 92. inter Monumenta Monasterii Benedictoburani, sed ex copia tantum; ideoque repetitur editio,

Digitized by Google

cum Originale ex Archivo Monasterii Campidunensis in archivum regium Monacense devenerit. Adiacet etiam copia Archivarii Campidunensis in margine testantis, sub nomine Burin intelligendum esse Benedictoburum.

CCCCXXVIII.

Anno 1079. 16. Augusti. Nourinberc.

Heinricus IV. rex Waltgero abbati Altahensi eiusque monasterio (Niederaltach), a quo mutuum in auro et argento pro instanti expeditione acceperat, praedium Beringen, situm in pago Brisgowe, in comitatu Cuononis palatini comitis, obligat, ac nisi ante obitum suum redemtum fuerit, donat.

a) Sigillum impressum illaesum, nihilominus circulo orichalceo munitum.

b) Indictio quidem sola congruit anno Chr. notato 1079, cui tamen favet dies 16. Aug. et locus Nourinberc, nam teste Bertholdo const. ap. Ussermann prodr. Germ. sacr. pag. 104. statim post festum assumtionis Mariae, i. e. 15. August. ac finita synodo Herbipolensi, cui praesens aut saltem vicinus rex Heinricus IV. esse voluit, non mediocrem exercitum in Saxones ducebat. Unde in notis annorum ordinationis ac regni latet error calami, utrobique duorum annorum anticipatorum.

c) Editum Mon. Boic. XI. 159. num. 39. inter monumenta Niederaltachensia ex Originali eiusdem monasterii; ubi tamen p. 160. lin. 2. et 21. leg.: Beringen; et lin. 21. addatur: praedicto.

Digitized by Google

CCCCXXIX.

Anno 1079. 19. Octob. Hirzheide.

Heinricus IV. rex cuidam servienti suo, Ebboni, tres mansos in villa Dieprehdesdorf, in pago Nortgowe, in comitatu Heinrici, tradit et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Notum sit omnibus christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus. qualiter nos ob interuentum Berhtae et regni et thori sociae. Heinrici patriarchae. Sigewini Coloniensis. Eigelberti Treuirensis archiepiscoporum. Diedonis Brandeburgensis episcopi. caeterorumque fidelium nostrorum. cuidam seruienti nostro nomine Ebbo. III. mansos. sitos in uilla Dieprehdesdorf. In pago. Nortgowe. In comitatu. Heinrici. cum omnibus appenditiis. utriusque sexvs mancipiis. areis. aedificiis. pratis. pascuis. terris. cultis. et incultis. uiis. et inuiis. siluis. uenationibus. campis. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. exitibus et reditibus. quaesitis. et inquirendis. ac cum omni utilitate quae vel scribi vel nominari poterit in proprium tradendo firmauimus. firmando tradidimus. Ea conditione. ut idem Ebbo eosdem mansos eodem iure eadem mensura possideat. quo ab imperatrice augusta Agnete matre nostra acceperat. Et ut haec nostra traditio firma et inconuulsa omni aeuo permaneat. hanc cartam inde conscriptam. et manu nostra ut infra uidetur corroboratam. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici quarti regis inuictissimi (*Monogramma*).

L. S.

Gebehardus episcopus et cancellarius recognoui.

Digitized by Google

Anno dominicae incarnationis Mill. LXXVIIII. Indictione III. data XIIII. Kal. Novembris. Anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis. XXVI. Regni XXIIII. Actum Hirzheide.

a) Sigillum impressum et bene expressum, illaesum.

b) Notae chronologicae, ex quibus indictio caesarea numeratur, inter se conveniunt.

c) Editum a v. Schultes in den histor. Schriften I. 51.

d) Desumtum ex Archivo Bambergensi.

CCCCXXX.

Anno 1086. 9. April. Ratisbonae.

Heinricus IV. R. imperator fideli suo, Friderico Ratisponensi advocato, villas septem nominatas, in marchia Camba sitas, donat.

a) Sigilli olim impressi, sed deperditi, certa remansere indicia, nimirum foramen crucis decussatae et macula cera illi adaequata.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ex quibus annus regni est annus ordinationis.

c) Editum in Mon. Boic. XII. 96. num. 2. inter monumenta Oberaltachensia, et in Scholliner Stemmatographia comitum de Bogen. IV. Bd. der neuen bayer. histor. Abh. 316.

CCCCXXXI.

Digitized by Google

CCCCXXXI.

Anno 1089. 1. Februar. Ratisponae.

Heinricus IV. R. imperator scottigenas Ratisponae eorumque ecclesiam, in Wihensanctipetri vulgo dictam, ab abbatissa superioris monasterii (Obermünster) acquisitam, in mundiburdium defensionis suae recipit; ita tamen, ut locus subiectus sit superiori monasterio.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia tercius romanorum imperator augustus. Omnibus Christi fidelibus. tam futuris. quam presentibus notificamus. ac manenti memoriae committimus. qualiter tempore Ottonis. Ratisponensis ciuitatis episcopi. quidam scottigenae pro cruciando corpore saluandaque anima. patria sua exulerant (exularant). ac diu orationum loca uisitantes. Ratisponam tandem uenerant. Qui dum licentia supradicti episcopi. assensuque domnae abbatissae Willae quae tum apud sanctam Mariam in monasterio superiori praeerat. aecclesiam in Wihensanctipetri uulgo dictam. *ad idem superius.* monasterium attitulatam. ministerio orationis prouidendam susciperent. mox officinas claustri adjutorio bonorum aedificant. monachi*camque vitam ibi celebrant et* ab elemosinis fidelium tantum ibi victitant. Tandem pro dei misericordia concessum est eis aliquantulum iusticiae et utilitatis. ad eandem aecclesiam pertinentis. Deinde ad me. Heinricum dei gratia tercium romanorum imperatorem ueniunt. et mundiburdium defensionis meae expetunt. Ego uero peticionibus eorum facile acquiescens. in mundiburdium defensionis eos suscepi. et talem libertatem a praedicto episcopo. O. et ab abbatissa Hazecha quae tum locum sanctae Mariae in superiori monasterio regebat. eis

Digitized by Google

acquisiui. ut nulla persona maior uel minor in eos. aut in bona eorum qualiacumque dominationem habeant (habeat). preter me. et successores meos reges uel imperatores. sed securi maneant absque omni eiectione uel perturbatione. orantes pro se. et pro salute tocius aecclesiae. Locus tamen subiectus sit superiori monasterio cui attitulatus est. ad defensionem potius quam ad destructionem. Siquis autem huic testimonio libertatis contradixerit. seu eos monachos peregrinos in aliquo molestauerit. CCC. libras fisco meo persoluere constituo. Et ut haec auctoritas libertatis firma permaneat. hanc cartam inde conscribi et sigilli mei impressione iussi insigniri.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) tercii romanorum imperator Augustus (*Signum speciale*).

Herimannus cancellarius RECOGNOVI.

Data est kalendis Februarii. Anno dominicae incarnationis Mill. LXXX. VIIII. Indict. XII. Anno uero ordinationis domni Heinrici XXX. VI.

Imperii quidem anno. V. Actum Ratisponae in dei nomine feliciter Amen.

Huius rei testes sunt. Albertus maguntiensis. Adelgostus. madaburgensis Archiepiscopi. Episcopi uero videlicet. Otto babenbergensis. Wadalricus constantiensis.

Comites quoque hermannus de saxonia. Godefridus de Caloen. Hermannus marchion (marchio). Otto episcopus ciuitatis ratisponae. Otto prefectus eiusdem ciuitatis. Heinricus frater eius. Et alii quidam. Ex ciuibus eiusdem ciuitatis. videlicet. Macho ovdalricus. Lovtwinus. Adalhardus et frater eius Anegast. Hezelinus et filius suus rovtbertus.

Digitized by Google

Baldwinus. Eccehardus. Wizelinus. Engilbertus. Dietmarus. Engilschalchvs. Otto comes. Adelbertus comes. et Cetera.

L. S.

a) Sigilli sex linearum intervallo post lineam diplomatis ultimam impressi, sed avulsi et fracti, chartae separatim adiacent tria maiora fragmenta, cum minutissimis aliis eius frustulis, papyro involuta; fragmentum unum ex maioribus totam figuram imperatoris cum ultima dimidia inscriptione exhibet. Dicto intervallo sex linearum manus paulo recentior, inter annos 1111 et 1119, testes adiecit.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ex illis tamen annus ordinationis quinque mensibus et 16 diebus anticipatus est. Cnfr. Stenzel Geſchichte D. II. 291.

c) In testibus postea additis magna personarum confusio non sine anachronismo deprehenditur. Nam Otto Ratisponensis episcopus, in ipso instrumento memoratus, die 6 Julii 1089 seu 5 mensibus et 5 diebus post datum instrumentum obiit, et inepte inter testes laicos ponitur: reliqui episcopi et archiepiscopi nonnisi ab anno 1111 15. August, sive ab electione archiepiscopi moguntini, Adelberti, usque ad annum 1119, quo Adelgotus Magdeburgensis archiepiscopus obiit, simul vixerunt. Ex eadem aetate etiam reliquos testes esse vel inde concludere licet, adeoque manum testes chartae subnotantis saltem viginti duobus annis originali chartae scriptura posteriorem.

d) Desumtum ex Archivo Obermunster in Regensburg.

e) Editum a Laurent. Hochwart ap. Oefele I. 184 sq. a Ried in Cod. dipl. rat. I. 166. num. 178. ex Originali, qui duas lacunas ex Hochwarto supplevit, ex copia nunc adiacenti saec. XV^ti^ vel ex alia copia.

Digitized by Google

CCCCXXXII.

Anno 1089. 14. August. Babenberc.

Heinricus IV. R. imper. Meingero, Babenbergensis ecclesiae Ministeriali, praedium, nimirum VI. mansos regales, in villa Arinbach, in comitatu comitis Crafthonis sitos donat, quos imperator a duorum fratrum, Hadebreht et Bernharh, haeredibus pecunia comparavit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Quemadmodum usque ad nostra tempora. tam regalis. quam imperialis magnificentia. suos familiares. ac fideles exaltare studuit. sic nos etiam quoscumque nostris. vel regni negociis deuotos perpendimus. imperiali magnificentia sublimando. pro statu regni uniuersorum studia excitare laboramus. Omnium itaque nostri christique fidelium tam futurorum quam presentium nouerit sollertia. qualiter nos ob interuentum. et petitionem coniugis nostrae Adalheit reginae. necnon uenerabilium episcoporum. Hartwici magdeburgensis episcopi. Rovberti babenbergensis. Ovdalrici eistetensis. ceterorumque meorum fidelium. Meingero cuidam ministeriali babenbergensis ecclesiae. tale praedium quale habuerunt duo fratres Hadebreht. et Bernharh quod ab ipsorum haeredibus pecunia comparaui. uidelicet VI. regales mansos. sitos in comitatu comitis crafthonis. in uilla quae dicitur arinbach. cum omnibus suis appendiciis. hoc est areis. edificiis. terris cultis. et incultis. pratis. pascuis. aquis. molendinis. piscationibus. siluis. uenationibus. exitibus et reditibus uiis. et inuiis. quaesitis. et inquirendis cum omni utilitate quae inde poterit prouenire. in proprium dedimus. atque tradidimus. ea uidelicet ratione. ut praenominatus Mein-

Digitized by Google

gerus. de praefato praedio liberam dehinc potestatem habeat optinendi. tradendi. uendendi. commutandi. precariandi. posteris relinquendi. et quicquid sibi placuerit inde faciendi. Et ut hec imperialis nostrae traditionis. stabilis et inconuulsa permaneat auctoritas. hoc privilegium inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii romanorum imperatoris augusti (*Monogramma*).

L. S.

Humbertus cancellarius uice Rothardi archicancellarii recognoui.

Data est XVIIII. Kal. Septembr. Anno ab incarnatione domini Mill. LXXX. VIIII. Indictione XI. Anno autem domni Heinrici. regni quidem XXX. V. imperii vero VI.

Actum Babenberc. in Christi nomine feliciter. Amen.

a) Sigillum impressum, illaesum et optime expressum.

b) Indictio erronea est, quae sit XII., anni autem regni ac imperii currentes respondent notato Chr. anno 1089.

c) Editum in Schultes hiſtor. Schriften II. 350.

d) Desumtum ex Archivo Bambergensi.

Digitized by Google

CCCCXXXIII.

Anno 1091. 5. Maii. Bassan.

Heinricus IV. R. imperator Oudalrico Eichstetensi episcopo eiusque ecclesiae praedium Gredingen, in Nortgowe, in comitatu Heinrici, restituit, quod Eggebertus marchio iniuste possederat, iuste autem ob conspirationem eius in mortem imperatoris amiserat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia tercius romanorum Imperator Augustus. Scriptura in libro sapientiae testatur. quia funiculus triplex difficile rumpitur. Quod nos considerantes. saepius inculcando repetimus. quod firmum et inscissum permanere desideramus. Unde notum esse uolumus. omnibus christi nostrique fidelibus. tam futuris quam praesentibus. qualiter nos pro remedio animae nostrae. parentumque nostrorum. et pro fideli seruicio Ovdalrici Eichstetensis aecclesiae uenerabilis episcopi praesentibus regni. principibus. Ovdalrico patriarcha Aquileiensi. Milone Paduano. Hezelino Uicentino. Otgerio Yporiensi episcopis. caeterisque fidelibus nostris. Eichstetensi aecclesiae bona sua quae a diebus antiquis priuilegiis antecessorum nostrorum regum vel imperatorum propria possederat. ablata ab inuasoribus. non semel. sed bis reddidimus. quae ut diximus. ante nos ab aliis antecessoribus eidem ecclesiae firmata inuenimus. Quae bonorum summa haec est. Gredingen. In pago Nortgowe. In comitatu Heinrici. cum omnibus appendiciis suis. areis. aedificiis. utriusque sexus mancipiis. terris. cultis. et incultis. uiis. et inuiis. exitibus et reditibus. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. et cum omni utilitate quae vel scribi vel nomi-

Digitized by Google

nari poterit. Hoc predium Gredingen ut dictum est cum omnibus appendiciis ab Eggeberto marchione possessum. liberando expediuimus. expeditum Eichstetensi aecclesiae in perpetuum firmando tradidimus. tradendo firmauimus. quia Eggebertvs marchio iuste idem praedium amiserat. quod iniuste retinebat. quod etsi iuste possedisset. tamen amittere iustum erat. qui in regnum et in personam nostram mortem totiens dictasse deprehensus. omnium principum iudicio non solum in bonis suis. sed etiam in uita sua damnationis sententiae subiacuerat. Quod predium Gredingen ut diximus nostrae potestati adiudicatvm Eichstetensi aecclesiae reddidimus. redditum firmauimvs. ut idem Ovdalricvs episcopus suique successores liberam potestatem habeant de eodem predio quodlibet faciendi pro utilitate tamen aecclesiae. Cuius traditionis testem cartam hanc scribi iussimus. quam ut infra uidetur manu propria corroboratam. et sigilli nostri impressione insignitam omnibus saeculis reliquimus.

Signum domni Heinrici tercii romanorum Imperatoris Augusti (*Monogramma*) (*Signum speciale*).

L. S.

Humbertus cancellarius uice Rovthardi archicancellarii recognoui.

Data. III. Non. Maij. Anno dominicae incarnationis Mill. LXXXXI. Indictione XIIII. Anno autem ordinationis domni Heinrici tercii romanorum imperatoris augusti. XXXV. Regni. Imperii uero. VII. Actum Bassan feliciter in nomine domini Jesu. Amen.

a) Sigilli impressi pars interior tota periit, exterior adglutinata cernitur duplici fragmento membranaceo quarundum chartarum saec. XIII^ii incipientis.

Digitized by Google

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, annus tamen imperii numeratur iam ante unum mensem et quatuor dies completus.

c) Ineditum.

d) De Eggeberto isto marchione, nimirum Misniae, a 1090 interempto a militibus Quedlingburgensis abbatissae, conferantur scriptores coaevi imprimis annalista Saxo et Waltramus.

CCCCXXXIV.

Anno 1091. 2. Septembr. Veronae.

Heinricus IV. R. imperator ecclesiae Brixinensi quendam Comitatum, in valle Bustrissa situm, et duos mansos servorum, in loco Rischone, in eodem comitatu, tradit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuidue Trinitatis. Heinricus. Diuina fauente clementia tertius romanorum imperator Augustus. Quoniam peregrinam uitam huius conuersationis breuem et quasi momentaneam existere et in se per cottidiana detrimenta deficere cognoscimus. ut ad illam uitam qua in aeternum beate uiuitur summo desiderio suspiremus. nobis quam maxime profuturum esse credimus. Notum sit igitur omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus. qualiter nos pro remedio animae et Berhtae beatissimae memoriae conjugis nostre et pro dilectione Heinrici filii nostri carissimi. nec non ob interuentum fidelium nostrorum Rovtperti Babenbergensis episcopi Johannis. Spirensis episcopi. Ottonis. argentinensis episcopi Altwini. Brixinensis episcopi. Ducis. Friderici. Rabotonis. palatini comitis. aliorumque plurimorum qui interfuerunt. quendam comitatum situm in ualle Bustrissa. et duos mansos seruorum in eodem comitatu positos et in loco Rischone. sancto cassiano. et ingenuwino. patro-

Digitized by Google

patronis sanctae Brixinensis ecclesiae in proprium tradidimus cum omnibus appenditiis. hoc est. mancipiis utriusque sexus. areis. aedificiis. terris. cultis et incultis. pratis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. Siluis. uenationibus. molendinis. quesitis et inquirendis. seu cum omni utilitate que ullo modo inde prouenire poterit ad commodum Brixinensis ecclesiae. Ea uidelicet ratione ut eadem praefata brixinensis ecclesia. et episcopus eius. deinceps liberam potestatem habeant possidendi. obtinendi. precariandi. commutandi vel quicquid sibi ad utilitatem ecclesie placuerit inde faciendi. Ut autem huius traditionis auctoritas semper inuiolata permaneat hanc cartam inde conscribi. et sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Heinrici Tertii romanorum imperatoris augusti (*Monogramma*).

Humbertus cancellarius uice Rovthardi Archicancellarii recognoui.

L. S.

Data est. IIII. Non. Sept. Anno ab incarnatione domini mill. nonagessimo primo. Indictione XIIII. Anno autem domni heinrici tertii romanorum imperatoris augusti. regni quidem XXX. VII. imperii uero VIII. Actum Veronae in christi nomine feliciter amen.

a) Originale huius Diplomatis regimini caesareo austriaco extraditum est, reservata copia, unde ista desumta sunt: ex nota, de sigillo ibi facta, concludere licet, impressum illaesumque fuisse ac esse.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, annus tamen regni, si sit ordinationis, completus iam ante duos menses et 16 dies;

Digitized by Google

sin ipsius regni anticipatus integro anno, uno mense ac tribus diebus numeratur.

c) Editum in Frhrn. v. Hormayrs Beyträgen zur Geschichte Tirols. Urkundenbuch. 60. num. 28.

CCCCXXXV.

Anno 1103. 15. Julii. Leodii.

Heinricus IV. R. imperator Episcopatum Babenbergensem, a divo Heinrico II. imperatore fundatum, omnesque eius possessiones et cuiuscunque generis pertinentias confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia tercius romanorum imperator augustus. In examine dei cuncta conspicientis aequale meritum credimus fore dantis et corroborantis. Credimus etiam ad regalem nostram maiestatem pertinere totius regni curas. precipueque omnium sanctarum dei aecclesiarum commoda considerare. et omnia eisdem aduersantia sub omni festinatione abolere. ne uel graui incommoditate uilescant. uel qualibet pro nostra culpa orta occasione a pristino cultu et religione recedant. quatinus dum haec pro amore pariterque timore dei fideliter peragimus. illorum qui haec pio affectu deo contulerunt. meritis et gloriae communicemus. Proinde omnibus in Christo fidelibus scilicet tam futuris quam praesentibus notum esse uolumus. qualiter ob hanc spem. et ob memoriam aui nostri imperatoris Covnradi. et auiae nostrae Giselae imperatricis augustae. necnon patris nostri imperatoris Heinrici. et matris nostrae Agnetis imperatricis. ac memorandae coniugis nostrae imperatricis Berthae. et praecipue ob memoriam pii Heinrici imperatoris. nostri consanguinei. fun-

Digitized by Google

datoris Sanctae Babenbergensis aecclesiae. praeterea per interuentum dilectissimi filii nostri Heinrici. V. regis. consilio praecipue principum nostrorum qui interfuere. Frederici coloniensis archiepiscopi. Brunonis treuerensis archiepiscopi. Humberti premensis archiepiscopi. Oberti Leodiensis episcopi. Johannis spirensis episcopi. Burchardi monasteriensis episcopi. Vtonis Hiltinisheimensis episcopi. Heinrici Bovtdelbrunensis episcopi. Burchardi Traiectensis episcopi. Witilonis Mindensis episcopi. Mazonis virdunensis episcopi. Walcheri cameracensis episcopi. Frederici ducis Sueuiae. Heinrici ducis Lotharingiae. Magni. ducis Saxoniae. Heinrici Marchionis de Ilenburc. Vtonis Marchionis de Staden. precipue ceterorum principum. aliorumque fidelium nostrorum. qui aderant. pro amore etiam dilecti fidelisque nostri VII. eiusdem aecclesiae episcopi Otthonis. eundem locum a diuo imperatore Heinrico secundo. pro sua suorumque anima. in episcopatum diuina inspirante clementia. perfectae fidei. spei. Karitatisque deuotione. in honorem principis apostolorum Petri. et sancti Georgii Martyris sublimatum. consensu fidelium nostrorum sanccimus. et omnium contradictione remota. regalis nostrae maiestatis auctoritate corroboramus. Omnes etiam res mobiles et immobiles eiusdem sanctae dei aecclesiae. quas ipse diuus imperator pro ardore celestis patriae ibidem larga manu contulit. Ea ratione confirmamus. ut fidelis noster Ottho. VII. eiusdem loci episcopus. eiusque in perpetuum successores secura eas tranquillitate possideant. et liberam potestatem habeant res et proprietates eiusdem aecclesiae cum consensu cleri et populi ordinare. componere. commutare. et augmentare. Nostra quoque auctoritate sanccimus. vt in abbatiis. monasteriis. comitatibus. foris. mercatis. monetis. naulis. theloneis. castellis. uillis. uicis. areis. seruis. ancillis. tributariis. decimis. forestibus. siluis. uenationibvs. piscationibus. molis. molendinis. aquis. aquarumque decursibus. campis. pratis. pascuis. terris

Digitized by Google

cultis et incultis. libris. auro. argento. gemmis. uasis. ornamentis. uel aliquibus utensilibus. in cultum et religionem dei ibidem collatis. et in omnibus terminis rebusque eiusdem aecclesiae. ac quicquid ad praesens illuc pertinet. uel ex his amplificari potest. nulla sit infestatio tyrannorum. nulla potestas ibi per uiolentiam irruat. nullus ibi comes aut iudex legem facere praesumat infra urbem. praeter episcopum eiusdem loci. omnis possessio famulantium ibi deo pro emunitate habeatur. Sit ille episcopatus liber. et ab omni extranea et iniqua securus potestate. quatinus ibidem deo famulantes et primi constructoris memoriam digne celebrare. nosque fautores et corroboratores possint et vellint deo precibus suis commendare. Et ut haec nostrae auctoritatis traditio firma et inconuulsa permaneat. hoc priuilegium inde conscriptum manu propria corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii romanorum imperatoris inuictissimi (*Monogramma*) (*Signum speciale*).

L. S.

Erlongvs cancellarius uice Rothardi archicancellarii recognoui.

Datum Idvs (Idibus) Jvlii. Anno dominicae incarnationis M. C. III. Indictione XI. anno autem domni Heinrici tercii Romanorum imperatoris augusti. Ordinationis. L. Regni. XLVIII. Imperii uero XX. anno autem ordinationis filii eius Heinrici IIII. Actum Leodii feliciter in nomine domini Amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae omnes inter se concordant, ita tamen, ut annus ordinationis imperatoris uno die anticipatus; regis autem ordinationis annus numeratus sit completus ante sex menses et 8 dies.

Digitized by Google

c) Editum in Deductione Bamberg. super Fürth Cod. probat. num. 27. et ex eo ab Ussermann in Episcopat. Bamb. Cod. probat. 56. num. 55.

d) In toto contextu confirmationis de verbo ad verbum convenit cum priori privilegio Heinrici III. an. 1039. 10. Jul.

CCCCXXXVI.

Anno 1107. 3. Januar. Ratisponae.

Heinricus V. rex monasterium Usenhouen, nunc mons Scti Petri dictum, in episcopatu Frisingensi, in pago Ouscowe, in comitatu Ousen situm, a magni nominis comitibus, Ottone et Perichtoldo, fundatum confirmat, quorum petitione testamentarias eorum sanctiones, super electione abbatis et advocato, necnon specialem bonorum, ipsi monasterio a primordio eius ac deinceps donatorum, designationem suo diplomati inserit.

a) Sigillum olim impressum periit, remanentibus eius vestigiis in foramine crucis decussatae et macula cerae tam interna quam externa, quae similiter apparet in membrana superincumbente.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ex quibus annus ordinationis tribus tantum diebus anticipatus est.

c) Editum in Hund. metrop. III. Edit. Mon. 308. edit. Rat. 213. et in Mon. Boic. X. 441 sq. inter monumenta Schirensia. Cnfr. chronicon Schirense edit. priori an. 1623. pag. 68 sq. edit. alt. 1716. pag. 52 sq.

d) Instrumentum hoc simplicis notitiae ab Heinrico V. sigillatum et subscriptum, carens tamen formula, qua manus propria et impressio sigilli annuntiantur, exceptis specialibus, ad normam illius olim 1075. 9. Octob. per abbatem Hirsaugiensem Wilhelmum pro

Digitized by Google

monasterio Hirsaugiensi ab Heinrico IV. obtenti, exaratum est, observato eodem narrationis ordine et ordinationum tenore, retentis plerumque iisdem etiam verbis, quod mirum haud esse poterit, eoquod Erchanbaldus, tunc abbas Usenhovensis, discipulus erat Wilhelmi, ab Hirsaugia huc missus, et rerum in Hirsaugia gestarum, ergo etiam privilegiorum Hirsaugiensium peritissimus.

e) Ex huius notitiae instrumento sua desumsit Chunradus Schirensis in chronico et in Codice traditionum. Cnfr. Mon. Boic. X. 382. 386—390.

CCCCXXXVII.

Anno 1109. 1. August. Herpesvort.

Heinricus V. rex Berthulfi praedium Sconenberc haeredibus eius, Wichenanno et Richartae, restituit, quibus fuerat iniuste et violenter ablatum.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia quintus romanorum rex. Notum fieri uolumus omnibus christi nostrique fidelibus tam futuri temporis quam praesentis. qualiter nos causa dei et iusticiae consilio et rogatu archiepiscoporum Brvnonis treuerensis. Frederici coloniensis. et episcoporum Erlungi Werceburgensis. Brvnonis Spirensis. necnon Alberti nostri dilecti cancellarii. Comitum quoque Berengarii de Sulcebac Godefridi de Caloen aliorumque multorum nostrorum fidelium predium quod legitime Berthulfi fuit. sed iniuste et uiolenter ablatum iuste suis legitimis heredibus Wichenanno et Richart. Sorori eius reddidimus. Curtem uidelicet Sconenberc. cum omnibus ad eam pertinentibus praecipientes ut eis utantur absque molestia tam ipse quam heredes ejus dum superstites fuerint. Vt autem

Digitized by Google

hec iusticiae restitutio per nos rationabiliter et consulte facta omni euo inuiolabilis permaneat. et ab omnibus obseruetur hanc inde cartam fieri iussimus. et manu propria corroboratam impressione nostri sigilli fecimus insigniri.

Signum domni Heinrici quinti romanorum regis inuictissimi (*Monogramma*).

L. S.

Albertus cancellarius recognouit.

Data Kal. Augusti. Indictione II. Anno dominicae incarnationis Mill. C. VIIII. Regnante Heinrico quinto Rege Romanorum anno III. ordinationis eius VIIII.

Actum est Herpesuort in christo feliciter Amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Monogrammati regis deest ductus medius horizontalis complens litteras principales H et E, ab ipso rege more solito faciundus, quem ob defectum ad instrumenta incompleta hoc ipsum referri posset.

c) Ex notis chronologicis sola indictio anno Chr. notato 1109 respondet, cui favet locus Erfurt, ubi rex brevi ante expeditionem polonicam, hoc an. mense Sept. per Saxoniam factam, substitisse censendus est. Annus regni et annus ordinationis uterque integro anno et sex mensibus decurtatus est.

d) Ineditum.

e) Desumtum ex archivo Bamberg. monasterii Michelsberg, teste inscriptione externa manu saec. XV.

f) In nomine proprio *Richart* locus duorum aut trium apicum exesus est, adeo ut legi etiam possit *Ricchart*.

Digitized by Google

CCCCXXXVIII.

Anno 1111. 24. Junii. Pataviae.

Heinricus V. imperator ecclesiae Pataviensi praedium in Mardingen, in provincia Suevia, in pago Ougesgowe, ab Oudalrico eiusdem ecclesiae episcopo illuc traditum, confirmat.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. heinricus diuina fauente clementia imperator augustus cunctis Christi fidelibus imperpetuum. Religiosorum et bonorum uirorum desideriis ac petitionibus tanto faciliorem adhibere debemus assensum. quanto inde nostrum imperium confirmari ac dilatari. et in futuro a summo principe qui est rex regum et imperator imperatorum regnum nobis confidimus preparari caelorum. Notum igitur fieri uolumus omnibus nostris. immo Christi fidelibus. tam futuris quam praesentibús quod reuerendissimus ac beatus uir Ovdalricus sacrosanctae patauiensis aecclesiae episcopus praedium et hereditatem quae sibi in loco qui dicitur Mardingen in prouincia sueuia. in pago Ovgesgowe maiorum suorum successione peruenerat. super altare beati Stephani protomartyris patauiensis aecclesiae patroni cum omnibus appendiciis et pertinentiis suis. familia scilicet. aecclesiis. uillis. molendinis. agris. pratis. siluis. piscationibus. aquis. pascuis. uiis. exitibus et reditibus. cultis et incultis. quesitis et non quesitis. sicut ad eum patrum suorum hereditate descendit. ad utilitatem aecclesiae et seruitium dei prout ipse ordinauerit. pro remedio animae suae parentumque suorum. ac nostri prosperitate imperii. potestatiua manu tradidit. nostramque clementiam id suscipere atque tueri postulauit. ea uidelicet conditione. ut ministri et seruientes eius eo iure et lege qua ceteri beati Stephani ministri ac seruientes uiuunt. utantur. et

et ut nullus successorum suorum potestatem habeat id cuiquam in beneficium prestare uel concambio mutare. nisi in presentia regis uel imperatoris qui tunc regnum gubernat. Cuius petitioni tanto clementius annuimus. quanto eam dignam coram deo et hominibus perpendimus. ut qui oblationis eius tutores atque adiutores existimus. remunerationis quoque eius participes efficiamur. Vnde ut haec traditio firma rataque omni futuro tempore permaneat nostra imperiali auctoritate precipimus et confirmamus. At si aliquis inimicus dei quod absit hoc imperiale edictum temere uiolare presumpserit. iram dei nostraeque potentiae uindictam et defensionem sibi non dubitet affuturam. haec igitur omnia ut firma illibataque permaneant. kartam presentem nostrae confirmationis testem scribi iussimus. quam ut infra uidetur. manu nostra confirmatam. et sigilli nostri impressione insignitam. omnis generationis tam futurae quam presentis notitiae relinquimus.

Signum domni Heinrici romanorum imperatoris inuictissimi (*Monogramma*).

L. S.

adálbertus cancellarius recognouit.

Actum patauie anno incarnationis domini mill. C. XI. indictione IIII. VIII. Kal. Jvlii. Anno vero regni Heinrici imperatoris huius nominis quinti imperii uero primo. In nomine domini nostri Ihesu Christi. Amen.

a) Sigillum impressum illaesum ac optime expressum, cuius inscriptio: Heinricus D. G. Romanorum IIII. Imper. Aug.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ita tamen, ut annus regni numeretur completus ante sex menses.

c) Ineditum, quamvis memoratum in Hund. metrop. I. edit. Mon. 307. ed. Rat. 207. et in Hansiz German. Sacr. I. 284.

Digitized by Google

CCCCXXXIX.

Anno 1111. 25. Junii. Pataviae.

Heinricus V. imperator monasterium Scti Nicolai in suburbio Pataviae ab Altmanno olim episcopo Pataviense, adiuvente avia sua, Agnete imperatrice, fundatum, dudumque patris sui privilegio roboratum, iterum confirmat, singulos donatores singulasque possessiones nominatim exprimens.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia imperator augustus cunctis Christi fidelibus in perpetuum. Aecclesias dei ab hostium uisibilium infestatione defendere. nostrum dominus constituit imperium. ut hi qui in locis sanctis ac deo dicatis spiritualiter deo militant. quanto securius ac liberius nostra tuitione deo uacant. tanto imperium nostrum in praesenti exaltetur. et sublimius brauium perpetuae remunerationis nobis paretur in regno caelorum. siquidem in suburbio patauiensis aecclesiae. in transitu eni fluminis piae memoriae Altmannvs eiusdem aecclesiae episcopus fauente et cooperante dignae memoriae avia nostra Agnete imperatrice monasterium fundauit. et ad sanctae et indiuiduae trinitatis honorem. Andreae apostoli et Pantaeleymonis martyris et beati Nicolai pii pontificis nominibus attitulauit. Unde quia fratres praefati monasterii priuilegium patris nostri iam dudum acceperunt. primitus quoque nostri imperii idem monasterium et quae ad illud pertinent muniri deuote postulauerunt. ut praedictorum sanctorum nobis ubique non desit adiutorium. Quorum petitioni tanto clementius annuendum esse censuimus. quanto non minor nobis est potestas quam uoluntas. igitur hoc nostrae auctoritatis imperiali edicto

Digitized by Google

promulgamus. ut quicquid Altmannvs episcopus eiusdem aecclesiae fundator. seu aliquis utriusque sexus fidelis eidem aecclesiae de suo uel tradidit uel tradere uoluerit. firmum et inconuulsum et ab omni inuasione et infestatione hostili maneat securum. In primis ergo omnia quae predicta auia nostra piaeque memoriae pater meus illuc tradiderunt. nos quoque quisquis praedium teneat pro dei amore et animae nostrae remedio damus nonam nidelicet partem de ibisibvrch et Persinbiugen. quae uero sequuntur per manum aduocati sui. Reginberti praefatus tradidit episcopus. scilicet decimas de hortis. de pomeriis. de uineis. de agris quae de illo domate coluntur ad hospitale pauperum ibidem constitutum. ad usum quoque fratrum praesignatum portum fluminis eni cum omni utilitate sua. aecclesiam S. Mariae magdalenae dimidio manso dotatam. in suburbio uero ciuitatis. XI. domata. et quicquid iuris est a danubio usque ad enum preter duo iugera. insuper duas stabularias curtes. semftlingen et niuwenhouen. cum omnibus pertinentiis suis. ad tantobil dimidium mansum. ad holzheim. IIII. hovbas. ad Hegibach unam. ad probestesriut unam unsa tornata soluentem. unam houesacham ad Windeberc. I. houbam ad steinueld. I. ad sunnenbach. I. ad binezheim. unam houesacham in loco qui dicitur alburch. et duas partes decimationis eiusdem aecclesiae cum una houba. ipsam uero aecclesiam Oudalricus patauiensis episcopus pro concambio sagenae quae est in loco qui dicitur mathse illuc tradidit. dedit etiam praedictus episcopus Altmannvs. III. houbas ad ahefeckingen soluentes ferrum. unum molendinum ad ufhusen. ad rongenisdorf. I. curtim. ad ebechendorf unam cum houbis illuc pertinentibus. I. ad bazrichesdorf. I. enzenwis cum genezeo et molendino. siluis. pratis. piscationibus. et omni utilitate sua. I. houesacham ad wachenwis. I. cholenbrunnen cum omnibus ad eas pertinentibus. I. houesacham gerichwis cum I. houba. tres carradas ceruisae de bonis episcopi in eadem villa. ouwenchirchen cum decimatione et una houba.

Digitized by Google

altheim cum sua utilitate. aecclesiam quae dicitur eitenbach cum seruicio quod episcopo soluebat. dimidiam houbam ad filschouen. II. ad choufaren. III. ad percheim. I, ad huchinchouen. I. ad haberhesbach. I. ad Walda. unam decimationem in parrochia houtaren. I. ad Chelchberc. I. ad iersheim. duas partes decimationis aecclesiae quae dicitur heimingen cum uno manso. II. partes decimationis noualium siluae quae dicitur hohenhart. tam cultorum quam colendorum in illis aecclesiis quorum (quarum) termini in eandem siluam ex utraque parte porriguntur. quarum nomina sunt. uechelsdorfh. cberiswanc. sciltarin. aspach. habbingen. quas partim a (ab) heremanno babinbergensi episcopo iure sinodali cum decimatione aliarum. XII. houbarum optinuit. partim ut in proprio episcopatu nemine contradicente dedit. Donauit etiam aecclesiam quae dicitur Griezchirche cum. I. decima. ad allenchouen. I. houbam cum decima. I. houesacham ad eusta. cum. IIII. mansis. dimidium mansum ad prouli ad usum apum. dimidium ad tounheim. I. decimationem ad routprehtishouen. I. houbam ad chaltenbach. in oriente. I. decimationem ad rusta. I. ad Zountes. I. ad hohenwarte. in rure quod dicitur biuga. II. partes decimationis. ad mutarin. I. houbam. ad widach. I. dedit etiam. III. sagenas. I. sebach. I. patauie. I. mathse. in loco qui dicitur hal. I. sartaginem cum suo iure. ad sebach. III. uineas. ad aschaha. II. ad sibbach. I. ad liumendingen. II. ad sconenbuhel. II. ad liuben. I. ad Wachouwa. IIII. ad mutarin. I. ad huntisheim. I. ad luminaria aecclesiae dedit capellam S. Mariae in ciuitate lauriacensi. ad eadem etiam luminaria dedit Perinhardus de sconheringen quandam partem de censu nauium patauiae. Pro uestitu autem ordinauit. XX. IIII. libras. X. de nauibus patauiae. VI. de goldare werde. IIII. de efridingen. III. de censu mathse. I. de hufhusen. sunt etiam quaedam quae alii fideles pro remedio animarum suarum praefatae tradiderunt aecclesiae. Quidam nobilis homo nomine hezil tradidit peringen et richeresdorf cum. I. molendino. Quaedam matrona nomine Azala. I.

Digitized by Google

houbam ad bouch. Dominus Adalram petente Ascwino. I. houesacham ad walgisingen. quidam sacerdos nomine Raffolt praedia quae habuit in duobus locis. sunnenbach et purchardingen cum familia. Theodoricus aduocatus unum praedium. Ermenrich. I. praedium cum molendino ad breitenbrunnen. comes Gebehardus scalcheim cum pertinenciis suis. Gebehardus cognomento longus. I. praedium ad bochingen. Megingoz sacerdos. I. praedium ad sunemanningen. Adalram de aschaha. I. praedium ad wrgeldorf. quidam nobilis homo nomine Meginhart pollenheim. smidingen cum aliis praediis suis. quorum quaedam pro aliis utilioribus commutata sunt. quidam Gerhoch. I. praedium ad chrebesbach. quidam sacerdos nomine Ekkerich. I. praedium ad hartheim. cum duabus uineis. secundum ad boufingen. tercium ad rute. Quaedam matrona nomine Rihinza dedit. II. uineas ad imizinesdorf et dimidium mansum ad ruste. quam traditionem postea nepos eius Ratpoto firmauit. quaedam matrona nomine Adalhait de tanna. peneuentinriut cum familia et omni utilitate sua. Quidam alwinus de steine. I. praedium ad hefte. Unde ut haec traditio firma rataque omni futuro tempore permaneat. nostra imperiali auctoritate praecipimus et confirmamus. At si aliquis inimicus dei quod absit hoc imperiale edictum temere uiolare praesumpserit. iram dei nostraeque potentiae uindictam et indignationem sibi non dubitet affuturam. Haec igitur omnia ut firma illibataque permaneant. kartam praesentem nostrae confirmationis testem scribi iussimus. quam ut infra uidetur manu nostra confirmatam et sigilli nostri impressione insignitam omnis generationis tam futurae quam praesentis noticiae relinquimus.

Signum domni Heinrici quarti romanorum imperatoris invictissimi (*Monogramma*).

L. S.

Albertus cancellarius recognouit.

Digitized by Google

Actum patauiae anno incarnationis dominicae. M. C. XI. indictione. IIII. VII. kal. ivlii. anno. V. regni Heinrici. imperatoris huius nominis quinti. imperii uero primo. in nomine domini. Amen.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum, cuius inscriptio: Heinricus D. G. Romanorum IIII. Imper. A.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ita tamen, ut annus regni numeretur completus ante sex menses.

c) Editum in Hund. metr. II. Edit. Mon. 548. edit. Bat. 378. et in Mon. Boic. IV. 306 sq.; quam editionem repetere placuit propter vitia multa in nominibus locorum ibi occurrentia, cum pleraque non iuxta antiquum, sed recentiorem illa pronunciandi ac scribendi modum sint exhibita.

d) Prima confirmatio Heinrici IV., hic memorata, concessa est 1074. 25. Maii.

CCCCXXXX.

Anno 1112. 27. April. Monasterii.

Heinricus V. R. imperator Ottoni Babenbergensi episcopo eiusque ecclesiae castrum Albewinistein et villam subtus illud, in pago Nortgowe, in comitatu Ottonis, solenniter tradit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia quartus romanorum imperator augustus et quintus rex. Nouerit omnium sanctae dei aecclesiae fidelium nostrorum uniuersitas. presentium scilicet ac futurorum. quod pro remedio animae patris nostri beatae memoriae Heinrici tercii romanorum imperatoris augusti ac

Digitized by Google

pro salute nostra. necnon ob fidele seruitium Ottonis Babinbergensis episcopi. ob interuentum quoque principum nostrorum. uidelicet Adilberti Maguntiensis. Brunonis treuerensis. Friderici coloniensis archiepiscoporum. Burchardi traiectensis. Burchardi Monasteriensis. Godescalci Mindensis. Godescalci Osenburgensis. Mazonis virdensis. Erlungi Wirceburgensis. Vodalrici constantiensis episcoporum. Friderici ducis de sueuia. Hermanni marchionis de Baduon. Hermanni comitis de Winzenburg. Beringeri comitis de Sulzbach. Godefridi comitis de Kalewa. Friderici comitis de arnisberg. et aliorum nostrorum fidelium castrum quod Albewinistein dicitur. et uillam subtus sitam. in pago Nortgowe. in comitatu Ottonis. Scto Petro apostolorum principi. et Scto Georgio martyri inclito. sanctae Babinbergensis aecclesiae patronis. per manum Richwini nostri aduocati de Lindaha. in manum Engilhardi liberi hominis de Lvdunbach. praedictae aecclesiae tradendum. sine omnium contradictione. tradidimus. stabiliuimus. et corroborauimus. Eo siquidem tenore. ut tam ipse praedictae aecclesiae episcopus Otto. quam successores ejus. liberam potestatem habeant. commutandi. precariandi. uel quicquid eis libitum fuerit inde faciendi. pro utilitate tamen eiusdem aecclesiae. Dedimus autem ut mos est dare regibus. uel imperatoribus. cum omni iusticia ad id pertinente. hoc est utriusque sexus mancipiis. aecclesiis. edificiis. areis. exitibus et reditibus. agris cultis et incultis. quesitis et inquirendis. pratis pascuis. uiis et inuiis. aquis aquarumque decursibus. molis molendinis. siluis uenationibus. ac cum omni utilitate quae ullo modo inde prouenire poterit. Vt autem haec nostra imperialis traditio. firma et inuiolabilis omni euo permaneat. hanc cartam inde conscriptam. propriaque manu corroborantes nostri sigilli impressione. ut inferius apparet insigniri iussimus. Hi sunt testes qui per aurem Bauuarico more tracti uiderunt et audierunt. Otto comes Baddisponae. Herimannus comes. Friderich de Amertal. Friderich de Bettendorph. Wol-

Digitized by Google

ker de Vlinspach. Gerhart de Aschaha. Merebodo. Gebehart. Wirnt. Marchwart. Ebbo. Ebbo. hi omnes de Ebermuondesdorph. Hartnit de tvrin. Marchwart. Cvonrad. de pilwisa. Marchwart de Gumpenhoven. Adilbero de Cholenbach. Adilbero de Sahsendorph. Hartnit de Chaldorph.

Signum domni Heinrici quarti romanorum imperatoris (*Monogramma*) inuictissimi (*Signum speciale*).

L. S.

Adelbertus archicancellarius et archiepiscopus recognovi.

Data V. Kal. Mai. Anno dominicae incarnationis millesimo C. XII. Anno XIII. ordinationis domni Heinrici quinti regis romanorum inuictissimi. Regni autem eius VI. Imperii uero eius II. Indict. V. eodem anno. Actum est monasterii in nomine domini Amen.

a) Sigillum impressum, illaesum et optime expressum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, sic tamen, ut uterque annus ordinationis et regni, numeretur completus ante tres menses et 20 usque 26 dies.

c) Editum in Schultes hiſtor. Schriften I. 32.

d) Aliud exemplar in aliquibus ab hoc differens habetur in cod. cop. antiq. f. 92. b., ubi etiam hoc fol. 87. descriptum invenitur.

CCCCXXXXI.

Digitized by Google

CCCCXXXXI.

Anno 1114. 14. April. Wormatiae.

Heinricus V. R. imperator, ad quem allodia Ovlrici bonae memoriae de Winmar devenerunt, traditionem eiusdem Ovlrici suo proprio privilegio confirmat, qua ecclesiae Maguntinae nominati quidam homines solenniter tradebantur.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Quartus Romanorum Imperator augustus. Omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus notum fieri uolumus qualiter nos ego uidelicet HEINRICVS quartus Romanorum imperator Augustus. interuentu et iusta petitione fidelium et principum nostrorum BVRCHARDI monasteriensis episcopi. OTTONIS Bauembergensis episcopi. REINARDI Halberstatensis episcopi. ADALBERONIS metensis episcopi. HERIMANNI etiam marchionis GODEFRIDI palatini còmitis. ALBERTI comitis. BERENGARII comitis de Sulcebac traditionem quam OVLRICVS bonae memoriae de Winmar aecclesiae maguntinae per manum HERVINI comitis de turingia fecit. Dietmarum uidelicet quendam et filium suum etiam Dietmarum nominatum et TIMONEM nepotem illius. et BERTAM etiam filiam supradicti Tietmari cum filiis et filiabus suis supradictae aecclesiae perpetuo iure habendos tradidit nos quoque ad quos allodia supradicti OVLRICI communi iudicio principum nostrorum deuenerunt eandem traditionem laudamus et proprio priuilegio confirmamus. Hac uidelicet conditione ut nulla deinceps persona magna siue

Digitized by Google

parua supradictos homines molestare uel inquietare audeat. Si uero forte quod absit aliquis huius nostrae concessionis paginam uiolare praesumpserit. centum libras auri componat medietatem camerae nostrae medietatem supradictis hominibus. Vt autem hoc uerum esse credatur et ab omnibus inuiolabiliter conseruetur. hanc cartam inde conscriptam et manu propria corroboratam impressione nostri sigilli insigniri iussimus. Hoc etiam omnes scire uolumus quod supradicti homines cum eadem iusticia quam illi qui theuthonice Dienestman uocantur supradictae ecclesiae dati sunt.

Signum domni Heinrici Quarti Romanorum Imperatoris (*Monogramma*) invictissimi.

L. S.

Bruno cancellarius recognovit.

Data XVIII. Kal. Maii. Indict. VII. Anno dominicae incarnat. Millesimo C. XIIII. Regnante HEINRICO Quinto rege Romanorum anno. VIIII. Imperante IIII. Actum est Warmaciae in Christo feliciter AMEN.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum, cera tamen exteriore iamiam fracta.

b) Notae chronologicae inter se conveniant.

c) Ineditum.

Digitized by Google

CCCCXXXXII.

Anno 1115 potius, quam 1116. 1. Novembr. Rudesheim.

Heinricus V. R. imperator Ottoni de Witilinesbac, fideli suo, allodium Wilenbac, situm in comitatu Ottonis de Horeburc, donat.

a) Sigillum impressum periit, remanente foramine et circa illa macula cerae magna, sigillo maiestatis congrua, quae etiam in membrana superincumbente apparet. Posteriori aetate modo ineptissimo adglutinatum est, utique ab Ensdorfensibus abbatibus et archivariis, aliud sigillum, quod adhuc anno Chr. 1803. chartae adhaesit, nunc autem abstractum et separatim adiectum inventum est. Quod cum sit equestre sigillum, cuius inscriptionis primum vocabulum: *Fridericus* et extremi apices: *sis*, adhuc legi possint, adeoque ad alterutrum instrumentorum pertineat, nimirum Helicae Palatinae anno 1166, super Tanhausen Mon. Boic. XXIV. 34. num. 10, aut super Haselach et Windpossing ibid. 37. num. 13, quibus utrisque abstractum est sigillum Friderici Palatini comitis, illis potius adiiciendum placuit, ne pereat sigillum suo modo inter domestica Wittelspacensia antiquissimum.

Post vocabulum: Data, in instrumento omni aevo spatium vacuum pro inscribendo numero quoto Kalendarum inveniebatur, nunc autem nec ipsum vocabulum Kal. legi potest, remanentibus illius loco quatuor tantum punctis : : originale atramentum exhibentibus. Pari modo numerus ultimus anni incarn. VI. atramentum quidem, ast non crassitudinem antiquissimae scripturae repraesentat. Nichilominus, cum omnes editiones inferius annotandae eodem modo hunc numerum legant, forma illa quodammodo abnormis instrumento originali iam propria esse potuit. Dato, quod verissimum videtur, ipsas Kalendas Novemb. sive primam Novembris esse diem exarati instrumenti, unde quotus Kalendarum ceu inutilis

Digitized by Google

omittebatur, superest annotare, quod indictio ordinaria respondeat anno notato Chr. 1116, quae, cum caesarea quoque esse possit, iam mense Sept. ac Octob. incepta, anno magis praecedenti 1115 conveniet, cui favet locus Rudesheim haud procul infra Moguntiam situs, sex tantummodo horis distans et generalis conventus in primam Novemb. an. 1115 Moguntiae destinatus, teste annal. Saxone ad h. a. Cnfr. Stenzels Geſch. D. II. 325. Quomodocunque autem res se habeat, imperator a fine Febr. an. 1116 usque ad finem Augusti 1118 continuis duobus annis et sex mensibus extra Germaniam in Italia detinebatur.

c) Editum in Meilleri Mirac. mundi, sive Annal. Ensdorf. 275. in Ried Cod. dipl. Rat. num. 187. in Mon. Boic. XXIV. 9. num. 1.

d) Desumtum ex Archivo monasterii Ensdorf.

CCCCXXXXIII.

Anno 1116. 14. Februar. Augustae.

Heinricus V. R. imperator Herimanno Augustensi episcopo, eiusque ecclesiae abbatiam Buron (Benedictbeurn) libere tradit, sicut usque huc eam ipse imperator in sua tenuit potestate.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia quartus romanorum imperator augustus. Omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus notum fieri uolumus qualiter nos pro fideli seruicio Herimani Augustensis episcopi quod nobis fecit. et pro fidelitate etiam quam patri nostro dum uixit seruauit. et nobis semper seruare intendit. abbatiam quandam nomine BVRON. ita libere sicut usque huc in nostra potestate eam tenuimus. ad altare Sanctae Mariae in augusta ciuitate donauimus. ea uidelicet conditione. ut deinceps idem prefatus episco-

Digitized by Google

pus eiusque successores eam ad suos usus habeant. cum omnibus appendiciis suis uidelicet aduocatione. uillis. mancipiis. pratis pascuis. siluis. uenationibus. aquis aquarumque decursibus. molis. molendinis. uiis et inuiis exitibus et reditibus cum omni utilitate quae inde ulterius exire potest. Precipimus itaque ut nulla persona magna siue parua. praedictum episcopum suosque successores de predictis bonis audeat inquietare molestare uel disuestire. Siquis uero huius nostri decreti quod absit. aliquo temerario ausu contraire temptauerit. auri libras centum componat. medietatem camerae nostrae medietatem supradicto episcopo suisque successoribus. Et ut hoc ab omnibus uerum esse credatur. et omni euo inuiolatum permaneat. Hanc cartam inde conscriptam et manu propria corroboratam impressione nostri sigilli insigniri iussimus. Hec enim traditio facta est. praesentibus episcopis. Bvrchardo monasteriensi episcopo. Ovdelrico eistetensi episcopo. Mazoni verdensi episcopo. necnon duce Welfone Tietbaldo marchione Heinrico comite Godefrido palatino comite. et aduocato supradictae aecclesiae Warnehario.

Signum domni Heinrici quarti Romanorum (*Monogramma*) imperatoris inuictissimi.

L. S.

Bruno cancellarius recognouit.

Data XVI. kalendas Mart. Indictione VIIII. Anno dominicae incarnationis mill. C. XVI. Regnante Heinrico quinto rege Romanorum anno X. Imperante. V. Actum est Augustae in Christo feliciter Amen.

a) Sigillum impressum periit, remanente circa foramen macula cerae congrua, quae etiam apparet in membrana superincumbente.

Digitized by Google

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, annus tantum regni numeratur completus ante unum mensem et 13 dies.

c) Ineditum, memoratum autem et germanice extractum novissime a Braun in der Geſchichte der Biſchöfe von Augsburg II. 61, antiquissime in monumentis Benedictoburanis M. B. VII. 34 sq. 93 sq.

d) Desumtum ex Archivo episcopali Augustano.

CCCCXXXXIV.

Anno 1120. 1. Maii. Wirceburch.

Heinricus V. R. imperator Erlungo Wirceburgensi episcopo eiusque ecclesiae judiciariam potestatem in tota orientali Francia, suis temporibus inde alienatam, denuo restituit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia quartus romanorum imperator augustus. Siquid locis diuino cultui mancipatis. nostrae largitatis stabilimus munificentia. diuinae pietatis nos inde credimus. et minime ambigimus remunerandos magnificentia. Sic enim predecessorum nostrorum regum vel imperatorum meritis nos assotiamus. si ea quae pro eternae uitae remuneratione ipsi. locis deo dicatis contulerunt. nostrae auctoritatis consensv stabilimus et corroboramus. vnde omnium praesens et futura cognoscat industria. qualiter dignitas iudiciaria in tota orientali francia. a predecessoribus nostris regibus vel imperatoribus. ad domum in honore Scti saluatoris. et sctae Dei genitricis Mariae. sctique Kiliani. martyris Christi. in urbe Wirciburch. dono tradita. nostris temporibus inde est alienata. Erlungus autem Wirceburgensis aecclesiae presul. per interuentum coniugis nostrae Mathildis. et Herimanni augusten-

Digitized by Google

sis episcopi. et Ovdalrici eistetensis episcopi. et Erlolfi vuldensis abbatis. et Gerhardi Merseburgensis episcopi. et Godefridi comitis Palatini. et Beringarii comitis. aliorumque fidelium nostrorum suppliciter adiit maiestatem nostram. cum uniuerso cleri. militiae. plebis. eiusdem loci conuentv rogans. ut honorem praefatae dignitatis regali munificentia. et nostrae auctoritatis clementia. ecclesiae memoratae tam pro obsequio suae fidelitatis. quam pro remuneratione diuinae pietatis. restitueremus. Cuius quidem peticioni primum pro amore Christi. et sanctae Dei genitricis. et pretiosi martyris Kiliani. deinde pro nostrae salutis prouectv satisfacientes. per hoc imperialis magnificentiae insigne restituimus. confirmamus. et ualidissime corroboramus. ad domum prefatam Scti Salvatoris. et pretiosi martyris Kiliani. predictam dignitatem. cum omni potestate non imminuens terminos. a predecessoribus nostris ei prefinitos. et huius nostrae concessionis imperiali auctoritate prefinimus. ut sine omnium contradictione maiorum siue minorum. regum vel principum. in iure dictae aecclesiae perpetuo permaneat. et solus predictus episcopus. et sui successores. hanc iudiciariam potestatem potestatiue iuxta antecessorum nostrorum tradicionem exercendi potestatem habeat (habeant). Ut autem haec nostrae auctoritatis restitutio. et super hac re facta confirmatio. a cunctis inuiolabilis ultra permaneat. hanc nostrae donationis praeceptionem inde conscriptam. sigillo nostro signari iussimus. manuque propria ut infra uidetur. subscripsimus.

Signum Heinrici quarti romanorum imperatoris (*Monogramma*) inuictissimi.

L. S.

Bruno cancellarius recognoui. uice archicancellarii.

Digitized by Google

Data Wirceburch anno dominicae incarnationis M. C. XX. Indict. XII. In festo Philippi. et iacobi. in aecclesia S. Kiliani. feliciter Amen.

a) Sigillum impressum fractum in duas partes, fragmentum maius chartae adhaeret, aliud minus avulsum, separatim adiectum et ope fili illi adglutinatum est; duo fragmenta simul integram figuram imperatoris cum tota fere inscriptione exhibent.

b) Indictio erronea est posita loco XIII, aliae notae chronologicae non sunt expressae, ex quo Mascovius in Imp. Heinrico V. 206. ad an. 1121. circa festum Michaelis hoc factum reiicit, utrum iure, alii diiudicent. Cnfr. Stenzels Geſchichte D. II. 333.

c) Editum in Leuckfeld. antiq. Poeldens. 253. in Lünig part. speciali continuat. I. Fortſetzung III. 325. et in Schmidt Juris franc. Tom. I. 39.

CCCCXXXXV.

Anno 1121. 25. Martii. Ratisponae.

Heinricus V. R. imperator Ottoni Babenbergensi episcopo eiusque ecclesiae abbatiam Vicinpovrch, iuxta fluvium Unstrout sitam, tradit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia quartus romanorum imperator augustus. Si ecclesias deo dicatas. amplificare et sublimare intendimus. antecessorum nostrorum regum ac imperatorum morem exequimur. et tranquilliori statu cursum presentis uitae peragere poterimus. Omnibus igitur christi nostrique fidelibus tam praesentibus quam futuris notum esse uolumus. qualiter nos pro remedio animae nostrae. et beatae memoriae patris nostri. et pro fideli seruitio Ottonis sanctae Babenbergensis aec-

Digitized by Google

aecclesiae episcopi. abbatiam nomine Vicinpovrch. iuxta fluuium Unstrovt sitam. ad altare sancti Petri Babenbergensis aecclesiae regia liberalitate contradidimus. Hoc autem fecimus cum omnibus mobilibus et immobilibus. ad praedictum locum pertinentibus. seruis et ancillis. areis. aedificiis. terris. cultis. et incultis. pratis. pascuis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumue decursibus. molendinis. uiis. et inuiis. exitibus. et reditibus. quesitis. et acquirendis. Huic autem nostrae traditioni hos adhibuimus testes. Heinricum ducem Bauuariorum. Lovipoldum marchionem. Deibaldum marchionem. Engilbertum marchionem. Beringarium comitem. Adalbertum comitem. Ottonem Ratisponensem comitem. Ottonem palatinum comitem. Fridiricum aduocatum. Et ut hec traditio nostra stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc inde praecepti nostri paginam scribi. et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum Heinrici quarti romanorum imperatoris (*Monogramma*) inuictissimi.

L. S.

Brovno cancellarius recognoui. uice archicancellarii. Adalberti.

Data Ratispone. M. C. XXI. Dominicae incarnationis Anno. Indictione XIII. Octaua Kal. Aprilis. In annuntiatione Dominica.

a) Sigillum impressum illaesum et bene expressum.

b) Indictio erronea est posita loco currentis XIV^tae^; aliae autem notae chronologicae non sunt expressae.

c) Editum in Schultes histor. Schriften II. 351.

d) Desumtum ex Archivo Bamb.

e) De Vizinburch postea dicto Reginsdorf, cnfr. Diploma Ottonis III. 991. 19. Januar.

Digitized by Google

CCCCXXXXVI.

Anno 1122. circ. 13. April. Wirceburch.

Heinricus V. R. imperator ecclesiae Babenbergensi praedium Crana delegat, quod prius Oudalricus de Maerheren patri ipsius Heinrico IV. R. imperatori tradidit, deinde autem ipse Heinricus V., iure haereditario sibi collatum, eidem ecclesiae donavit.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator quartus (Augustus). Notum sit omnibus fidelibus nostris. presentibus. scilicet et futuris. quod quidam nomine. Ovdalricus. uir nobilis. de maerheren. tradidit predium suum. nomine. crana. patri nostro beatae memoriae. H(einrico) romanorum imperatori. III. quod et nobis hereditario iure collatum. super altare. S. Georii in babenbergensi aecclesia per interuentum. Mathildis dilectae coniugis nostrae aliorumque principum nostrorum tradidimus. Ottonis uidelicet eiusdem aecclesiae episcopi. Hartberti. brandeburgensis episcopi. Beringeri comitis. Ottonis palatini comitis. Per hoc autem legale preceptum perenni iure in proprium delegauimus. cum omnibus eiusdem predii pertinentibus. in quibuscumque uillis. uel pagis. siue comitatibus. id est mobilibus uel immobilibus. seruis. ancillis. areis. edificiis. agris. terris. cultis et incultis. pratis. pascuis. siluis. uenationibus. aquis. aquarum decursibus. piscationibus. molendinis. uiis. et inuiis. exitibus. et reditibus. quesitis. et inquirendis. ac caeteris que quolibet modo uocari possunt appendiciis. et utensilibus. Eo tenore quatinus prefatus uenerabilis episcopus. omnesque sui successores. idem predium in perpetuum. potestatiue possideant. teneant. et quicquid eis placuerit. ad utilita-

Digitized by

tem suae aecclesiae inde faciant. nostra nostrorumque successorum. et omnium mortalium contradictione. in perpetuum longe remota. Et ut hec nostrae traditionis auctoritas. stabilis. et inconuulsa permaneat. hanc precepti paginam inde conscriptam. manu propria roborantes. sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) imperatoris inuictissimi.

L. S.

Bruno. cancellarius. uice adalberti. archicancellarii recogn.

Anno dom. incarnat. M. C. XXII. Indictione XV. Anno vero domni Heinrici imperatoris XI. Actum Wirceburch.

a) Sigillum impressum illaesum, excepta modica extremae orae parte avulsa.

b) Signum imperatoris speciale a tergo chartae positum est, manu et atramento, quibus ipsum instrumentum est exaratum, cum illi in facie interiori non remaneret spatium congruum.

c) Indictio XV. toti anno Chr. 1122, annus autem XI^mus imperii nonnisi primis illius anni mensibus usque ad primum diem Aprilis inclusive convenit, in quibus saltem semel imperator Wirceburgi moratus esse videtur in causa electionis novi episcopi Wirceburgensis in locum nuperrime 28. Decemb. 1121 defuncti episcopi Erlungi. Conventus generalis ibi ad 29. Junii indictus ob absentiam imperatoris haberi non potuit. Cnfr. Stenzels Geſchichte D. II. 335. qui post 13. Aprilis datum esse censet.

d) Editum in Schultes hiſtor. Schriften II. 351.

Digitized by Google

CCCCXXXXVII.

Anno 1123. 25. Martii. Spirae.

Heinricus V. R. imperator, qui ministeriali suo Eberaddo sive Ebehardo eiusque contectali Adelheidi siluam quandam, ad regiam suam curtem Wisibad pertinentem, donavit, nunc in expeditione Wesfaliae eidem Ebehardo ipsum allodium in proprium concedit, quia parem eum eiusdem praedii esse cognovit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia. quartus romanorum imperator augustus. Si fidelium nostrorum dignis peticionibus benigne acquieuerimus. Si beneficiis et praediis eos sublimauerimus. antecessorum nostrorum regum siue imperatorum exempla tenemus. et eorum successores nobis beniuolentiores. et deuotiores habebimus. idque ad honorem atque utilitatem nostri regnique prouenire non dubitamus. Omnium igitur tam praesentium quam futurorum Christi fidelivm sollers nouerit industria. qualiter nos fideli nostro et ministeriali Eberaddo. eiusque contectali Adelheidi. illorumque successoribus. quoddam iure imperij nostrae proprietatis praedium. siluam scilicet quandam ad regiam nostram curtim wisibad uocatam. libere et absolute pertinentem. benigno donauimus animo. Et ut plenius nostrae beniuolentiae piam ac deuotam cognosceret affectionem. idem allodium cum omni utilitate. quae uel in praesenti. vel in futuro inde prouenire potest. agris videlicet. terris. cultis. et incultis. pratis pascuis. siue compascuis. aquis. aquarumue decursibus. piscationibus. molis. molendinis. uiis. et inuiis. exitibus. et reditibus quesitis. et inquirendis. in proprium eidem Ebehardo in expedicione Wesfaliae. concessimus. Hoc

Digitized by Google

autem sine diminutione regni fecimus. quia parem eum eiusdem praedij esse cognouimus. Ut autem huius nostre concessionis auctoritas. stabilis et inconuulsa permaneat. hanc inde cartham manu propria corroboratam scribi. et sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Siquis autem quod absit hoc praeceptum nostrum temere neglexerit. auri purissimi. c. libras persoluat scriniis Imperatoris. Huic concessioni praesentes affuerunt. Bruno Spirensis episcopus. Cuonradus curiensis episcopus. Gebehardus herbibolensis episcopus. Heinricus dux bauuariorum. Godefridus palatinus comes. Abbas Vuldensis ovdalricus. Bertolfus comes de lindenfels. eius nepos Conradus. Ovdalricus de hurningen. Cuono. Conradus de walrestein. Robertus de vrsin. Codefridus de Norinberch. Hartmannus comes de Tilingen. Humbertus de linceburch. Alij quoque fideles nostri. Folcmarus. Eberardus. Burchardus. Conradus. Heinricus. Wernherus. Heinricus de Nichastel. Egeno camerarius.

Signum heinrici quarti Romanorum Imperatoris (*Monogramma*) Inuictissimi.

L. S.

Philippus cancellarius recognoui. uice Adelberti moguntini archicancellarij.

Data Spirae. Anno dominicae Incarnationis. M. C. XX. III. Indictione XIII. VIII. kalendas Aprilis.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio notata multum aberrat ab an. Chr. notato 1123, quo currit indictio I. Aliae autem notae chronologicae non sunt expressae. Expeditio tamen Wesfaliae (potius in flandriam) et abbas fuldensis Udalricus, non ante festum Martini 1122 investitus ab imperatore, persuadent, diploma ab an. 1123 removeri non posse.

Digitized by Google

c) Editum in de Gudenus sylloge 564. in eius cod. dipl. IV. 864. et in Johannis Tabularum vet. spicilegio I. 443.

d) Desumtum ex Archivo Aschaffenburgensi.

CCCCXXXXVIII.

Anno 1124. 25. April. Bauenberch.

Heinricus V. R. imperator simplicem chartam notitiae, qua fundatores monasterii Enzistorf (Ensdorf), Otto Babenbergensis episcopus, et Otto palatinus comes, certas leges super electione abbatis et super iure advocati sanciunt, impressione imperialis sigilli confirmat.

a) Sigilli impressi, sed fracti, non remansit nisi massa cerae, fere totius externae, cum tertia circiter parte illius internae, et cum macula sigillo maiestatis congrua. In hisce tamen sigilli reliquiis nullum vestigium imaginis imperatoris, nullus apex inscriptionis modo apparet. Utrum reipsa sigillum unquam impressum fuerit, an postea studio vel casu deperditum, dubitare licet, certi quid statui nequit; praesertim cum reliqua authentici instrumenti signa non desint.

Nam 1mo huic convenit locus et tempus, curia solemnis in Babenberch ad Non. Maii i. e. 7. Maii indicta, sed magna Ottonis episcopi ante finem eius Poloniam properantis liberalitate praeventa, testibus Annalista Saxone h. a. et coaevo vitae huius Scti episcopi scriptore.

2do Utut charta ipsa usque ad vocabulum: Indict. sit tantum instrumentum notitiae privatae, caetera tamen alia manu, utique cuiusdam scriptoris in cancellaria imperatoris, sunt exarata, quorsum pertinent locus mensis et dies, intimatio signi imperatoris et ipsum eius Monogramma perfectum, cancellarius denique et archicancellarius saepius alias obvii.

Digitized by Google

3tio Erronea indictio XIIIma ab ipsa cancellaria imperatoris processit, nam antea legebatur vera indictio II. scripta manu, quae chartam ab initio usque ad locum iam indicatum exaravit. Hunc autem errorem in indictione commissum in alia quoque charta certe authentica an. 1123. 25. Mart. deprehendimus.

Exinde concludendum erit, hoc instrumentum, a forma reliquorum diplomatum in suo contextu recedens, ad classem pertinere instrumentorum notitiarum minus solemnium, haud dubie pro petitione partium, ut parceretur sumptibus.

b) Indictionem erroneam mox notavimus, positam loco tunc currentis II. Annus regni et imperii non est expressus.

c) Editum in Meilleri miraculo mundi sive annalibus Ensdorf. 255, sed loco quodam omisso; in Ried Cod. dipl. Rat. I. 182. num. 194. et in Mon. Boic. XXIV. 14. num. 5.

CCCCXXXXIX.

Anno 1124. 25. April. Bauenberc.

Heinricus V. R. imperator monasterium Skiren (Scheurn), antea in Usenhoven a magni nominis comitibus, Berhtoldo et Ottone, fundatum, transacto autem tempore a nepotibus eorundem virorum, quorum septem nominantur, illuc translatum, confirmat, eorum petitione omnimodam libertatem eidem coenobio donans, sanctionesque super electione abbatis et super advocato huic diplomati inserens.

a) Sigilli impressi, sed deperditi, sola remansit macula circa foramen, sigillo majestatis utcunque congrua, quae infima tamen extremitate sua ultra chartam prominere olim debuit, ut spatium iustum expleret, nisi dicere malimus, extremam quandam chartae partem

Digitized by Google

olim deperdito sigillo fuisse resecatam cum subscriptione cancellarii et archicancellarii, qui modo non leguntur annotati. Verba, quae in edit. Mon. Boic. X. p. 451. lineis 4. 5. et 6. leguntur: nisi dominus-usque habeant, alia manu, coaeva tamen, alioque atramento inscripta sunt. Similiter tertia manu, scriptoris nimirum in cancellaria imperatoris, exarata sunt, quae post vocabulum: Indict. sequuntur, cum ipso Monogrammate imperatoris completo.

b) Erronea indictio XIII. ab ipsa hac cancellaria imperatoris processit, nam prima manus, quae chartam ab initio usque ad locum iam indicatum exaravit, veram indictionem II^dam^ notavit, quod cuique ipsum originale inspicienti manifestum fiet.

c) Editum in Hund. metrop. III. Edit. Mon. 312. edit. Rat. 215 et in Mon. Boic. X. 449. Confr. diploma eiusd. Imp. adhuc regis 1107. 3. Jan.

CCCCL.

Anno 1125. 27. Novembr. Ratisponae.

Lotharius III. rex Herimanno Augustensi episcopo, donationem abbatiae Burrae (Benedictbeuern), ab Heinrico V. imperatore factam, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Ego lotharius diuina fauente gratia romanorum rex. Omne quod scribitur testamentum. gestarum rerum continet fidem. noticiam. memoriam. et firmamentum. Notum itaque esse uolumus omnibus Christi fidelibus. tam futuris quam praesentibus. qualiter antecessor noster Heinricus gloriosus imperator. abbatiam burram quae publici iuris erat. petitione uenerabilis augustensis aecclesiae episcopi herimanni. eidem tradiderit aecclesiae perpetuo iure possidendam. ea uidelicet ratione. ut quicquid sub-

Digitized by Google

subiectionis uel obsequii hactenus regio iuri debebat. amodo et in perpetuum praefatae aecclesiae persoluat. Nos ergo eius fidele votum approbantes. assensu uenerabilis archiepiscopi moguntini adelberti. Salzeburgensis Chovnradi. Ratisponensis episcopi hartwigi. Curiensis Chovnradi. wormatiensis bucconis. babinbergensis Ottonis. Eistatensis electi Gebehardi. Patauiensis Reinmari episcopi. aliorumque fidelium nostrorum. nostra liberalitate ac munificentia innouando confirmamus. et ut a nullo infestetur uel infringatur. praesentis decreti pagina in perpetuum inhibemus. Ut autem hoc institutionis decretum omni aeuo uerius credatur. et inuiolabiliter ab omnibus custodiatur. petente eodem uenerabili episcopo herimanno. hanc confirmationis et donationis paginam fecimus conscribi. et manu propria subscribentes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum (*Monogramma*) Lotharii Gloriosissimi et Serenissimi Regis.

Et Ego Embrico archidiaconvs erpisfortensis. Uice archicancellarii et moguntini archiepiscopi adelberti Recognoui. (*S. R.*)

L. S.

Actum Ratisponae.. Anno ab incarnatione domini millesimo centesimo XX. V. Indictione. IIII. Anno primo. Regni domni lotharii Inuictissimi Regis.

Data. V. kal. Decembris. feliciter in domino. Amen. fiat. fiat.

a) Sigillum impressum illaesum ac bene expressum, cuius inscriptio est: Lotharius Dei gratia tertius Romanorum rex.

b) Monogramma regis formae circularis.

Digitized by Google

c) Subscriptioni vicecancellarii Embriconis additum est quoddam signum recognitionis.

d) Notae chronologicae, ex quibus indictio caesarea est, inter se conveniunt.

e) Ineditum, extractum tamen germanice in Brauns Gesch. der Bisch. von Augsb. II. 63.

f) Desumtum ex archivo episcopali augustano.

CCCCLI.

Anno 1127. 18. August. Babenberch.

Lotharius III. R. rex ecclesiae Babenbergensi possessionem loci Scambach, in pago Nortgowe siti, olim a fundatore illuc traditi, necnon ius totius decimationis de possessionibus illis, quas Babenbergensis ecclesia in Ratisbonensi episcopatu habet, certa sub conditione, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Lotharius diuina fauente clementia Romanorum Rex. Duo sunt Quibus hic mundus principaliter regitur. pontificii auctoritas. et regalis potestas. In cuius auctoritatis partem quia nos gratia redemptoris asciuit. iustum est ut aecclesiarum dei defensioni sollicitudo nostra sollerter inuigilet. ne hanc ex aduerso latere exsurgentis procellae aduersitas ulla fatiget. Si enim loca a decessoribus nostris diuino cultui aedificata ab infestantium peruasione tutabimur. participium mercedis eorundem domino largiente sortiemur. Quapropter nouerit omnium dei nostrorumque fidelium uniuersitas. qualiter nos locum Scambach dictum. in pago nortgowe situm. in usum babenbergensis aecclesiae a primo Heinrico christianissimo imperatore con-

Digitized by Google

structore scilicet eiusdem episcopatus delegatum. praedictae babenbergensi aecclesiae nostra regali auctoritate confirmamus. stabilimus. ac roboramus. cum omnibus ejus pertinentiis siue adhaerentiis. uidelicet uicis. uillis. ecclesiis. capellis. decimationibus. seruis. et ancillis. areis. aedificiis. terris cultis et incultis. uiis. et inuiis. exitibus. et reditibus. quaesitis. uel inquirendis. siluis. forestibvs. saginis. uenationibus. aquis. piscationibus. molis. molendinis. rebus mobilibus et immobilibus. ac caeteris omnibus quae rite scribi uel appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus. quas praefata babenbergensis aecclesia ab anno dominicae incarnationis Millesimo. VII. usque ad nostra cognoscitur habuisse tempora. omnium mortalium contradictione remota. Preterea ius totius decimationis de possessionibus illis quas babenbergensis aecclesia in ratisponensi episcopatu habere cognoscitur. cuius scilicet decimationis abdicationem accepit uenerabilis Otto. VIII. babenbergensis episcopus ab Hartwico ratisponense. consensu ac coniuentia tam cleri quam familiae. consilio quoque ac bona uoluntate aduocatorum. babenbergensis scilicet Ottonis. et ratisponensis Friderici. hac preceptali pagina confirmamus. et ne ab ullo mortalium iam diffinitarum rerum abdicatio repetatur. nostra regali preceptione interdicimus. Et ut haec nostre confirmationis pagina inde conscripta firma et inconuulsa permaneat. eam manu propria roborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Lotharii Romanorum Regis (*Monogramma*) inuictissimi.

L. S.

Ego Thietmarus (in) uicem Adelberti Archicapellani recognoui.

Digitized by Google

Data. XV. Kal. Sept. Indict. V. Anno dominicae incarnationis Mill. C. XXVII. Anno autem domni Lotharii regnantis. II. Actvm Babenberch. feliciter. Amen.

a) Sigillum impressum integrum, contusione tamen quadam sive alio modo aliquatenus laesum; qua laesione non obstante in sigillo bene expresso tota regis effigies cum tota inscriptione facile dignoscitur.

b) Monogramma quodammodo extraordinarium, exaratum ad formam illius, quo olim Guntherius cancellarius pro imperatore Heinrico II. ab an. 1015 usque 1024 usus est.

c) Notae chronologicae inter se conveniunt.

d) Editum in Schultes hiſtor. Schriften I. 33.

e) Prima donatio loci Scambach habetur in diplomate Heinrici II. imp. an. 1007. 1. Novemb.

CCCCLII.

Anno 1129. 26. Maii. Stohka.

Lotharius III. rex monasterium, ab Heinrico et filio Ernesto ex familia regalis loci inferioris monasterii Ratisponae in loco Madilhartisdorf constructum, postea autem certa ratione libertate donatum, ad preces Epponis abbatis regiae defensioni committit; cui simul liberam abbatis et advocati electionem concedit.

a) Sigillum impressum illaesum et bene expressum.

b) Monogramma regis forma circulari sive in orbem scriptum.

c) Notae chronologicae inter se conveniunt.

d) Sigillum superiori parte usque ad tertiam ab infra lineam contextus se exporrigit.

Digitized by Google

e) Quidam locus nimium iam attritus, et lectu difficilis ex contextu sive potius ex libro copiali saeculi XV. incipientis pag. 3 restitutus est.

f) Editum in Hund. metr. II. Edit. Mon. 459. edit. Ratisp. 318. et licet ex originali, tamen hinc inde vitiose in Mon. Boic. XV. 263—266; sic p. 266. lin. 7 testes ministeriales legantur: Ernestus. Wernherus et filius eius Bruno. Marchwart. Heinricus. Marchwart? Rudiger.

CCCCLIII.

Anno 1129. 13. Julii. Werde.

Lotharius III. rex concambium, pro dirimenda lite de decimis novalium inter Chunonem, Ratisponensem episcopum, et Erbonem, abbatem monasterii Pruowenigin, factum, confirmat, facti seriem diffusius commemorans.

a) Sigillum ex cera solita in modum bullae appendet, innexum filis viridis et flavi coloris. Sigillum ipsum fractum quidem est, nichilominus totam regis imaginem cum potissima parte inscriptionis exhibet. Ex filis autem, quae octo numerantur, quinque tantum simul ipsam massam cerae et duo parva foramina chartae pertranseunt, reliquis tribus ceram quidem, non vero dicta foramina pertranseuntibus, quorum fragmenta resecata adhuc apparent cum quibusdam ligaturis iam ab initio pro conservatione sigilli factis, quin ulla sigilli postera aetate alligati suspicio possit generari.

b) Indictio VII. anno Chr. 1129 omnino convenit, immo etiam annus regni V^tus^, duobus mensibus anticipatus.

c) Editum Monum. Boic. XIII. 149—151. et Ried. Cod. dipl. Rat. I. 186. num. 197.

d) Conferatur transactio eodem an. 17. Jul. inter episcopos Babenb. et Ratisp. coram duce Bavariae, tunc advocato Ratisp. facta, edita a Ried. l. c. 187. n. 198 et in originali inter chartas Babenber-

Digitized by Google

genses occurrens, et quasdam modificationes in diplomate Lotharii regis non contentas paciscens. Qua non obstante antiqua de decimis illis novalium contentio paulo post et vehementius, quam antea recruduit, quod constat ex litteris Ottonis episcopi monasterio Ensdorfensi circ. an. 1136 datis Mon. Boic. XXIV. 30. num. 7. Nam liti huic Priflingenses renunciasse ex reliquis omnibus huius monasterii super decimas documentis erui licet, quorsum pertinent, quae habentur Mon. Boic. XIII. 151. 155 sq. 158 sq.

CCCCLIV.

Anno 1129. 13. Julii. Werde.

Lotharius III. rex cellulam (Pruueningen), in regno suo in Ratispon. episcopatu, in pago Danubiaco iuxta fl. Danubium in hon. S. Georgii Mart. ab Ottone Babenb. episcopo conditam, eidem autem episcopatui subiectam, cellae etiam Aspach donatione auctam, confirmat, illique liberam abbatis electionem tribuit etc.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

b) Monogramma regis circulare est, etiam alias obvium.

c) Notarius Anno speciale quoddam addidit signum recognitionis.

d) Extraordinaria quaedam sive insolita in hoc diplomate deprehenduntur; 1mo, quod nullibi annuncientur manus regia et sigilli impressio; 2do, quod omissus sit annus Christi cum reliquis notis chronologicis, ut, quando data sit charta, sciri possit; omissus etiam locus indicans, ubinam negotium peractum sit. Defectus tamen illi, utpote in charta notitiae minus solemni, vel solo sigillo iam descripto sanantur, et eo ipso chartam solemniorem eodem tempore exaratam lectori quasi digito commonstrant, unde, quae huic chartae desunt, possint suppleri; quae, cum an. 1129. 13. Julii data sit in negotio, pro eodem monasterio Werde peracto,

Digitized by Google

vix dubium relinquit, etiam hocce instrumentum ad idem tempus eundemque locum referendum esse.

e) Quaedam emendationes necessariae, partim ab ipso primaevo scriptore per litteras a, b, c, d vocabulis superpositas notatae, cum vocabula ordine praepostero b, c, d, a sibi succederent, in charta minus solemni modo, quo dictum est, excusandae erunt.

f) Editum in Weichser fontilegio Priflingensi 35—36 et Mon. Boic. XIII. 153—155.

g) Quae de cella Aspach hic memorantur, pari modo habentur in privilegio Innocentii II. Pap. an. 1136 et in confirmatione generali ipsius fundatoris Scti Ottonis episc. an. 1138. Mon. Boic. XIII. 155 et 159.

CCCCLV.

Anno 1130. 5. Aprilis. Babenberg.

Lotharius III. rex congregationi S. Georgii Babenbergae mercatum in villa Staffelstein, sita in pago Ratenzgowe, in comitatu Adelberti comitis, concedit, reddit et donat.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Lotharius dei fauente clementia Rex. Diuinis et salutaribus sanctarum scripturarum erudimur documentis. et antecessorum nostrorum admonemur exemplis. ut aecclesias dei summa deuotione ac benignitate ditemus. et omnimodis amplificare et sublimare non cessemus. Proinde nouerit omnium christi nostrique fidelium industria. quoniam ob salutare remedium animae nostrae. et per interventum dilectissimae coniugis nostrae Richizae. necnon pro deuoto ac fideli obsequio congregationis S. Georgii. in uilla Staffelstein quae sita est in pago Ratenzgowe. in comitatu adelberti comitis. mercatum fieri statuimus. reddentes

et donantes praedictum mercatum per manum comitis Reginbodonis ad altare S. Georgii. congregationi S. Georgii perpetuo habendum. possidendum. et quicquid libitum fuerit inde faciendum. ad eiusdem congregationis usum augmentandum. Sit idem mercatum liberum. iudicum. ducum. comitum. omniumque iudiciariarum potestatum contradictione. securum. soli tantum babenbergensi congregationi S. Georgii subditum et proprium. cum banno. theloneis. omnibusque forensis iuris utilitatibus. Nostra autem regali auctoritate confirmamus. ut omnes illo causa forensis negocii confluentes. ibidem negotiantes. indeque redeuntes. secura et certa pace fruantur. Et ut haec nostra regalis traditio stabilis et inconuulsa omni permaneat euo. hanc cartam inde conscriptam corroborantes. signi nostri inpressione iussimus insigniri.

Data Non. Aprilis. babenberg. ad sanctum Andream in rotunda capella. anno domini Millesimo centesimo tricesimo. Indictione VIII. anno quinto regis Lotharii successoris heinrici quinti imperatoris. sub Ottone babinbergensi episcopo octauo. mediante et efficiente piissima et christianissima regina Richiza. ex petitione praepositi Eberhardi. et totius congregationis sancti Georgii.

Huius statuti et traditionis testes sunt. Otto palatinus comes de Orloch. Heinricus comes filius wiberti comitis. Heinricus comes filius Ludewici comitis. Adolfus comes . . . . . comes Reginboto de Giech. Pabo. et alii laici quam plures. Clerici uero Hartman capellarius. Anshelmus. Ecke . . . . . Rovceli. Tiemo. Adalbertvs. Ovdalricus longvs. Chovnradus custos, Buccho. et alii quam plures.

L. S.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

b) Deficiunt Chrismon initiale, Monogramma regis et subscriptio notarii sive cancellarii; qui tamen defectus essentiales haud sunt, et sola sigilli impressione eo magis sanantur, quia in clausula, qua sigillum annun-

Digitized by Google

annunciatur, nulla propriae manus sive Monogrammatis regii fit mentio. Animadvertendum insuper, notas istas et alias ad substantiam rei minime pertinentes, in chartis notitiarum, ad quarum classem hoc instrumentum est referendum, saepius omissas esse, quod occasione harum recensionum sollicite semper annotatum invenitur.

c) Notae chronologicae inter se conveniunt.

d) Editum in Schultes hiſtor. Schriften II. 231. num. 9. memoratum ac breviter extractum in Hofmann Annal. rer. Bamberg. ap. Petrum Ludewig Scr. rer. Bamb. 114.

e) Duae lacunae punctis notatae, in loco contextus exeso ad duas lineas se exporrigente, prima 7, altera 13 circiter apicum, expleri haud potuerunt, cum eaedem lacunae tam in editione mox dicta, quam in libro copiali an. 1629. fol. 2002. habeantur, alia autem antiquior copia hic omnino deficiat.

f) Primus testium comes palatinus de Orloch cognominatus vix alius est, quam Otto palatinus alias de Wittelinesbach dictus, quia inter palatinos comites Rheni, Sueviae et Saxoniae hoc tempore nullus Otto comparet. Indagandum ergo, numne locus Orloch sit Horlach in parochia Michelfeld praefecturae Pegnitz nunc circuli Moeni superioris (Obermainkreis), ad confinia aliarum huius comitis palatini possessionum.

Quartus testis Adolfus comes videtur comes de Berge hoc tempore in chartis regis Lotharii occurrens. Notandum vero superiores extremitates apicum agnominis eiusdem exesorum inchoatas litteras sistere s in tertio et in extremo agnominis apice, ut non possit legi Bergensis sive more scriptoris huius instrumenti: bergensis.

Digitized by Google

CCCCLVI.

Anno 1130. circ. mensem Junium. Ratisponae.

Lotharius III. Romanorum rex, praedium Undiesdorf, situm in episcopatu Frisingensi, in Comitatu Hartwici de Chregelingen, Regularibus Scti Augustini ab Ottone de Undiesdorf traditum confirmat.

a) Sigillum impressum fractum in quinque partes, quae ope circuli membranacei et filorum sericorum inter se coniunctae utcunque chartae adhaerent, atque totam fere regis effigiem cum omni propemodum inscriptione exhibent.

b) Monogramma regis, quodammodo extraordinarium et a reliquis Lotharii regis monogrammatibus discrepans, assimilatur illi, quo Chunradus II. imperator ab an. 1027—1037 usus est.

c) Indictio erronea est loco VIII. Nihilominus annus 1130 constat ex curia regis Lotharii, hoc anno et quidem mense Junio ante medium eiusdem mensis Ratisbonae praesente Oudalrico Boemiae duce habita, ex continuatore Cosmae Pragensis ap. Pelzl I. 296.

d) Editum in Hund. metr. III. Edit. Monac. 437. edit. Rat. 303, et in Mon. Boic. X. 234. ubi lin. 3. ab infra leg.: Bertoldo comite de Anedehse, Adalperto comite de Bogene.

CCCCLVII.

Anno 1133. 23. Augusti. In Frisingensi ecclesia.

Lotharius III. R. imperator ecclesiam Burin (Benedictbeuern) ab Augustensis ecclesiae dominio liberam esse decernit, et soli imperio subiicit.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

Digitized by Google

c) Editum in Meichelbeck Hist. Fris. I. II. 531. ex originali delineatis sive aeri incisis Monogrammate ac sigillo, et in Mon. Boic. VII. 93.

d) Causam monasterii Benedictoburani, ex cuius archivo hoc instrumentum desumtum est, illustrant alia duo diplomata 1116. 14. Febr. et 1125. 27. Novembr., in quibus Herimanno episcopo augustano idem monasterium iudicio principum, etsi, ut Lotharius imperator hic fatetur, incompetenter, traditum fuit. Notandum vero, hoc eodem anno 1133. 19. Mart. Herimannum episcopum obiisse, nihilque tali restitutioni in priorem libertatem amplius obstitisse, licet ius suum quaesitum nec successor eius Waltherus ep. dimitteret, quod eventus docuit. Cnfr. an. 1136. 1. Jan.

CCCCLVIII.

Anno 1133. 23. Octob. Moguntiae.

Lotharius III. R. imper. abbatiam, de Sueiga nominatam (Mönchsmünster), suis temporibus restauratam, et a iure beneficiario ducis Heinrici marchionisque Dibaldi liberatam, ecclesiae Babenbergensi tradit ac subiicit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Lotharius diuina fauente clementia tertius romanorum imperator augustus. Juxta fragilem rerum temporalium conditionem. multa bene inchoata uidemus deficere. et cum tempore transeunte simul et ipsa interire. Proinde quedam quae uetustatis uicio a statu rectitudinis deciderant. imperii nostri auctoritate reformari oportere iudicauimus. Notum igitur uolumus esse omnibus aecclesiae et regni fidelibus. qualiter abbatia quaedam in ducatu baiuariae sita. quae a uicinitate nomen in antiquis priuilegiis contraxit. ut abbatia de sueiga. diceretur. qualiter inquam hec abbatia magnifice. primum in nomine

Digitized by Google

domini et honore beati petri principis apostolorum instituta. peccatis exigentibus. tam regum et principum iniuria quam praelatorum suorum negligentia. a tempore regis arnolfi attrita. et adnichilata pene fuerit. qualiter etiam nouissime nostris temporibus restaurari in ea religionem nobis immo conditori uniuersorum domino complacuerit. Cum enim a rege arnolfo aecclesiae praefatae possessiones distractae ac deinde per successum temporum. ducibus aliisque terrae principibus. beneficiario more potius quam iure locus ipse cum suis appendiciis esset concessus. tandem uisitatione et aspiratione diuina. rogatu dilectissimi nostri. Ottonis. Babenbergensis episcopi unacum ipso sattagere curauimus. ut dux bauiariae. Heinricus. et Marchio dibaldus. quem ipse eiusdem loci beneficio inuestiuerat. locum ipsum cum his quae adhuc in stipendio fratrum retenta fuerant. manu emitterent. atque sub imperialem iurisdictionem denuo transfunderent. Nos itaque locum illum cum his quae die illo. tempore uidelicet Richardi. abbatis habebat. uel postmodum habiturus esset. Beato petro in babenbergensi aecclesia delegauimus. uolentes utique in hoc utrique loco consulere. quatinus uni praestaretur obsequium. nec alteri necessitatis suae deesset solatium. Huic autem delegationi siue confirmationi idoneos testes adhibuimus. archiepiscopos. Adelbertvm. Mogunt. Norbertvm. Magdeburg. Gerhardvm. cardinalem presbyterum S. Crucis. Episcopos. Buggonem. Wormat. Sigihardvm. Spirensem. Gebehardvm. eihcstetensem. Meginhardvm Bragensem. anselmum. hauelbergensem. abbates quoque berhtovm fuldensem. Heinricum herisueldensem. chuonradum ducem de zeringin. arnolfum comitem de lone. Gerlaum comitem de ueltenzi. witichinum. de Sualubere. Berinhardvm. uicedominum Praecipiendo itaque iubemus ut nullus archiepiscopus. episcopus. Dux. Marchio. comes. nulla denique magna paruaque persona hanc nostrae traditionis auctoritatem aliquo conatu infringere praesumat. Siquis autem temerarie contra hoc presumpserit. omni iure

Digitized by Google

seculari. nisi resipiscat. priuaetur (privetur). compositurus centum libras auri purissimi. medietatem camerae nostrae et medietatem praenominatae babenbergensi aecclesiae. Quod ut uerius credatur. et ab omnibus inconuulsvm teneatur. praesentis decreti cartam sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Lotharii tertii romanorum imperatoris (*Monogramma*) inuictissimi.

ego ekkehardus uice adelberti archicancellarii et moguntini archiepiscopi recognoui.

L. S.

Data anno Incarnationis domini M. C. XXX. III. X. Kal. Novembris Indictione XI. anno uero regni regis Lotharii VIII. Imperii I.

Act. Moguntiae feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

b) Monogrammati imperatoris media linea transversa, complens litteram X, deest.

c) Notae chronologicae inter se conveniunt.

d) Ineditum et hucusque vix cognitum aut memoratum. Cnfr. Hund. metr. II. sub Munchsmünster, edit. Monac. 518. ed. Ratisb. 358. et Weixer fontilegium monasterii Prifling. 41.

e) Desumtum ex Archivo Bambergensi.

Digitized by Google

CCCCLIX.

Anno 1134. 6. Junii. Merseburc.

Lotharius III. R. imperator abbatiam, quondam Suaiga nunc autem Monasterium vocatam (Mönchsmünster), suis temporibus restauratam, et a iure beneficiario ducis Heinrici, marchionisque Dietpaldi liberatam, cum ipsa parochia adiacenti, ecclesiae Babenbergensi donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis. Lotharius diuina fauente clementia. tercius romanorum imperator. augustvs. Cum omnis cura mortalium per tempora labentia semper petat. interitum. quisquis statum aecclesiae in qua salus uniuersorum est erigere studet. premia sibi future retributionis adauget. Cuius rei consideratione permoti. quaedam quae uariis infortuniorum euentibus a statu rectitudinis decidisse perspeximvs. reformare imperii nostri auctoritate oportunum iudicauimus. Nouerit itaque christi nostrorumque fidelium uniuersitas. qualiter nos abbatiam quandam in ducatu bauuariae. quae quondam suaiga. nunc autem usitatiori nomine monasterium uocatur. qualiter inquam haec abbatia primo quidem magnifice in honore domini. et beati Petri apostoli fundata. nunc autem regum et principum ac prelatorum suorum negligentia. a tempore regis arnolfi attrita et annichilata pene fuerit. qualiter etiam nouissime nostris temporibus restaurari in ea religionem. nobis. immo conditori uniuersorum domino complacuerit. Cum enim a rege Arnolfo aecclesiae prefatae possessiones distractae. ac deinde per successum temporum ducibvs aliisque terrae principibus locus ipse cum suis appendiciis in beneficium esset concessus. tandem uisitatione et aspiratione diuina. rogatu dilectissimae coniugis nostrae Ri-

Digitized by Google

chizae. et fidelissimi nostri Ottonis babenbergensis episcopi. unacum ipso satagere curauimvs. ut dux bauuariae Henricvs. et marchio dietpaldus. quem ipse eiusdem loci beneficio inuestiuerat. locum ipsum cum his quae adhuc in stipendio fratrum retenta fuerant. unacum eidem loco adjacenti barrochia quae et ipsa monasterium nominatur. manu emitterent. atque sub imperialem iurisditionem denuo transfunderent. Nos itaque locum illum cum ipsa barrochia. et cum his quae die illo tempore uidelicet Richardi abbatis habebat. uel postmodum habiturus esset. beato Petro in babinbergensi aecclesia delegauimus. uolentes utique in hoc utrique loco consulere. quatinus uni prestaretur obsequium. nec alteri necessitatis suae deesset solatium. Huic autem donationi idoneos testes adhibuimvs. Adalbertum mogontinum archiepiscopum. Gerhardum cardinalem presbyterum sanctae Crucis. Episcopos quoque Ottonem halberstatensem. Bernhardum Hildinesheimensem. Vdonem Cicensem. Megingozum Merseburgensem. Gotcboldum Misinensem. Abbates nichilominvs Berhthoum Fuldensem. Volmarum Corbeiensem. Heinricum Hersfeldensem. Heinricum ducem bauuariae. Chuonradum marchionem de Misine. Heinricum marchionem de Glogov. Dietpaldum marchionem. Adalbertum marchionem de Hiltagespurch. Lovdewicum comitem regionis. Et ut haec traditio firma et inconuulsa omni aeuo permaneat. praesentem cartam fecimus inde conscribi. quam et sigilli nostri impressione iussimvs insigniri.

Signum domni Lotharii tertii romanorum imperatoris augusti (*Monogramma*) Inuictissimi.

Eggehardus Cancellarius uice Adelberti Archicancellarii recogn.

L. S.

Digitized by Google

Anno dominicae Incarnationis Mill. cent. XXXIIII. Indictione XII. VIII. Id. Jvnii. Anno uero regni domni Lotharii VIII. Imperii Secundo. Fer. IIII.

Actum Merseburc feliciter.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

b) Monogrammati imperatoris nulla quidem littera deest illarum omnium, quae totum huius imperatoris titulum exprimunt. Collocatae tamen illae sunt in locis inconsuetis, et litterae principales A, H, I, X, M, N et V, insolitae sunt crassitudinis.

c) Notae chronologicae omnes inter se conveniunt, nec feria notata excepta, annus tamen regni numeratus est completus ante octo menses et 21 dies.

d) Editum in Schultes hiſtor. Schriften II. 55.

e) Desumtum ex Archivo Bambergensi, ex quo etiam est aliud fere eiusdem tenoris 1133. 23. Octob.

f) Facta utriusque instrumenti super eadem re comparatione inventum est, potissimum discrimen consistere in quibusdam rebus et expressionibus partim additis, partim mitigatis vel cum clausula comminatoria omnino omissis. Dici etiam potest, iuxta tenorem utriusque instrumenti primum esse traditionis, secundum autem ipsius donationis sive executionis, et neutrum eorum fuisse superfluum, cum utique, quorum in toto negotio plurimum intererat, ducis Heinrici et marchionis Dietpaldi, consensum accedere oporteret, cuius nulla in priori charta fit mentio, sed in secunda, in qua ambo inter testes nominantur.

CCCCLX.

Digitized by Google

CCCCLX.

Anno 1135. 17. Mart. Babenberch.

Lotharius III. R. imperator concambium, quo ab Heinrico, Bawariae duce, Eppo abbas coenobii S. Joh. in castro Madelhardesdorf (Mallersdorf), pro villa Luithartestorf et praedio Chorbe, comparat sibi dominicalem curtem Stenenkirche, confirmat.

a) Sigillum impressum nimium laesum est; nam minor tantummodo illius pars chartae adhaeret, quae tamen imaginem sedentis imperatoris a pectore ad pedes usque exhibet, et veram imperatoris Lotharii III. facile praebet agnoscendam.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metrop. II. Edit. Mon. 460. edit. Ratisb. 319. Tolneri Histor. palat. Cod. dipl. 42. et Mon. Boic. XV. 266—268.

d) Tres lacunae apparent, exesione duorum locorum ortae, ex contextu et ex libro copiali saec. XV, incip. p. 3. facile suppletae, excepta tamen ultima lacuna, in qua locus exesus maior, qui ab editoribus supra adductis etiam sola fide libri copialis restitui potuit, ubi tamen pag. 268. lin. 5. leg. Reginmarus; lin. 7 et 8. Engelbertus; lin. 8. suppleatur: Heinricus Marchio; lin. penult. legatur: anno vero ordinationis domni Lotharii regis tertii X.

Digitized by Google

CCCCLXI.

Anno 1136. 1. Januarii. In spirensi civitate et curia.

Lotharius III. R. imperator ecclesiam Burin (Benedictbeurn) ab Augustensis ecclesiae dominio liberam esse declarat, cui simul liberam abbatis et advocati electionem concedit et confirmat.

a) Sigilli impressi, sed fracti, pars maior chartae adhaerens totam imaginem imperatoris cum dimidia inscriptione incipiente et extremo vocabulo finiente, scilicet: Aug., exhibet.

b) Indictio XIV^ta^ respondet anno Chr. notato 1136. cum ipsa celebri curia Spirae 1135. 25. Decemb. usque ad 5^tam^ saltem Januar. 1136. habita. Anni tamen regni ac imperii neque inter se nec cum anno Chr. 1136. exacte conveniunt, nisi prior, nimirum regni, ante sex fere menses completus, alter vero scilicet imperii post sex menses et tres dies incipiendus sive anticipatus numeretur.

c) Editum in Mon. Boic. VII. 94—96. sed male Kalendis Junii, cum autographum distinctissime exprimat: Jan.

d) Cum hocce instrumento omnino conferatur aliud de eadem re diploma Lotharii imp. 1133. 23. August. Exceptis enim aliquibus, quae hic addita sunt, de verbo adverbum ambo diplomata conveniunt. A solemni tamen instrumento hocce ultimum longissime abhorret, cum de illis, quae in fine ex actis in curia solemni referuntur, nulla saltem expressa in contextu diplomatis fiat mentio, nec nomina testium aut consensus adversae partis afferantur. Parti petenti multa indulta sunt, quae offendere poterant adversarium, qui alius non erat, quam episcopus Augustanus, Waltherus, neque nunc cedens iuri quaesito, prout videre est ex mandatis comminatoriis sequenti anno 1137 tam ab imperatore, quam a Papa ex Italia desuper illi transmissis, quae habentur Mon. Boic. VII. 97—99. num. 12. 13. 14 et 15.

Digitized by Google

CCCCLXII.

Anno 1136. 14. Maii. Mersiburch.

Lotharius III. R. imperator abbatiam Formbacensem in suam defensionem suscipit, cui etiam liberam abbatis electionem concedit, omnesque possessiones in genere, in specie autem mercatum in Niunchirchun confirmat.

a) Sigillum impressum periit, remanentibus foramine et cerae macula sigillo maiestatis congruis.

b) Indictio et annus imperii currentes respondent anno Chr. notato 1136, non autem annus regni, nisi ante octo menses completus.

c) Editum in Hund. metrop. II. Edit. Mon. 318. edit. Ratisb. 221, et in Mon. Boic. IV. 128—130, ubi pag. 129. lin. ult. leg.: Hildenheimensem.

CCCCLXIII.

Anno 1136. 16. Augusti. Wirziburg.

Lotharius III. R. imper. episcopo et ecclesiae Babenbergensi tributa quatuor nominatarum Sclauiae provinciarum donat.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Lutharius. dei gratia. romanorum imperator avgustvs. Quia sine administratione temporalium stare spiritualia non possunt. more maiorum nostrorum regum christianorum et imperatorum nostra imperiali munificentia sanctas adiuuari oportet aecclesias. ut quibus nostra temporalia largimur. cum his donis spiritualibus communicare ualeamus. Notum itaque cupimus

Digitized by Google

esse omnibus tam futuris quam praesentibus quod rogatu domni. Ottonis babenbergensis episcopi. sibi suisque successoribus de his quae ad fiscum pertinent tributa quatuor prouinciarum sclauiae perpetuo iure possidenda tradidimus adnitente et concedente de iure suo fideli nostro marchione Adelberto. cuius marchiae terminus predictas includit prouincias. quarum ut certa habeatur noticia. nomina etiam subter annotari complacuit. Crozwinc. cum Rovchowe. Lesane. Meserechs. et Sitne. insuper et tribusses eidem dilectissimo nostro. Ottoni. et futuris babembergensis aecclesiae episcopis tradidimus. Dignum enim iudicauimus. laborantem agricolam edere de fructibus suis. et quia praefatus episcopus Otto. in destruenda idolatria et conuertenda illorum barbariae (barbarie) primus laborauit. uicem laboris sui. etiam in terris accipiat. et in tributis. inde persoluendis. ipse unacum aecclesia sua perpetuae recognitionis signum habeat. aecclesias etiam quas a fundamentis exstruxit et omni apparatu necessario instruxit. sine contradictione sibi et aecclesiae suae optineat. Quod ut omni tempore inconuulsum permaneat praecipimus. et sigilli nostri attestatione roboramus. Quisquis autem huius edicti uiolator exstiterit. centum libras auri. medietatem aecclesiae babembergensi. et medietatem fisco appendat. Huius autem rei testes sunt. Archiepiscopi. Adelbertus moguntiensis. Bruno. coloniensis. Cuonradus. magdeburgensis. Episcopi. Bucco Wormaciensis. Gebehardus. Spirensis. Gebehardus argentinensis. Embricho. Wirciburgensis. Cuonradus. Marchio. Luodewicus langraue. Burchardus comes. Egeno comes. Nobiles. Berehardus. Sigebodo. Luodolfus. et alii quam plurimi.

Signum. Lotharii. Romanorum imperatoris inuictissimi (*Monogramma*).

L. S.

Ego. Ekkehardus. uice adelberti archicancellarii. recognoui.

Digitized by Google

Data Anno Incarnationis dominicae. M. C. XXX. VI. Indictione XIIII. Anno Regni Lotharii III. vndecimo. imperii tercio.

Actum Wirziburg feliciter. XVII. Kal. Sept.

a) Sigillum impressum, in superiori parte laesum, totam nichilominus imperatoris imaginem cum potissima inscriptionis parte exhibet.

b) Indictio et annus regni currentes notato Chr. anno 1136 respondent, annus autem imperii numeratus est completus ante duos menses et 13 dies.

c) Editum in Schultes hiſtor. Schriften II. 353.

CCCCLXIV.

Anno 1140. inter 2—9. Februar. Wormatiae.

Cuonradus III. R. rex ecclesiam S. Joh. Baptistae in Biscouesberc in protectionem suscipiens, possessiones eius a placito advocati vel villici certa lege eximit, illique quaedam praedia reddit.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Ego Cuonradus dei misericordia romanorum rex. me sanctorum patrocinio commendans. Christi famulatum manu tenendum suscepi. Notum itaque esse uolumus omnibus Christi fidelibus tam modernis quam futuris. nos regia manu nostra pro remedio animae nostrae ad protegendam et conseruandam beati Johannis baptistae in Biscouesberc suscepisse aecclesiam. in omnibus acquisitis et acquirendis tam prediis quam ipsorum prediorum incolis. ubicumque locorum regni nostri sitis. Donauimus itaque hoc ius fratribus prefatae aecclesiae. ut si quisquam hominum diues seu pauper diuino ductus amore. hereditatem pre-

Digitized by Google

diorum suorum eidem aecclesiae donaret. nullius aduocati nullius uillici placito quicquam deberent aut interessent. sed semel in anno uel bis. reditum suum pro quantitate prediorum persoluentes. reliquum temporis. absque uexatione cum quiete possideant. Preterea iudicio principum eisdem fratribus recognouimus quaedam praedia iniuste eis ablata. et quondam eis donata. a quodam ministeriali nostro Gerlaho nomine de Ingilnheim. per manum praedecessoris nostri Imperatoris Lotharij. sita in praenominata uilla. Ne autem hanc traditionem nostram uel traditionis conditionem quisquam uiolentus infringere conauerit. hoc super scriptum sigilli nostri inpressione roborantes regalis banni nostri auctoritate confirmauimus. Huic autem nostrae donationi idoneos adhibuimus testes. quorum nomina haec sunt. Adelbertus mogontinus archiepiscopus. Adelbero treuirensis archiepiscopus. apostolicae sedis legatus. Buggo. uuormaciensis episcopus. Sigefridus spirensis episcopus. Gebehardus. argentinensis episcopus. Fridericus dux. Adelbertus dux. saxoniae. Godefridus dux. Lotaringe. UUillehelmus palatinus comes. Emicho comes de liningin. Cuonrat comes. de Chirberc. et frater suus. Heinrich. de Cazenellinbogo. comes. et caeteri quam plures. tam liberales quam ministeriales.

Signum Domni. Cuonradi Regis secundi. Romanorum. inuictissimi (*Monogramma*).

L. S.

Ego Arnoldus Cancellarius. vice adelberti. moguntini archicancellarij recognoui.

Anno dominicae incarnationis mill. C. XL. indictione II. regnante Cuonrado romanorum rege. II. anno vero regni eius II. data wormatiae in Christo feliciter. Amen.

Digitized by Google

a) Sigilli impressi, sed in tres partes fracti, duo supersunt fragmenta inferiora, quorum alterum chartae adhaeret, alterum separatim adiacet, duo simul inferiorem partem figurae regis ac ipsius sigilli bene expressi exhibent.

b) Indictio erronea est loco III, annus regni, usque ad diem quintum Martii inclusive, notato anno Chr. 1140 convenit. Dies ac mensis non sunt expressi; suppleti autem ex aliis chartis Wormatiae hoc anno datis, confr. Martene collect. ampliss. II. 110; praecipue autem ex curia solemni a die 2da usque ad 9^{nam} mensis Febr. hoc anno Wormatiae habita.

c) Editum in Guden. Codice dipl. I. 122 et in eius sylloge 568.

d) Desumtum ex Archivo Aschaffenburgensi.

CCCCLXV.

Anno 1140. circ. mens. Septembr. veris. Nurenberch.

Cuonradus III. Romani moderator imperii praedia duorum ministerialium suorum, Balduwini et Gebolfi, ecclesiae Gwizena (Weissenoe) delegat et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Ego Cvonradus secundum dei dispensationem Romani moderator imperij. omnibus tam praesentibus quam futûris Christi fidelibus Notum fieri uolumus fidelium uniuersitati. qualiter duo fratres Balduvvinus scilicet. et Gebolfus ministeriales nostri. tam beneficiorum quam praediorum proprie suorum. mutua sponsione sibi alterutrum firmabant hereditatem. hoc uidelicet pacto. ut si alter eorum. forte sine filiis moreretur. alter superstes. fratris morientis hereditatem. de omnibus quae relinqueret sortiretur. Mortuo igitur Gebolfo sine sobole. Balduvvinus iuxta paeti conuentionem. heres fratris efficitur. Cum-

Digitized by Google

que in hoc saeculo nequam. multa uideret tempestatum pericula. corpore et animo. atque omnibus quae habere poterat. deo uere salutis portui proximare satagebat. Ueniens igitur ad nos suum regiae auctoritatis patronum. suppliciter et deuote expetiit. ut beneficia sua. et fratris sui. que supra dicta ratione ipsi obuenerant. pro redemptione animae nostrae cum suis prediis. quae per se obtulit. aecclesiae in Gvvizena offerremus. quod nos et pro militis nostri. et amicorum eius peticione. maxime autem pro dei honore. et nostra salute. benigna mente conpleuimus. Nequis igitur in futurum aecclesiae illi in beneficiis seu prediis. uel mancipiis ad ea pertinentibus quecumque Balduvvini fuisse probari possunt. molestus sit. cartam hanc sigillo nostro signari mandamus. et super eum qui temerator huius donationis extiterit. iram dei omnipotentis inuocamus. illumque nostrae potestatis reum. et romani regni hostem pronunciamus.

Testes eius rei sunt hij. Tuto de bartendorf. et tres filii eius. Hartman scilicet. Tuto et Gebolf. Engelhart et Escvvin de hittenbach. Gotebolt. et Hartman de dachestein. Ebo de Idiedungestorf. Wezel. et ovdalrich. de mittelendorf. Preterea Adelbrecht de hengen. Herman de tanne. Luipolt de grintela. Rudolf de buotendorf. Otnant iunior de eskenhovwe. et alii quam plures.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis mill. C. XL. Indictione III. Regnante domno Cvonrado huius nominis rege secundo. feliciter. amen.

L. S.

a) Sigillum impressum periit, remanente foramine et circa illud macula cerae interior et exterior, sigillo maiestatis congrua.

b) Praeter sigillum nulla essentialis nota in ipso instrumento annunciatur; salva ergo eius, utpote minus solemnis in causa ministerialis cuiusdam, authenticitate, desunt Monogramma regis et subscriptio cancellarii.

c) In-

Digitized by Google

c) Indictio respondet anno Chr. notato 1140. Locus, dies mensisque cum anno regni omissi sunt, et verisimiliter suppleri possunt ex chartis illo anno datis Norimbergae, in vicinia monasterii Weissenoe et testium in instrumento memoratorum; exprimunt enim annum regni III^tium^ et referendae sunt ad mensem septembrem.

d) Ineditum et hucusque nonnisi ex Regestis de Lang I. 158. cognitum.

CCCCLXVI.

Anno 1141. inter 18—25. Maii. Ratisponae.

Cuonradus III. R. rex restaurationem monasterii cuiusdam, in episcopatu ratisponensi siti, Monasterii quoque nomine (Münchsmunster) dicti, a praedecessore suo, Lothario imperatore factam, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia romanorum Rex secundus. Equitas iusticiae et regni auctoritas nos admonet. omnium quidem utilitati prospicere. maxime vero fidelium Christi uota modis omnibus promouere et adiuuare. Quapropter notum esse uolumus cunctis Christi nostrisque fidelibus tam futuris quam presentibus. qualiter monasterium quoddam in episcopatu Ratisponensi situm monasterium quoque nomine dictum. amplis antiquitus et magnis possessionibus fuerit dilatatum. Nam postmodum peccatis exigentibus et malis diebus superuenientibus ad id redactum est. quod expulsi monachi. possessiones distractae uel inbeneficiatae. priuilegia disrupta. et intus ac foris ita omnia distracta sunt. quod pro multis monachis uix pauci et pauperes clerici remanserint. Quem locum diuae memoriae lotharius imperator de manu Heinrici bauuarici ducis et Dietpaldi marchionis sub imperialem iurisdictionem denuo

Digitized by Google

recepit. et interuentu beatae memoriae Ottonis babenbergensis episcopi idem monasterium et ordinem monasticum ibidem antiquitus institutum. regiae auctoritatis priuilegio confirmauit. Nos igitur ob amorem dei et beati Petri apostoli quicquid a praedecessore nostro imperatore iam dicto iuste et rationabiliter factum est. praesentis scripti pagina roboramus. et ratum atque inconuulsum omni euo manere decernimus. Inprimis ut ordo monasticus qui in eodem monasterio a primis diebus noscitur institutus. futuris perpetuis temporibus ibidem integer conseruetur. Deinde ut quolibet eiusdem loci abbate defuncto. fratres ibidem constituti secundum regulam beati Benedicti liberam electionis habeant potestatem. Postremo ut nullus archiepiscopus. episcopus. dux uel marchio. comes aut uicecomes uel aliquis alius aduocatiae aut cuiuslibet rei occasione idem cenobium temere perturbare. familiam aecclesie iniustis exactionibus fatigare. possessiones auferre. ablatas retinere. minuere. dare. uendere uel fratrum usibus quolibet modo alienare praesumat. Concedimus autem fidelibus nostris quicumque a nobis ejusdem aecclesiae bonis. agris. uineis seu mancipiis inbeneficiati sunt. ut si forte his ob spem retributionis diuinae carere uoluerint. seruis dei qui in ipso loco habitant. consultis nobis de cetero profutura dimittant. quatenus et regnum nostrum suo iure minime priuetur. et illorum inopia ex nostra habundantia suppleatur. Siqua igitur persona temeraria huius decreti nostri statutum violauerit. conditionis suae dignitate careat et libras quinquaginta auri purissimi componat. quarum dimidietatem camerae nostrae appendat. reliquam vero partem praefato monasterio persoluat. Ut autem haec nostra corroboratio firma et inconuulsa omni permaneat aeuo. hanc cartam inde scribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus. manuque propria ut infra apparet corroborantes. testes qui praesentes aderant subter notari fecimus. Quorum nomina sunt haec. Theodewinus sanctae Rufinae episcopus. apostolicae sedis legatus. Heinricus ratisbonensis episcopus. Gebehardus

Digitized by Google

eihstetensis episcopus. Otto frisingensis episcopus. Liupaldus dux bauuariorum. Dietpaldus marchio. Otaker marchio de stire. Heinricus frater regis. Otto palatinus. Otto praefectus et filii eius. Heinricus et Otto. fridericus ratisponensis aduocatus. Gotefridus de Weterenfelt.

Signum domni Chuonradi romanorum regis secundi. et ego Heinricus Notarius uice archicancellarii adalberti moguntini Archiepiscopi recognoui.

(*Monogramma*).

Anno dominicae incarnationis. M. C. XLI. indictione. IIII. regnante Chuonrado romanorum rege II. anno vero regni eius IIII. Actum ratispone feliciter Amen.

L. S.

a) Sigilli impressi, sed deperditi, sola remansit massa quaedam cerae chartae adhaerens; vix non dimidia pars externae, interioris autem cerae pars modicissima, cuius macula etiam apparet in membrana superincumbente.

b) Indictio et annus regni notato anno Chr. 1141 conveniunt. Dies ac mensis non sunt expressi, supplendi ex circumstantia loci, Ratisponae, ac curiae solemnis ea in civitate in festo pentecostes hoc anno habitae, ex Dodechini et aliorum chronicis.

c) Editum in Hund. metrop. II. edit. Monac. 520. edit. Ratisb. 359.

Digitized by Google

CCCCLXVII.

Anno 1142. inter 19—25. April. Wirzeburch.

Cuonradus III. R. rex ecclesiam S. Pancratii in Ranes-houen, ab avo suo Heinrico III. imperatore fundatam et dotatam, sub regiae defensionis tuitionem suscipit, omnesque eius possessiones confirmat.

a) Sigillum impressum periit, remanente foramine et circa illud magna tam cerae, quam alterius novioris glutinis macula, quae tamen complicatae parti membranae melius impressa conspicitur. Ope illius novioris glutinis, cum iam olim decidesset, sigillum membranae affigi Ranshovensibus fors placuit, quod idem salvum ac integrum adhuc an. 1764. viderunt editores Tomi tertii Mon. Boic., prout ipsi testantur eod. Tom. p. 316. designato quoque ac aeri inciso ipso sigillo Tab. I. num. 1.

b) Indictio erronea posita est loco V. Annus autem regni convenit anno Chr. notato 1142. Dies mensisque non sunt expressi, ex loco saltem circiter suppleti, cum ex Dodechini aliorumque chronicis constet, paschale festum (19—25. April) hoc anno Wirceburgi a rege fuisse celebratum.

c) Editum in Hund. metr. III. Edit. Monac. 209. edit. Ratisb. 145. et in Mon. Boic. III. 315 sq. ubi p. 316. lin. 11. abundant vocabula: de Lare; et lin. 12. leg.: Grunenborch.

d) Heinricum III^tium an. 1042 fundatorem sive restauratorem monasterii Ranshovensis Chunradus rex II. al. III. sive Hohenstaufensis avum vocat, qui revera eius abavus maternus est.

Digitized by Google

CCCCLXVIII.

Anno 1142. 28. Maii. Nurinberch, datum; actum autem 1138. mense Jul. Augustae.

Cuonradus III. Rom. rex monasterio beati Oudalrici et Stae Afrae Augustae praedium in Butenhausen cum molendino, a Cuonrado marchione Tusciae illi traditum, contra impetitionem Heinrici de Hirzeshusen, confirmat.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

b) Indictio et annus regni respondent anno Chr. 1138, qui in autographo quadam rasura et correctura, antiqua tamen ac, ut videtur, coaeva ita corruptus est, ut ambiguum sit, utrum annus 1137 aut 1138 ab exordio scriptus sit. Anno tamen 1138 et quidem mense Julio, quo Chonradus II. Augustae negotia imperialia per quosdam tractabat, teste Ottone Frising. in chron., negotium istud super Butenhusen tractatum esse, ipsa rerum series evincit. Cum tamen executio in re, utpote ardua, procrastinaretur, ipsum desuper instrumentum post annos quatuor vix non integros demum conscriptum sigilloque munitum est, quod praecipue ex eo cognoscitur, quod memoratus in eo archiepiscopus Moguntinus Marcolfus, electus 18. Octob. 1141. defunctus 9. Junii 1142, 28 die Maii, quo datum est instrumentum, nonnisi anno 1142. illi ecclesiae praesedit. Accedit, quod Chunradus eodem anno et eodem mense Norimbergae versaretur exercitum in Bohemiam et Saxoniam ducturus. Vid. Otto Fris. in chron. et continuator Cosmae Prag.

c) Editum in Mon. Boic. XXII. 169.

Digitized by Google

CCCCLXIX.

Anno 1143. veris. mense Julio ineunte, Argentinae.

Cuonradus III. R. rex praedium Gabelungen ecclesiae Sctae Mariae sive maiori, et allodium Gouwolteshouen ecclesiae Sctae Afrae et monasterio beati Oudalrici Augustae, prout illuc Herimannus custos Augustensis tradiderat, confirmat.

a) Sigillum impressum periit, remanente cerae macula circa foramen, sive incisionem crucis decussatae, quae etiam apparet in membrana superincumbente.

b) Non deest Monogramma regis licet haud memoratum in contextu cum sigillo.

c) Singularia quaedam in hoc instrumento iam notavit clar. Editor Monum. Boic. XXII. 172 et 173 in nota, nimirum: 1) formam litterarum et abbreviationum, 2) defectum formulae Monogramma ipsum annuntiantis, 3) recognitionem cancellarii similiter omissam, 4) locum et diem, quo datum est instrumentum, aeque silentio praeteritos; quibus addi meretur 5) neglectum Chrismon initiale, apertae etiam divini nominis invocationi, ut plurimum, praemissum, 6) negligentia quaedam scriptoris in abbreviatione nominis proprii loci Gabelungen, et in asserenda dignitate testium, cum Heinricus archiepiscopus moguntinus vocetur episcopus, Egilbertus autem simpliciter Babenbergensis, omisso vocabulo: episcopus.

d) Indictio quarta, quae convenit anno Chr. 1141, certissime erronea est, Heinricus enim archiepiscopus moguntinus electus est post mortem praedecessoris sui Marcolfi, qui obiit 1142. 9. Jun. Licet autem aliae notae chronologicae non sint indicatae, quod iam observatum est in nota praecedente c; de anno notato 1143 satis tamen constat ex praesentia Rudolfi comitis de Staden, qui an.

Digitized by Google

sequenti 1144. 15. Mart. violenta morte interiit, testibus chronographo Saxone, chronico Luneburg. et Alberto Stadense; cum insuper principes inter testes memorati magnam aliquam curiam regalem indicent, qualis in tribus primis mensibus anni 1144 non est habita, hinc ipsum hoc instrumentum in curia Argentinae 8va et sequentibus circiter tribus aut quatuor diebus mensis Julii anni 1145 habita datum esse colligi poterit, cui loco testes nominati magis conveniunt, quam sequenti curiae mense Octob. aut Novemb. eodem anno Ratisponae habitae.

e) Editum in Mon. Boic. XXII. 171. 172. inter monumenta SS. Udalrici et Afrae Augustae Vindel.

f) Inscriptio externa manu antiqua et fere coaeva locum donatum sic notat: Gablunge.

CCCCLXX.

Anno 1143. 4. Septembr. Ulmae.

Counradus III. R. rex fratres, qui peregrinantur in Ursberg, in suam successorumque suorum, regum sive imperatorum, assumit defensionem.

In nomine Sanctae et indiuiduae trinitatis nouerint omnes Christi fideles qualiter ego Covnradus per misericordiam dei romanorum rex secundus. fratres qui peregrinantur in ursberg in nostram assumpsimus defensionem. Nos uero quia diuina disponente misericordia ad hoc constituti sumus. ut omnibus iniuriam patientibus condignam faciamus iusticiam. specialiter tamen eis consulere et prouidere habemus qui omnibus huius mundi concupiscentiis derelictis secuti sunt Christum. Vnde nequis eos tam in possessis quam in possidendis perturbare presumat precipimus. Siquis uero aliquid

Digitized by Google

se contra eos racionis et iusticiae sperat habere. *non coram alio iudice. sed in nostram successorumue nostrorum regum siue imperatorum ueniat praesentiam. et prout dignum est habeat iusticiam. Eapropter* ut haec nostra regalis preceptio rata et inconuulsa permaneat. prenominatis confratribus hanc cartam iussimus conscribi. sigillique nostri inpressione L. S. signiri. Huius rei testes sunt Waltherus augustensis episcopus. Hermannus constantiensis episcopus. Haeinricus morabiae episcopus. Willehalmus apuliae episcopus. Adelbertus abbas eleuuangensis. Ruopertus abbas othenbuiron. Gotheshalcus abbas echenbrunnon. Dux Fridericus filiusque eius Fridericus. Rovdolfus comes brigantinus. Theobaldus comes. Adelbertus comes. Hugo comes. Fridericus comes. Burchardus comes. Adelbertus palatinus comes. Rovdolfus comes. Ludewicus comes. Adelgotus augustensis aduocatus. Bertholfus campidonensis aduocatus.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis mill. C. XL. III. quinto ordinationis nostrae indictione sexta. pridie nonarum septembrium.

Data ulmae per manum arnolphi cancellarij.

a) Sigillum impressum periit. Locus tamen eius usque ad penultimam contextus lineam exporrectus et ad sinistram scriptoris manum praeter morem positus maculam adhuc cerae circa foramen, cum spatio rotundo vacuo, exhibet, ad cuius utrumque latus, per tres lineas illo spatio interruptas, testes inscripti sunt, qui deinde per alias duas lineas continuas usque ad eorum finem recensentur.

b) Alia quoque, saltem extraordinaria, in hoc instrumento deprehenduntur, nimirum:

1) locus in ipso contextu, qui maioris est momenti, diverso atramento, minoribus et condensatis litteris, licet coaeva manu, insertus, litteris cursivis notatus, quo eodem atramento, charactere tamen maiori, reliqua omnia post primos duos testes exarata sunt;

2) de-

Digitized by Google

2) defectus Chrismatis initialis, haud omissa tamen aperta divini nominis invocatione;

3) defectus Monogrammatis, licet haud annuncietur cum sigillo;

4) recognitio cancellarii ad finem chartae per formulam: per manum cancellarii, in chartis pontificum romanorum, episcoporum, ducum, comitum aliorumque magis usitatam;

5) nomina episcoporum a provinciis denominatorum, quales hic occurrunt, episcopus Morabiae s. Moraviae ac episcopus Apuliae.

c) Indictio VI. respondet anno Chr. notato 1143, annus autem ordinationis sive regni nonnisi completus ante quinque menses et 21 dies; nam unctio regis Aquisgrani 13^tiae^ Martii an. 1138 peracta est, testibus Dodechino et Ottone Fris.

d) Editum in Lünig spicileg. ecclesiast. III. Theil, S. 675 et 676.

e) Cnfr. privilegium Heinrici VII. 1226. 13. Novembr., in quo huiusce instrumenti mentio recurrit, tanquam privilegii aut annotationis aut scripti.

CCCCLXXI.

Anno 1143. mense Octob. aut Novembr. Ratisponae.

Cuonradus III. R. rex coenobio Burin (Benedictbeuern) privilegia Heinrici IV. 1078, et Lotharii III. 1136 confirmat ac declarat.

a) Sigillum, quod impressum erat, periit, remanente magna cerae macula, non solum circa foraminis partem tam externam quam internam, sed etiam in duobus locis membranae complicatae superincumbentis, interioribus et exterioribus.

b) Indictio V^ta^ erronea est, nisi, quod probabilius videtur, ad curiam Ratisponae in fine praecedentis anni 1142 referatur. Annus tamen regni VI^tus^ anno notato 1143. respondet, ac curiae mense Octobri aut Novembri similiter Ratisbonae habitae.

c) Editum in Mon. Boic. VII. 100—102, memoratum quoque in chronico Benedictoburano antiquissimo ibidem 37.

d) Diplomatis imperatoris Heinrici IV. an. 1078, quod in hoc instrumento indicatur, authographum extat, et editum est in Mon. Boic. VII. 92. Cum altero diplomate, Lotharii imperatoris an. 1136. 1. Januar., cuius pariter mentio fit, hocce instrumentum in plurimis convenit, ab eoque potissimum differt in adiecta exemtione a servitio regio, qualis in diplomate Lotharii imper. non invenitur.

CCCCLXXII.

Anno 1144. cir. medium mens. Februar. Ammerbach.

Conradus III. R. rex Babenbergensis ecclesiae Canonicis jus nonas percipiendi de vindemiis suis in Bochparten, a proavo suo Heinrico II. illis concessum, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Cunradus diuina fauente clementia Romanorum Rex secundus. Quemadmodum ea quae ab aequitatis tramite deuiant regiae maiestatis auctoritate oportet corrigi. sic et ea quae iusta extiterint in sua rectitudine. firma et illibata necesse est custodiri. Quapropter notum facimus. omnibus regni christiani fidelibus. tam futuris. quam presentibus. quod dilectis fratribus nostris. sanctae Babenbergensis aecclesiae canonicis confirmamus tale ius. quale a proauo nostro gloriosissimo uidelicet imperatore Heinrico accepisse. et usque ad nostra tempora possedisse cognoscuntur. de nonis uindemiarum nostrarum in Bochparten percipiendis. Hanc inquam gratiam atque iusticiam a predicto seniore nostro piae memoriae. aecclesiae Babenbergensi primitus collatam, nos denuo eidem tradimus. et confirmamus. tam pro nostro. quam parentum. successorum-

Digitized by Google

que nostrorum remedio. quatenus cum caeteris aecclesiae benefactoribus orationum suffragio participare ualeamus. Omnes autem exactiones de cera. de Gwantonibus. quae cirotecae dicuntur. de arcu. et pharetra. siue de caeteris rebus quibuslibet. cellerario. uinitori. vindemiatori. et aliis omnibus generaliter in hac iusticia persoluenda interdicimus. ut solam retributionis aeternae mercedem pro eiusmodi beneficiis exspectare ualeamus. Ut autem haec rata et inconuulsa permaneant. hanc cartam inde conscriptam. sigilli nostri impressione insigniri iussimus. manuque propria ut infra apparet. corroborauimus.

Signum domni Cuonradi Romanorum Regis secundi (*Monogramma*).

Ego arnoldus cancellarius uice Heinrici Moguntini archiepiscopi et archicancellarii Recognovi.

L. S.

Anno dominicae incarnationis M. C. XLIIII. Indict. VI. Regnante Cvonrado Romanorum rege II. anno uero regni eius VI. data apud ammerbach. in christo feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

b) Indictio unitate decurtata est; nam annus regni VI^tus^ convenit anno Chr. notato usque ad 5^tam^ diem mensis Martii; mense autem Februario, antequam Wirceburgum accederet, ubi 23. Febr. morabatur, in locis circa Ammerbach rex versatus fuisse credendus est. Cnfr. Becmanni Hiſtorie von Anhalt. I. 434.

c) Editum in Schultes hiſtor. Schriften II. 355. et in Oeſterreichers Beyträgen IV. Heft 65. num. 3.

d) De Bochparten confr. diploma Heinrici II. sive sancti an. 1021. circ. 3. Jul., cuius ceu proavi sui rex Chunradus II. in hoc instrumento meminit.

Digitized by Google

CCCCLXXIII.

Anno 1144. circ. mens. Maium. Nurinberch.

Cuonradus III. Romanorum rex monasterio Sti. Petri Salzburg octavam partem aquae salinae, quam quidam Heinricus iudex ac trapezita Salzburgensis in loco super Tekkindorferebret vivens illuc designaverat, eoque mortuo archiepiscopus Cuonradus donaverat, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Cuonradus diuina fauente clementia Romanorum Rex secundus. Regiae celsitudinis est. aecclesiarum paci ac quieti in omnibus clementer prouidere. et quod iusticiae proprium est. unicuique sine alicuius detrimenti injuria. sua conseruare. Eapropter omnium tam futurorum quam praesentium nouerit industria. qualiter Heinricus iudex de Louphen in usus pauperum octauam partem aquae salinae in loco qui super tekkindorferebret dicitur adhuc uiuens designauit. sed eo mortuo uxor eius vastmuot tradidit. Haec aqua ad ius uenerabilis archiepiscopi salzburgensis Cvonradi. pertinuit. quia dum idem Heinricus iudex ac trapezita ipsius esset. eam de rebus eius lucratus fuit. Arbitrii ergo archiepiscopi fuit. aquam illam siue retinere. siue quo uellet conferre. sed uoluntatem suam diuinae uoluntati conjunxit. et fidelis uiduae traditionem. sua quoque traditione firmauit. Nos itaque petitione et interuentu praefati uenerabilis archiepiscopi. eandem aquam aecclesiae beati Petri confirmamus. edicto regali praecipientes. ne aliqua deinceps persona magna seu parua. hanc nostram confirmationem infringere praesumat. sed fratres in aecclesia beati Petri deo seruientes. ad usus pauperum eandem aquam omni tempore

Digitized by Google

sine alicuius detrimenti iniuria optineant. Vt autem huius nostrae confirmationis pagina firma et inconuulsa permaneat. sigilli nostri impressione eam insigniri iussimus. manuque propria ut infra uidetur corroborauimus.

Signum domni Cuonradi Romanorum Regis secundi (*Monogramma*).

Ego arnoldus cancellarius uice Heinrici moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognoui.

L. S.

Anno dominicae incarnationis. M. C. XLIIII. indictione. VI. Regnante Cuonrado Romanorum Rege. II. Anno uero Regni eius. VII. data est apud Nurinberch in Christo feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum et bene expressum, eius tamen ora interior cote sive alio modo laevigata invenitur atque crusta, vel sua antiquitate nobili, omnino destituta.

b) Indictio unitate decurtata est; annus enim regni VII. inde a die 6. mensis Martii respondet anno Chr. notato 1144. Rex vero mensibus Aprili et sequentibus usque in medium Augustum partim Babenbergae, partim Spirae morabatur, usque dum Saxoniam ad curiam Corbeiae in festo Bartholomaei habendam accederet. Intermedio ergo tempore Norimbergae quoque negotiis regni vacabat.

c) Ineditum.

Digitized by Google

CCCCLXXIV.

Anno 1146. mense Januar. finiente aut Februar. incip. Norimberch aut Ratisbonae.

Cunradus III. R. rex monasterium Wizenaha, situm in diocesi Babenbergensi, olim ab illustri viro Erbone fundatum, sub specialem suam recipiens protectionem, possessiones eius, nominibus expressas, confirmat, eique liberam abbatis atque advocati electionem concedit.

(*Chrismon.*) In nomine. sanctae. et. indiuiduae. trinitatis. ego. Cunradus. diuina. operatione. Romanorum. Rex. Omnibus. Christi. fidelibus. Quoniam sanctae matris aecclesiae filios nos esse gaudemus. uniuersis eius menbris (membris). maxime autem fidei domesticis. scutum regiae protectionis ubicumque res postulauerit. obtendere debemus. Nam sicut ipsi in hoc saeculo ad nostra fugiunt presidia. sic post hoc saeculum. immo et adhuc in saeculo positi ipsorum apud deum. querimus patrocinia. Itaque domni et fratris nostri in Christo. abbatis uidelicet Gozmari de Wizenahae suorumque fratrum annuentes peticioni. futurorum seculorum per opus pagine huius porrigimus noticiae. quod nos diuinae retributionis intuitu. aecclesiam sancti Bonifacii archiepiscopi et martiris quae uocatur Wizenahae. sitam in diocesi babenbergensi. quam olim vir illustris Erbo nomine. et uxor eius Willa. et neptis sua Hademuot fundauerunt. et sanctae Romanae aecclesiae manu potestatiua libere contradiderunt. cum omnibus personis deo ibi famulantibus. praediis quoque et mancipiis. sub specialem magnitudinis nostrae recepimus protectionem. confir-

Digitized by Google

mantes eidem monasterio praedia quae inpraesentiarum possidet. et quae in posterum praestante domino iusto acquisitionis titulo poterit adipisci. Possessiones autem quas optinet propriis uocabulis duximus exprimendas. uidelicet wizenahae in quo ipsum monasterium situm est. Mitteldorf. Idungestorf. Salmberc. Hilteboldesdorf cum castro in eodem fundo sito. Gerwartesdorf. Wisinsdorf. Perntal. Liuobenstat. Rampogen Rotenbach Tutenwiden. Albwinesberc. voltelenhouen. Pultesheim. Woluesbach. Helhenuelt. Nerdesdorf. Mosente. De cetero constituimus et regia auctoritate sanccimus. ut nominata praedia. fratribus sub monastica regula deo illic militantibus. firma semper et integra conseruentur. nullique hominum liceat ecclesiam illam temere perturbare. aut eius possessiones auferre. uel ablatas retinere. uel iniuste datas suis usibus uendicare. minuere. uel temeraria uexatione fatigare. sed omnia tuta maneant et quieta. eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt. usibus profutura. Nullus ibi abbas qualibet surreptione. uel uiolentia praeponatur. quem non communi consensu fratres. uel eorum pars consilii sanioris. uel de suo. uel de alieno si oportuerit collegio. secundum dei timorem. et beati Benedicti regulam elegerint. Uolentes etiam sepe dictorum fratrum quieti et commodo clementer prouidere. permittimus ipsisque indulgemus. quatenus eorum communi consilio. abbas aduocatum quem sibi pro tempore utiliorem prouiderint eligat. Qui si postmodum monasterio inutilis et fratribus grauis extiterit. alium quem uoluerint praeficiant. Nulli quoque abbatum aliquam prorsus aduocatiam alicui concedere liceat. ne forte locum et occasionem rapiendi quae sua non sunt. laicalis persona. manu inueniat importuna. et ut omnia hec tuta semper et illibata permaneant. hanc diualem paginam exinde conscriptam. sigillo nostro iussimus communiri. Testes sunt hii. Diepoldus marchio de voheburc. Otto palatinus de wittilinesbach. Gebehardus comes de Sulzbach. Othnandus de esckennuwe. Luopoldus de grin-

Digitized by Google

telaha. Othnandus de buorgelin. Pertholdus de Snigelingen. Gotfridus de wettenhoue et alii quam plures.

Acta sunt haec anno dominicae incarnat. M. C. XL. VI. Indictione VIII.

Data per manum Heinrici notarii.

L. S.

a) Sigillum impressum integrum quidem, sed a parte cerae exterioris, quae periit, et ab ipsa membrana avulsum, separatim adiacet, quod licet ipsius crucis decussatae, quae membranae incisa est, impressa a tergo vestigia retinuerit et chartae huic omnino conveniat, tali nihilominus materia constat, quae formam sigilli, nimirum imaginem regis ac inscriptionem, haud exacte reddidit ac conservavit.

b) Indictio unitate decurtata est. Annus autem regni non est expressus, sicuti nec locus peracti negotii nec mensis aut dies dati diplomatis. Qui inter testes primus nominatur, Diepoldus marchio de Voheburch, obiit anno 1146. 8va die April., et rex ipse die 14. April. eiusdem anni iam Huinae in Saxonia morabatur; ideoque ad finem Januarii aut initium Februarii anni 1146. hoc instrumentum referendum erit, quando rex Chunradus II. alias III. teste Ottone Frising., ab Aquisgrano, ubi adhuc 6. Januar. versabatur, Bavariam ingressus est, Norimbergae aut Ratisbonae subsistens.

c) Ad singularia in hoc instrumento ista pertinent: 1) quod careat Monogrammate, etsi haud annunciato in clausula contextus cum sigillo; 2) quod loco recognitionis cancellarii vice archicancellarii manus sola notarii formula magis a summis pontificibus et episcopis usitata: per manum notarii, memoretur.

d) Editum in Scholliner Dissertat. de fundatoribus monasterii Weissenoe et ex eo ab Ussermann in Cod. Probat. Episcopatus Bamb. 102.

CCCCLXXV.

Digitized by Google

CCCCLXXV.

Anno 1146. potius, quam 1147, circ. medium mensem Maium. Nurinberc.

Chuonradus III. R. rex, cum filio suo Heinrico, pro remedio animae Gerdrudis reginae, nuper defunctae, coenobio in Halesbrunnen praedium in Brucca donat, cum iure pastus in silva eidem praedio adiacenti.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Noticiae uniuersorum tam posterorum quam praesentium fidelium patere uolumus. qualiter ego Chuonradus dei gratia romanorum rex. adiuncto. H. filio meo predium quod situm est in pago qui dicitur brucca aliquando a dieperto jure feodali possessum. nunc autem ab eo iuste recompensationis restitutione in nostram possessionem sine omni controuersia retractum. cenobio in halesbrunnen in honore beatissimae dei genitricis Mariae constructo. pro remedio animarum nostrarum et nouiter defuncte gerdrudis reginae coniugis nostrae quiete et inconcusse possidendum offerimus. Hoc igitur praedium praefato cenobio praesentis scripture pagina roboramus. et sigillo nostro consignamus. addentes etiam ut pecoribus fratrum ibidem deo seruientium. per totam siluam eidem praedio adiacentem nostro iure et proprietati addictam. libere ab omni homine pastus et discursus permittatur. Siquis autem hanc donationem a nobis factam infringere uel aliqua uersutia cassare temptauerit. sciat se apostolicae auctoritatis et omnium spiritalium uirorum anathemate obligari. et a dei regno separatus ignibus gehennalibus in perpetuum dampnari. Huius rei testes sunt Gotefridus de nurenberc. Marquardus de gruonbach. diepertus de spilberc. Eberhardus de telphes.

Heinricus de Motingen. facta sunt haec anno M. C. XL. VII. Indictione. VIIII. feliciter regnante eodem rege.

L. S.

a) Sigillum, excepta ora inferiore nonnihil laesa, illaesum; modo tamen alias non facile obvio membranae inferius complicatae affixum magis, quam impressum, deficiente cera exteriori cum foramine solito; cuius loco solum apparet segmentum membranaceum, chartae inferius complicatae et ipsi sigillo ita insertum, ut pars fere tertia sigilli infra ipsam chartam promineat, laesioni valde obnoxia.

b) Ad singularia quoque ista pertinent:

1) quod desit monogramma, licet in contextu cum sigillo non indicatum;

2) quod omnis memoria cancellarii aut notarii taceatur, immo, quod pro forma oblonga instrumenti, in latitudinem protensa, nequidem locus monogrammati ac recognitioni cancellarii sit relictus;

3) quod omissi sint dies, mensis, annus regni, ac locus, quibus aut ubi data sit charta, vel negotium peractum.

c) Indictio IX^na^ ad annum 1146 pertinet, ad quem similiter negotium ipsum sive donationem in remedium animae reginae noviter, i. e. nuper defunctae factam pertinere necesse est; regina enim Gerdrudis obiit 1146. 14. Aprilis, nec anno sequenti, quocunque demum mense aut die, memoranda fuisset, noviter defuncta. Accedit, quod in hoc instrumento filius regis, Heinricus, nondum dicatur rex, qualis factus est anno 1147. 30. Martii: et quod ex ipsis testibus locus, ubi facta fuit donatio, nimirum Nurenberc, haud difficulter intelligatur. Jam vero tempore intermedio inter 14. April. 1146. et 30. Mart. 1147. semel tantum et quidem mense medio Maio Nurimbergae rex versabatur, ibique negotia tractabat. Cnfr. diploma eius 14. Maii in Originibus Guelf. V. 27. Ad illud ergo tempus hocce instrumentum referendum erit, licet annus 1147 in eo sit expressus.

Digitized by Google

d) Editum in Hockeri Heilsbronn. Antiquitätenſchatz, supplement. 111. in Schütz Corp. hist. Brandenb. IV. 41. n. 12. ex authographo et in Falkenstein Cod. diplom. ad Antiq. Nordgau. Norimberg. IV 31. n. 20.

CCCCLXXVI.

Anno 1146. 12. Julii. In episcopatu Ratisponensi.

Cunradus III. R. rex fratribus in monte Scti Gotehardi [illegible]sessiones confirmat, quas illis Cuonradus abbas de Altaha (Niederaltach) infra certos terminos contradidit.

a) Sigillum impressum illaesum et bene expressum, quamvis circulo ex orichalco circumdatum et munitum.

b) Monogramma regis non deest, quamvis in clausula contextus cum sigillo non indicatum.

c) Notae chronologicae inter se conveniunt.

d) Editum in Hund. metrop. II. Edit. Monac. 40. edit. Ratisp. 27. et in Mon. Boic. XI. 161. n. 40. inter monumenta Niederaltachensia; ubi p. 162. lin. 5. leg.: Hertwicus, loco Herwicus.

Digitized by Google

CCCCLXXVII.

Anno 1146. 21. Novembr. Wirzeburc.

Conradus III. R. rex fratribus de Cella (Oberzell) allodium Mose, quod a Bertholdo canonico Wirzeburgensi et fratre eius Ludolfo de Stuolingen pretio comparaverant, cum uno manso et eius decimatione ab Embrichone Wirzeburgensi episcopo illis contraditis, confirmat, aliasque legitimae traditionis circumstantias exponit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Ego Conradus Romanorum Rex secundus. Nouerint omnes tam futuri. quam presentis aeui in christo fideles. qualiter nos per gratiam dei regni gubernacula suscipientes. paci et utilitati aecclesiarum. et regi regum in eis seruientium. pro loco et tempore. semper fideliter astiterimus. bonamque uoluntatem illorum. pia protectione iuuerimus. et secundum posse et nosse nostrum. ad omnem stabilitatem et firmitatem in futurum promouerimus. fratres itaque de cella. sibi et suae prouide inuigilantes aecclesiae. temporibus praedecessoris nostri felicis memoriae Lotharii imperatoris. anno scilicet regni eius XI. quoddam allodium quod dicitur mose. a bertholdo canonico sancti Kiliani wirzeburgensis aecclesiae. precio comparauerunt. Quod dum prefatus ille bertholdus utpote clericus. secundum legem secularem eisdem fratribus delegare non posset. ad id faciendum. suum fratrem luodolfum de stuolingen acciuit. Idem (Iidem) uero fratres id suscepturi. non satis integre suis uiribus confidentes ad nostrum confugere praesidium. multis ac humilibus precibus rogantes. ut uice ipsorum hoc a praedicto luodolfo susciperemus. et sub nostra defensione

Digitized by Google

ad utilitatem ipsorum conseruaremus. Nos itaque fratrum honestis peticionibus acquiescentes cum essemus multis et diuersis praepediti causarum negotiis. fidum ac dilectum nobis ministerialem destinauimus arnoldum de rodenburg. qui iussu nostro a praedicto delegatore idem allodium uice nostra suscepit. Ne uero inter fratres ac eiusdem predii delegatores seu inter delegantium posteros. altercatio uel saltem aliquà in futuro oriatur dubitacio. hoc quoque omnes Christi fideles indubitanter nosse uolumus. quod idem allodium a matre praedictorum fratrum cuneza uidelicet nomine legitime. et sine omni quorumlibet heredum contradictione. usque ad terminum uitae suae quiete possessum. ad ipsos filios tam iusto hereditario iure descenderit. ut quaelibet inde faciendi liberrimam habuerint potestatem. Diuiserat enim prefata mulier cum fratre suo diethalmo de tokenburc hereditatem. et cesserat in portionem illius scheftersheim. hohenloch. buochheim. buthelbrunnen. sibi autem id est matri Mose et Ingesingen. Ingesingen uero ab heredibus collatum est aecclesiae chambergensi. Mose autem supradicto modo cellensi. Sciendum preterea quod procedente tempore domnus embricho wirceburgensis aecclesiae episcopus. eiusdem allodii mansum unum et omnem decimationem ad aecclesiam sancti burchardi pertinentem absoluerit. et praesente eiusdem aecclesiae abbate cum fratribus suis. et prioribus aecclesiae wirceburgensis. eorundem fratrum cellensium utilitati. pro remedio animae suae sine omni contradictione contradiderit. vt ergo haec omnia racionabiliter acta et distincta. rata et inconuulsa futuris temporibus permaneant. simulque ne ulla aecclesiastica secularisue persona praesumptuosa temeritate haec infringere. et eosdem fratres inquietare aut molestare praesumat. placuit nobis super hoc habita multa deliberatione secundum peticionem fratrum. regia auctoritate. et banni nostri promulgatione. sigillique nostri impressione paginae praesentis seriem corroborare et

Digitized by Google

confirmare. Testes qui praesentes fuerunt in collatione decimationis hii sunt. Otto maioris aecclesiae praepositus. Gebehardus tunc decanus. Hertwicus archipresbyter. Burchardus de senesfelt. Heinricus frater Kadeloi. Laici autem. Rubertus de thitenheim cum duobus filiis suis. Ministeriales sancti Kiliani. Billungus. Richalmus. Adelhun. Godeboldus. Colmannus. Ruthuicus albus.

In tradicione uero ipsius allodii testes qui affuerunt sunt hii. Arnoldus de rothenburc. Ludowicus comes de wirteneberc. cum plurimis fidelibus suis. Bertholdus de blochingen. Adelbertus. Adelhun. wirceburgenses. Wolbodo. Richolfus adelbertus. Harthunc. Boppo. Wernhere. Wortwin. de rumoldeshusen. Wernhere de candestat. Wezel. Lvotolt. Cuonrat. Waltere. Cuonrat. Godebolt. Arnolt. Cvono. Wolfram. Hereman. Gerunc. Baldewin. Bertolt. Hartnit. Eberwin. Regenhoch Lvodewich.

Signum domni Conradi Romanorum Regis secundi (*Monogramma*).

L. S.

Anno dominicae incarnationis MC. XL. VI. Indict. VIIII. Epacta. VI. Concurente (Concurrente) I.

Regnante covnrado romanorum rege secundo. anno regni eius. VIIII.

Ego arnoldus cancellarius uice heinrici moguntini archiepiscopi et archicancelarii recognoui. Data wirceburc XI. Kalend. Decembris.

a) Sigillum inpressum illaesum et optime expressum.

b) Notae chronologicae omnes inter se conveniunt, non exceptis epacta Juliana, et concurrente, quae vices supplebat litterae Dominicalis.

c) Annus regni Lotharii XI^{mus} in instrumento memoratus currebat ab anno 1135. 13 Septemb. usque ad anno 1136. 12 Septemb.

Digitized by Google

d) Editum a Grebner in expositione de ortu et progressu Cellae superioris Part. I. 17 et 18. et in Ussermann Codice probat. Episcopatus Wirceburg. 36. 37.

CCCCLXXVIII.

Anno 1146. circ. 21. Novemb. Wirzeburch.

Chuonradus III. R. rex concambium de parochia Utzingen, inter abbates, Hermannum Scti Michahelis Babenbergae et Pilgrimum Scti Burchardi Wirzeburch, initum confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Chovnradus. diuina fauente clementia Romanorum rex. Hermanno uenerabili abbati babenbergensis cenobii. Quotiens illud a nobis petitur. quod utilitati et honestati conuenire cognoscitur. animo nos decet libenti concedere. et congruum impertiri suffragium. ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Bonis enim religiosorum uirorum studiis non solum faucre. sed ad ea ipsorum etiam debemus animos incitare. Conuenit quippe regali magnificentiae quae ad pacem sunt statuere. et siqua a religiosis personis rationabili studio fuerint constituta. auctoritate regia roborare. Tuis ergo uenerabilis Herimanne abbas supplicationibus inclinati. concambium quod inter te et Pilgrimum abbatem sancti Burchardi de barrochia Utzingin consilio et consensu utriusque congregationis per manus aduocatorum factum est. et episcoporum banno confirmatum. regali auctoritate roboramus. et firmum futuris temporibus manere decernimvs. Siquis ergo contra hanc nostre diffinitionis paginam ausu temerario uenire presumserit. omni iure saeculari nisi resipiscat priuetur. compositurus centum libras auri puris-

Digitized by Google

simi. medietatem camerae nostre. et medietatem cenobio sancti MICHAHELIS in babenbergensi monte. Quod ut uerius credatur. et ab omnibus inconuulsum teneatur. presentis decreti cartam sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Huius nostre confirmationis testes adhibuimus. OTTONEM prepositum Wirzeburgensem. Item Gebehardum. Sigefridum. et Guntherum. prepositos. Popponem urbis prefectum. et fratrem eius Berhtoldum. Wolframmum comitem de Wertheim. Chunradum de Walrstein. Ruodpertum de Skegeuelt. Waltherum. Engilhardum. et Chuonradum fratres de Lubenhusen. Waltherum de Skipht. et fratrem eius Chunradum pris. Pillungum et Heroldum Wirzeburgenses. Iringum de Buzinesheim. Chunradum de Pleichfeld. cum aliis multis.

L. S.

Signum Domni Chuonradi Romanorum Regis Inuictissimi Arnoldvs Cancellarivs. uice Heinrici archicancellarii. recognoui (*Monogramma*).

Data Anno Dominicae Incarnationis. Mill. C. XLVI. Indictione. VIIII. Regnante domno Chunrado gloriosissimo rege. Anno regni eius. VII. Actum Wirzeburch feliciter.

a) Sigillum impressum in quatuor partes fractum est, quarum pars minima cum tota cerae externae massa membranae adhaeret, tres aliae partes avulsae separatim adiacent, omnes simul vix non totum sigillum, optime expressum, exhibent, tam imaginem, quam inscriptionem.

b) Regni annus erroneus notatur loco currentis IX^ni. Indictio anno Chr. notato respondet, cui etiam, favet locus Wirzeburch, ubi rex morabatur saltem 21 — 24. Novemb. 1146.

c) Editum in Schultes hiſtor. Schriften II. 358 et in Ussermann Cod. Episc. Bamb. 101.

CCCCLXXIX.

Digitized by Google

CCCCLXXIX.

Anno 1147. 1. vel 2. Mart. Biscophesheim.

Cunradus III. R. rex cellam beatae Mariae in Waltsassen, cuius fundator marchio Theobaldus erat, in tuitionem suam recipit, liberamque fratribus eius advocati sive patroni electionem concedit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis ego Cunradus. Diuina fauente clementia Romanorum Rex. Quicquid in aecclesiis dei deuotione fidelium collatum fuerit. eo pacto in usum nostrae salutis conuertimus. si quod illi obtulerunt. nos per potestatem diuinitus nobis collatam defensare satagimus. Itaque cellam beatae dei genitricis Mariae sitam in loco qui dicitur Waltsassen cuius fundator exstitit uir illustrissimus Marchio Theobaldus. in tuicionem regiae auctoritatis suscipimus. Proinde praecipiendo statuimus et statuendo praecipimus. ut quicquid in subsidium uitae mortalis. pauperibus Christi deo illic seruientibus eidem cellae per memoratum principem contraditum est. in uillis. agris. pascuis. pratis. molendinis. piscationibus. siluis. cultis. uel incultis. uel in quibuslibet utilitatibus usibus hominum profuturis. quesitis. uel inquirendis. perpetua stabilitate inconuulsum permaneat. Statuimus etiam et perpetua lege sanccimus. ut super possessiones ipsorum fratrum quas habent. uel postmodum cuiuscumque largitione habituri sunt. uel etiam super colonos noualia eorum incolentes. nullus mortalium ius aduocationis sibi usurpare praesumat. sed cum necessitas aliqua eis ingruerit. quem ipsi sibi patronum adsciverint. in eorum arbitrio consistat. Quod si quisquam temerarius contra nostrae institutionis decretum prefatos seruos dei qualicumque uexatione

Digitized by Google

inquietare praesumpserit. nisi commonitus statim resipuerit. adiudicatus beneficiis suis expolietur. et si obstinatus fuerit. etiam majestatis reus habeatur. Porro ut per succedentia tempora hujus priuilegii certitudo cunctis innotescat. praesentem paginam exinde iussimus conscribi. et sigilli nostri impressione insigniri. Huius rei testes sunt Ansalmus episcopus habelburgensis. Episcopus sepontinus fridericus dux iunior. Heinricus capellanus. Godefridus de lovden. Cunradus de walrstein. Arnoldus de rothenburch. Richwin boekelin. Walterus colbo. frater berno. et alii plurimi.

Signum domini cuonradi romanorum regis secundi.
(*Monogramma*).

Ego arnoldus cancellarius uice heinrici moguntini archiepiscopi. et archicancellarii recognoui.

Data VII. Nonas Martii. anno dominicae incarnationis M. C. XL. VII.

Regnante cuonrado Romanorum Rege secundo. anno regni eius. VIIII. Actum biscophesheim in Christo feliciter. amen.

L. S.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Mensis Martius, immo nullus mensis, numerat septem Nonas. Adeoque VII^mus Nonas positus vice: Kalendis, aut unitate abundat, legendusque VI. Non. Indictio non est expressa. Annus autem regni nonus adhuc currebat 1147. usque ad 5^tum diem Martii, quo tempore rex Francofurtum accessit, curiam celeberrimam ibi habiturus.

c) Locus parvus exesus ex contextu et ex libro cop. antiquissimo f. 17. suppletus est, attento ipso loco exeso.

d) Ineditum.

Digitized by Google

CCCCLXXX.

Anno 1149. mense Julio. Wirceburg.

Cunradus III. R. rex monasterio Ebera concambium bonorum, nominibus expressorum, inter maius monasterium Scti Kiliani Wirceburgense et monasterium Eberacense initum, confirmat, curiasque huic monasterio concambio traditas a iure advocati Wirceburgensis eximit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae. trinitatis eiusdemque. inseparabilis unitatis. Cunradvs Dei gratia Romanorum. Rex. secundvs. Si antecessorum nostrorum regum seu imperatorum piae deuotionis limitem prosequendo ad cultum diuinae religionis ecclesiis dei in posterum prouidere et de statu ac profectu illarum pro debito regiae auctoritatis oportunae (opportune) studebimus ordinare. id nobis tam ad praesentis uitae tranquillitatem quam ad futuram beatitudinem promerendam profuturvm non ambigimus Eapropter omnibus tam futuris quam praesentibus christi fidelibus notum facimus qualiter per manum filiorum nostrorum Henrici iunioris regis et friderici nec non fidelis nostri Marquardi de grunbach allodia quedam quorum hec nomina sunt. Zvbelrod. in haprethteshusen. superiori XIII mansos. in haprethteshusen inferiori XIIII mansos. in houeheim XI mansos in weterunga XI mansos. in hochusen. et in wegengheim et in kennengheim XX mansos et tria molendina cum uineis et nemoribus ibidem sitis wirceburgensi ecclesiae sancti et preciosi martyris Kiliani in maiori monasterio in perpetuos usus fratrum ibidem

Digitized by Google

deo seruentium (seruientium) contradita et corroborata sunt hac interiecta cautione ut siqua ecclesiastica saecularisue persona iusta ac rationabili causa praelibata bona retraxerit et abstulerit ac subtraxerit usibus praedictorum fratrum confratres illi de ebera aliis bonis congruentibus iacturam illatam reconpensent. Fratres uero supradicti pro allodiis sibi et aecclesiae suae contraditis curiam suam sulzheim et truthbac eberacensi cenobio in usus fratrum ibidem deo seruientium in perpetuum tenendam tradiderunt. Huic per manum filiorum nostrorum factae traditioni bobo comes aduocatus altaris maioris ecclesiae intererat et aduocatiam omniaque iura aduocatiae quae de praefatis bonis sibi et heredibus suis persoluenda deinceps fuerant in usus praesignatorum fratrum reresignauit. Nos uero regali edicto hanc traditionem sanctientes statuimus ne aliqua magna uel parua persona in regno nostro aduocatiam illam uel iura aduocatiae ipsius aduocato supradictae aecclesiae seu cuiquam personae inbeneficiare nisi fratrum consensu. uotiua concordia et unanimi peticione. Verum quia non decet nec fas est ut per calumpniam aliquam praesumatur inminui quod sanctitum est iudicio principali. cartam praesentem sigilli nostri titulis insignitam de comcambiis his fieri et dari praecepimus. quatinus actio causae huius signis et ratis astipulationibusque munita sollempnibus inuiolata permaneat. Testes itaque huius rei sunt liberae condicionis uiri Adelbertus marchio de saxonia. Boppo praefectus urbis et frater eius Bertholdus. comes Sizo. de turingia Rubertus de castello et Frater (fratres) ejus Hermannus. et Adelbertus. Comes Ernest. de turingia. Fridericus de truhendingen et Adelbertus Frater eius Manegoldvs de tuncdorf. Sigeboto de Scartwelt. Cunradus de tungede Rubertus de Fraburg. Wolfram de Bebenburg. Wolfram de Wertheim. Ditpertus de Spileberch. Fridericus de Buchele et alii multi.

Ministeriales uero hii sunt. Richwinus. Iringus. Billungus. Billungus. Gebehart. Ebo. Hartmuth. Richolf. Engelbertus

Digitized by Google

Gothebolt. Gothefrid. Heinrich. Henrich. Rudolf. Iring. et alii multi.

Signum. Domni. Cunradi. Romanorum. Regis. secundi. (*Monogramma*).

L. S.

Ego Arnoldus cancellarius uice heinrici mogontini archiepiscopi recognoui.

Data Wirceburcg Anno Domini M. C. XLVIIII. Indictione XII. Regnante Cunrado romanorum rege II.

a) Sigillum, a laeva scribentis manu, sive a latere monogrammati opposito impressum, illaesum et bene est expressum.

b) Indictio respondet anno Chr. notato. Annus regni non est expressus, nec etiam dies aut mensis. Curiam autem hoc an. 1149. a Conrado II. mense Julio Wirceburgi fuisse celebratam docet epistola inter Wibaldianas 201; ad istum ergo mensem hoc instrumentum pertinere oportet.

c) Adsunt duo exemplaria authographa eiusdem diplomatis; unum Wirceburgense, unde ista desumpta sunt, adhuc ineditum; alterum Eberacense, saepius editum, in Bruschii Monasteriologia 146. Crusii Annal. suev. Part. II. 409. Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 942. in libro: Immedietas Eberacensis 243. et in privileg. Ebracens. II. p. 1. n. 41.

d) Potissima differentia utriusque exemplaris apparet in sancita exemptione a iure advocati Wirceburgensis, quae distinctius et copiosius exprimitur in exemplari Eberacensi, saepius edito. Aliae varietates memoria dignae sunt: maior numerus punctorum; testes: Rupertus de castello, et fratres eius Herimannus et Adelbertus, distinctius nominati; testis inter ministeriales: Gebehart omissus, cui ad finem substitutus est: Arnoldus; inscriptio sigilli circa locum eius minio in membrana picta ac repetita, in exemplari Eberacensi.

Digitized by Google

CCCCLXXXI.

Anno 1151. circ. 15. Septembr. Wirzeburg.

Cuonradus III. R. rex nemus Steigerwalt, certa ratione e manibus variorum dominorum ac infeudatorum liberatum, per Gebehardi episcopi Wirzeburgensis ministerialem monasterio Ebera delegari facit, excepta parte nemoris castro Stoliberg contigua, reservato quoque iure lignorum castellanis de Stoliberg et curiae episcopi Lindenloch.

(*Chrismon.*) In Nomine Summae et indiuiduae trinitatis Cuonradus Dei gratia Romanorum Rex secundus. Quia tunc uere reges sumus si quod hominum ore dicimur officii dignitate adimplemus. conueniens et salutare est. ut ecclesiis dei defensionis nostre patrocinium porrigamus. his tamen praecipue locis. in quibus religiosas personas nouimus aggregatas. Eapropter notum esse cupimus omnibus in Christo fidelibus qualiter eternae retributionis obtentv. et rogatu domni Adam reuerendi abbatis primi in EBERA et fratrum suorum effecimus cum filio nostro FRIDERICO quatinus siluam quc uocatur STEGERWALT praefati monasterii possessionibus contiguam et pertinet ad curiam SVARZA a quodam fidele nostro milite GVALTHERO qui praedictam curiam cum praefata silua ab eodem filio nostro in beneficio habebat in manu sua reciperet. et item in manus domni sui GEBEHARDI. Wirziburgensis episcopi resignaret. hac scilicet racione ut idem episcopus ad praenominatum monasterivm EBERA. iure perpetuo possidendam transactaret. Vt autem praedictus filius noster libentius praeberet assensum. abbas praenominatus et fratres sui quinque mansos sitos in uilla que Rudeshouen

Digitized by Google

dicitur in manus praefati episcopi GEBEHARDI delegauerunt, quibus nichilhominus ipse filium nostrum beneficiauit. Sed et alios mansos tres in uilla Spizesheim sitos in ius proprietatis tradiderunt filio nostro. et insuper XXX. marchas argenti nobis dederunt. ut ageremus cum fidele nostro homine MARQVARDO de GRVNBACH. quatinus aduocaciam de villa HERELHEIM et curiam unam sitam ibidem que a GEBEHARDO sepedicto episcopo habebat in beneficio reciperet de manu ARNALDI hominis nostri quem eisdem bonis beneficauerat et in manus eiusdem episcopi resignaret. itemque episcopus filio nostro FRIDERICO in beneficium concederet. et nichilominus FRIDERICVS iam dicto Gvalthero pro beneficio in recompensationem commoditatis quam de silua singulis annis consequebatur concederet. Harum commutationum rationem ut gratiorem haberet sepedictus ac dicendus adhuc GEBEHARDVS episcopus accepit. X. argenti libras datas ab ipsis fratribus. et alias nichilominus decem Gvaltherus. ut peticioni fratrum libentius inclinarent animum. et uoluntarium praeberent assensum. Hoc modo et hoc ordine liberum et absolutum nemus quod dicitur Steigerwalt GEBEHARDVS episcopus per manum HARTMVDI ministerialis sui ad altare beatae MARIAE in ebera delegauit sine omni contradictione perpetualiter possidendum. excepta parte illa modica que castro quod Stoliberg dicitur contigua est strata facta per transuersum sicut fratribus eiusdem loci complacuit. ut qui sint utriusque partis termini. et quatenus pertingant ac qualiter collimitent. queat manifeste dinosci. Sciendum et hoc quod castellani qui praedictum castrum STOLIBERG inhabitant. ligna ad focum in parte illa nemoris quae fratrum ditioni subdita est sine licentia fratrum sumere possunt. et ad usus edificiorum *castri* cum licentia et permissione. et pascere pecora pro libitu quae nutriunt in castello. et non alia. Nec praetereundum quod curia episcopi. LINDINLOCH. exinde habere debet permissione fratrum. ligna ad usvs edificiorum. Et ut haec

omnia rata permaneant et inconuulsa paginam praesentem de his conscribi fecimus. quam sigilli nostri titulis insignimus. Quod siquis huius praecepti nostri uiolator temerarius existat. centum libras auri meri legibus componat. Confirmationis huius nostre testes sunt. CLERICI. Burchardus praepositus. Richolfus. Heinricus. Sigelo. Heinricus. Sigefridus. PRINCIPES. Cunradus. Marchio de saxonia. et Adelbertus marchio. Herimannus de Winzenburg. LIBERI. Marquardus. de Grunbach. Adelbertus de Druhendingen. Cunradus de Ragoz. Gotefridus de nurenberg. Marquardus et Henricus de luden. et alii multi. MINISTERIALES. Billung uicedomnus. Billungus. Goteboldus Gottfridus Heinricus Arnaldus de rotenburg. Dipracht de lindach. et alii multi.

Signum domni CunRADI RomAnoRum Regis inuictissimi. (*Monogramma*).

L. S.

Ego Arnaldus uice Heinrici mogontini archiepiscopi et archicancellarii recognoui.

Anno domini M. C. L. I. Indictione. XIIII. Regnante Domno Glorioso CVNRADO romanorum rege. II. Anno regni eius XIII. Actum Wirzeburg. feliciter. AMEN.

a) Sigillum, quod impressum erat, periit, studio exsectum, cuius indicium remansit cerae macula circa locum foraminis et in membrana superincumbente.

b) Indictio anno Chr. notato convenit, quo tamen annus regni XIII^{tius} nonnisi usque ad 5^{tam} mens. Martii currebat. Quamvis autem mense Febr. eiusdem anni rex Conradus II. Wirceburgi versatus videatur, antequam ad curiam Norimbergensem 18. Mart. celebraturus accederet, (cnfr. epist. Wibald. 281); potiori tamen iure hic intelligenda erit curia solemnis medio mense Septembr. eiusdem anni

Digitized by Google

anni coram nominatis in hoc instrumento Saxoniae principibus Wirceburgi habita, adeo, ut annus regni completus ante sex circiter menses sit computatus.

c) Vocabulum cursivis litteris notatum, alia manu, alioque atramento, utrisque tamen si non coaevis, saltem antiquissimis, supra lineam scriptum additumque conspicitur.

d) Ineditum.

CCCCLXXXII.

Anno 1151. 23. Novemb. Wirzeburch.

Counradus III. R. rex Hertwico, sacerdoti de Iphehoven totam decimam in Iphehofen, contra Hertwicum de Erlach, adiudicat, qui contendebat, se duas partes decimae illius ab abbatissa et ecclesia Kizzingensi iure paterno in beneficio habere.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuidue trinitatis Covnradus diuina fauente clementia Romanorum Rex secundus. Diuinis ac salutaribus sanctarum scripturarum erudimur documentis. et antecessorum nostrorum piis ammonemur exemplis. ut in tranquillitate positis nutrimenta salutis adhibeamus. et in aduersitate uiolenter afflictis misericorditer subueniendo congruum defensionis auxilium impendamus. Eapropter omnibus tam futuris quam presentibus christi regnique nostri fidelibus notum esse uolumus. qualiter nos lacrimabiles querimonias Hertwici sacerdotis de iphehouen diu contra iusticiam a Hertwico de Erlach grauati. clementer admisimus. et discusso utrimque negotio. iustitiam quam ipse et antecessor ejus diuinarum censura legum de duabus partibus decimae in uilla iphehouen assecuti fuerant. concordantibus humanarum legum

species of Aphides was undescribed. In Monterey Cypress (*Cupressus macrocarpa*) I found a species of *Lachnus* which I described in the Entomologist's Monthly Magazine, vol. xxiii. p. 273, as *L. cupressi*. Mr. Buckton, in his 'Monograph of the British Aphides,' vol. ii. p. 19, has described a species of *Lachnus* found on Cypress in England, which he has named *L. cupressi*. Mr. Buckton's species is, however, quite distinct from mine, and I have therefore renamed mine *L. californicus*. Mr. Buckton's species is a native of Europe, and probably of the Mediterranean region, and was introduced into England on Cypress trees. Mr. Buckton's species is described as being of a dull brown colour, with a dusky patch on the back of the abdomen, and with the antennæ, legs, and cornicles black. My species is described as being of a pale yellowish green colour, with the antennæ, legs, and cornicles pale yellowish green, and with the tips of the tibiæ and tarsi black. Mr. Buckton's species is figured as having the cornicles rather short and thick, and my species is described as having the cornicles long and slender. Mr. Buckton's species is described as having the antennæ about as long as the body, and my species is described as having the antennæ about two-thirds as long as the body. Mr. Buckton's species is described as having the tail short and rounded, and my species is described as having the tail long and pointed. Mr. Buckton's species is described as having the tail short and rounded, and my species is described as having the tail long and pointed. Mr. Buckton's species is described as having the tail short and rounded, and my species is described as having the tail long and pointed.

Ego Arnoldus Cancellarius uice Heinrici Maguntini Archiepiscopi et Archicancellarii recognoui. Data Wirzeburch. VIIII. Kal. Decembris.

Anno dominice Incarnationis M. C. L. I. Indictione XIIII. Regnante piissimo Covnrado Romanorum Rege secundo augusto. Anno uero regni eius XIIII.

a) Sigillum impressum illaesum et bene expressum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Fr. Ant. Jägers Geschichte Frankenlands III. Theil 315—317. num. 6.

CCCCLXXXIII.

Anno 1152. circ. 2. ante 14. Febr. Babenberg.

Conradus III. R. rex monasteriis Ebera et Langheim confirmat fontem salis iuxta vicum Lindenowa, ab Eberhardo episcopo Babenbergensi illis delegatum, ut concordi communione possideant, expensis autem Adami Eberacensis abbatis a beneficio comitum de Hennenberg et cuiusdam Gerungi liberatum.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae. et indiuiduae. trinitatis. Conradus. Diuina. clementia. Romanorum. Rex. secundus. Dignitas imperii nostri. pietatis operibus exornatur. et gloria nostra cultu iusticiae subleuatur. Decet ergo nos operam dare cultui iusticiae. uacare pietati. sic nostro conuenit honori Precipue tamen uiris religiosis debemus inclinare dulcem affectum clementiae nostrae. et in omnibus negociis suis. manum porrigere

Digitized by Google

regiae pietatis. Eapropter omnibus tam subsequentibus quam praesentibus in Christo fidelibus notum esse uolumus. qualiter uenerabilis babenbergensis aecclesiae episcopus. EBERHARDVS. uoluntate cleri ac familiae. fontem salis. qui oritur iuxta uicum qui lindenowa uocatur. ad altare beate MARIAE semper uirginis in langeim ea conditione delegauit. quatinus confratres illi de Ebera. confratribus Langhemensis aecclesiae communibus expensis suis. communem et usibus suis profuturum faciant. et de reliquo concordi communione aeque sine omni alicuius contradictione perpetuo possideant. Verum quia popo. comes de hennenberg. et frater ejus Bertholdus fontem eundem cum aliis beneficiis a praefato episcopo pro beneficio habuerunt. et ipsi nichilominus quendam hominem suum Gerungum per eum beneficauerant. venerabilis abbas eberacensis. ADAM. primus eiusdem loci. effecit cum eodem POPONE comite et fratre eius Bertholdo. ut reciperent eum a beneficato suo Gerungo. et eum resignarent episcopo. datis quinque marcis praenominato Gerungo. quo gratius et libentius hoc fieri consentiret. quas praedictus abbas eberacensis persoluit. Decernimus ergo ut nulli hominum liceat praefatas aecclesias de fonte perturbare aut auffere uel ablatum retinere. minuere. aut aliquibus uexationibus fatigare. sed integer et saluus permaneat. et conseruetur. eorum pro quorum sustentatione concessus est usibus profuturus. Et ut haec omnia rata et inuiolata permaneant omni tempore contra omnium hominum infestationes. traditiones praescriptas et concessiones propria manu firmamus. et praesentem paginam sigilli nostri titulo insigniri fecimus. Quod siquis huius praecepti nostri uiolator temerarius extiterit. centum libras auri meri legibus componat. Huius confirmationis nostre testes sunt. canonici babenbergensis maioris aecclesiae. Volricus praepositus. Volmarus decanus. Brun episcopus. Lupoldus praepositus. Conradus custos. Hermannus rufus. Giselbertus archidiaconus. Eberhardus scolasticus. LIBERI. Conradus comes de dachowa. Gerhardus comes de bertheim.

Digitized by Google

et Hermannus frater eius. Gebehardus de Waldegge. et frater eius Marcquardus. Arnoldus de treuegast. Renoldus frater episcopi. Otto de niesten. MISTERIALES (MINISTERIALES). Hermannus de eisge. Billungus de menestorf. et Gundelohus frater eius. Arnoldus de constat. Eberhardus de lapide. Eberhardus de houesteton. Conradus camerarius.

Signum domni Conradi romanorum regis inuictissimi (*Monogramma*).

Ego Arnoldus. Cancellarius. uice Heinrici. mogontini. Archiepiscopi. et Archicancellarii. Recognoui.

L. S.

Anno ab incarnatione domini. M. C. LII. Indictione XV. Regnante domno conrado romanorum rege II. anno regni eius XIIII. Actum Babenberg feliciter in Christo. Amen. Amen. Amen.

a) Sigilli impressi, sed in superiore et sinistra ora valde laesi, maior pars chartae adhaeret, totam regis imaginem optime expressam cum potissima parte inscriptionis, pariter optime expressae, exhibet.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt. Dies ac mensis non quidem sunt expressi; cum tamen, teste Ottone Fris., rex Conradus iam infirmus 2da die Februarii 1152 civitatem Babenberg accesserit ac ibidem 15. Febr. eiusdem anni obierit, ad diem 2^{dam} usque ad 14^{tam} Febr., sive diem penultimam vitae eius hoc instrumentum referendum erit.

c) Editum in Schultes hiſtor. Schriften I. 73. et in Ussermann Codice episcopatus Bamberg. 107.

d) Desumtum ex Archivo Bamberg. Copia eius per omnia consentanea habetur in libro copiali Eberacensi an. 1409. Fol. 226. Similis quoque copia invenitur in libro quodam copiali Langheimensi, super

Digitized by Google

Tampach an. 1498 conscripto, Fol. 160, ubi F. 159. inserta est ipsa Eberhardi episcopi traditio, utrique ecclesiae, Eberacensi ac Langheimensi, post liberationem e manibus comitum de Hennenberg et Gerungi, facta, in curia, quae a Conrado rege Babenbergae in purificatione B. Mariae 1151 (1152) celebrata est; ex quo Episcopi instrumento simul patet, duos diversos Adamos primos abbates monasteriorum, Eberacensis et Langheimensis, fuisse. Confr. Ussermann Hist. Ep. Bamb. p. 360.

CCCCLXXXIV.

Anno 1152. 12. Mart. Aquisgrani.

Fridericus I. R. rex Eberhardo II. Babenbergensi episcopo eiusque ecclesiae abbatiam regiam Altaha (Niederaltach) tradit ac subiicit.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metropol. II. Edit. Monac. 28. edit. Ratisb. 19. Lünig spicileg. eccles. Continuat. I. 483. et Mon. Boic. XI. 165. num. 42.

d) Editiones istae non ex originali in Babenbergensi archivo asservato desumtae erant, sed potius ex Codice Hermani abb. continuato fol. 121. n. 175. et ex speciali transsumto, quod in monasterio Niederaltachensi habebatur. Hocce quidem transsumtum membranae tenui manu saec. finiente XIII. aut incipiente XIV. inscriptum in toto contextu cum originali consentit. Differt autem ab eo,

1) quod in linea ultima errorem quendam scriptoris punctis sub vocabulo perperam scripto indicet;

2) quod omittat Chrisma initiale et monogramma regis cum praecedenti formula illud annunciantis: signum etc.;

Digitized by Google

2) quod sigillum a tergo impressum habeat, tenuissima licet cerae fiatur massa constante, nichilominus potissimum tum sigilli tum inscriptionis partium representantes; quod est ipsius Eberhardi episcopi Babenbergensis sigillum.

CCCCLXXXV.

Anno 1154. 3. Februar. Babenberc.

Fridericus I. imperator, qui iam bina vice, in curia Ratisponae et in curia Stalboume abbatiam Altaha, in pago Chunzengowe, in comitatu comitis Eggeberti situm, ecclesiae Babenbergensi ex sententia principum confirmaverat, nunc tertia in curia Babenbergae celebrata illam ecclesiae Babenb. cum ipsa advocatia, a comite Bertoldo de Andechse sibi resignata, tradit, acquiescentibus abbate, monachis clericis ac ministerialibus istius abbatiae.

(*Chrismon.*) IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. FRIDERICUS. DIUINA. CLEMENTIA. FAUENTE. REX. Si ad culmen eorum qui tel omnia sua. uel etiam dimidium substantiae suae deo offerunt. peruingere non ualemus. aliquatenus tamen ad ea commerita ubi temporalibus fuerantur asterna. sub fasce regalis magnificentiae suspirantes. ecclesias dei sublimare. et amplificare intendimus. ibi autem impensius. ubi tam in dei. quam in regni seruicio studia propensiora adiuertimus. Inde est quod aecclesiam Babenbergensem longe retro a nostris predecessoribus ditione regalia abbatiae altha (Altaha). prout scriptis uerscribus ostenditur honoratam. non tamen eandem plenarie usque ad nos consecutam. iam misericorditer quam iuste respeximus. et ei ius suum in prefata ab-

batia. consilio et consensu principum Ratisponae in curia sollempni. per manum comitis pertolfi de andechse. ad hoc nobis in aduocatum electi. confirmauimus. Quibusdam autem de illa abbatia obmurmurantibus et ob hoc partibus in iudicium uocatis. et contradictoribus contumaciter. propter causae diffidentiam absentatis. adiudicante Heinrico. Ratisponensi episcopo. et consentientibus qui aderant regni principibus fidelem et familiarem nostrum Eberhardum secundum babenbergensis aecclesiae episcopum iure predictae abbatiae Stalboume reinuestiuimus et ex sententia curiae per aduocatum loci Pertolfum de Bogen. in possessionem monasterii althensis. indroduci (introduci) iussimus. His autem omnibus rite compositis. ac postmodum abbate Polizlao. monachis quoque clericis et ministerialibus cum omni obedientia et beniuolentia acquiescentibus eandem abbatiam altha sepe nominatam in pago Chunzengovve. in comitatu comitis Eggeberti sitam. denuo per manum Pertolfi de Andechse. ad altare sancti Petri Babenberc. celebrata ibidem purificatione beatae MARIAE cum omni stabilitate et auctoritate tradidimus. obtentu uidelicet prefati babenbergensis episcopi. ob memoriam domni patrui. ac predecessoris nostri Cvonradi regis. II. qui in illa aecclesia sepultus est. et tam deuotum quam continuum. quod aecclesia babenbergensis regno impendit seruicium. Aduocatiam nichilominus quam pertolfus nobis resignauit. eius rogatu babenbergensi episcopo confirmamus. statuentes. et firmiter precipientes. ut per omnem temporum successionem. omnibus ad eandem abbatiam. siue aduocatiam spectantibus iura sua illibata conseruentur. et nullum grauamen in iusticia. uel conditione sua. ab episcopo uel abbate. siue aduocato patiantur. Quae ut omni euo rata et inconuulsa permaneant. presentis paginae scripto. et sigilli nostri impressione roborari precepimus. Testes sunt horum. Arnoldus Magontiensis archiepiscopus. Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus. Hillinus Treuerensis archiepiscopus. Heinricus Ratisponensis episcopus. Otto frisingensis

Digitized by Google

gensis episcopus. Cvonradus Pattauiensis episcopus. Anselmus hauelbergensis episcopus. Marcwardus fuldensis abbas. Heinricus dux bavvariae. Welfo dux. Otto palatinus comes bavvariae et filii eius Otto et Fridericus. Otaker Marchio de stira. Adelbertus Marchio de Saxonia. Pertolfus Marchio de Cambe. Heinricus prefectus urbis ratisponensis. et frater eius Otto comes. Gebehardus comes de Sulzbach. Eggebertus comes de butene. Cvonradus comes de Dachovve. et frater eius Arnoldus. Pertolfus comes de Andechse. Pertolfus comes de Bogen. Vdalricus comes de Lencenburc. Pertoldus comes de thirol. Egeno comes de vehingen. Nobiles et liberi. Marcwardus de Grunbach. Ovdalricus de hurningen. Adelbertus de Truhentingen. Adeloldus Walpoto. Altman de Sigenburc. Ovdalricus de Steine. Rubertus Wolf. Regenoldus de Otelingen. Gebehardus de Waldegge. et frater eius Marcwardus. Adelbertus de Berge. Heinricus de Otelohesdorf. et frater eius Meingoz. Ministeriales. Walther de Schipphe. Hartman de Sibenheich. Pertoldus de Rasche. Heinrich de Papenheim. Herman de Eische. Pillungus de Memestorf. et Gundeloch frater eius. Eberhardus de Tunteuelt. Adelbertus de Vraha. Otnandus de Burgelin. et Adelbero frater eius et alij quam plures;

SIGNUM FRIDERICI REGIS ROMANORUM (*Monogramma*) INUICTISSIMI. CEIZZOLFUS CANCELLARIVS UICE ARNOLDI ARCHICANCELLARII RECOGNOUI.

Data III. NONAS Februarii. Anno dominicae incarnationis. M. C. L. IIII. Indictione II. Anno regni Friderici regis II. Actum Babenberc. feliciter. AMEN.

a) Autographum cum Bulla aurea appensa aut periit, aut nondum est inventum. Cnfr. v. Lang. Regesta I. 212, cuius loco hic exhibetur copia in ipso archivo regio monachii ante plures annos facta.

Digitized by Google

b) Notae chronologicae inter se conveniunt,

c) Editum in M. B. XI. 169. n. 45. sed omissis fere omnibus testibus, nimirum ex cod. Hermanni abb. continuato fol. 121.

d) Cnfr. Diploma 1152. 12. Mart. Aquisgrani.

CCCCLXXXVI.

Anno 1155. circ. mensem Martium.

Fragmentum diplomatis, quo Fridericus I. R. imperator monasterium Kaisheim, ab Heinrico comite de Lechsgemunde constructum, confirmat, et praedia quaedam propriis nominibus exprimit.

*In nomine sanctae et individuae trinitatis. Fridericus diuina fa*vente. Clementia. Romanorum Imperator Invictvs. Desiderium quod ad religionis propo*situm tendit. decet impleri. et piis fidelium* uotis imperiale inpertiri suffragium. Quia ratum constat quod beate memoriae Walterus Avgvstensis episcopus. *comes etiam Heinricus de Lechsgemunde et uxor ejus comitissa Luicardis ac* filius eius volchradvs uestri monasterii fundatores. uoluntate et collaudatione filiorum ac filiarum omniumque *legitimorum cohaeredum suorum. locum qui Kais*heim dicitur in quo secundum ordinem et regulam cisterciensium omnipotenti deo deseruitis. uobis tradiderunt ac *Heinricus quidem comes legitima delegatione. sed praefa*tus Walterus augvstensis episcopus uobis propriis scriptis firmauerunt. nos eorum bona studia prosequentes. eundem locum *et monasterium in eo constructum. imperiali nostra auctoritate* communimus. et tibi dilecte in domino Ovdalrice abbas tuisque fratribus tam praesentibus quam futuris ipsum habendum et possi*dendum perpetuo iure. confirmamus. Praeterea* quascumque possessiones. quecumque bona idem locus in presentiarum iuste et canonice possidet. aut in futurum concessione *regum aut impera-*

Digitized by Google

*torum. donatione principum aut comitum. oblatione fi*delium. seu aliis rationabilibus modis praestante domino poterit adipisci. firma tibi et illibata permaneant tuisque *ac fratrum tuorum usibus profutura. Praedia autem quaedam propriis duximus exprimenda voca*bulis. uidelicet ipsum locum. Kaisheim. Bertensteten. Gvolfsprunnen. Crangvinkel. Bvrevelt. Litvn. . . . . *R*anheim. Ahusen. Guilun. Bircha. Gvineden. Eichem. Suanerse. cum aecclesiis et uniuersis appendiciis earum. *Super haec. ut eo magis monasterio uestro prouideatur. de* nutrimentis uestris. a uobis uel fratribus uestris decimas exigi. canonum apostolicamque auctoritatem sequens. imperiali ma*iestatis nostrae praecepto interdicimus. Nulli ergo hominum liceat uestrum locum. aut personas uestras* temere perturbare bona. uel possessiones monasterii uestri auferre. uel ablatas retinere.

a) Caetera omnia cum dimidia inferiori parte membranae refecta sunt. Insuper autem ipsius fragmenti superstitis tertia circiter pars scissione perpendiculari avulsa est, atque instrumentum, quod originale sive autographum esse ex forma styli atque charactere apicum facile agnoscitur, totum quantum, studio, ut videtur, pessumdatum. Non enim insertum habetur in libris copialibus monasterii caesariensis, quorum ex fine saeculi XV^ti^ plures Tomi supersunt, nec memoratur apud Bruschium aut in Historia caesariensi Mscta 1764. concinnata. Lacunae ergo 12 linearum superstitum partim ex contextu, partim ex praecedenti confirmatione Waltheri episcopi augustensis an. 1135, partim denique ex sequenti confirmatione Lucii III. Papae an. 1184. utcumque suppletae sunt. Loca tamen quatuor aut 5 lineae 10mae indicata —, restitui nequiverunt, quia in praedicta Bulla alia loca addita, alia autem omissa sunt.

b) Abbas caesariensis Udalricus, ad quem instrumentum istud pertinet, iuxta memoratam istius monasterii historiam certissime iam obiit 2. Martii 1155. Paulo ante aut post obitum eius datum utique istud diploma videtur, cum Fridericus I in expeditione sua prima Italica alias etiam titulo imperatoris ante adeptam imperialem unctionem usus

sit, quod docemur ex diplomate eius 1155. 15. Maii in territorio Bononiensi Benedictoburanis dato. Cnfr. Mon. Boic. VII. 107.

c) Ineditum.

CCCCLXXXVII.

Anno 1155. 15. Maii. In territorio Bononiensi.

Fridericus I. R. imperator abbatiae Burin (Benedictbeurn) omnimodam libertatem indulget, exemtionem a regali servitio, electionem advocati etc.

a) Sigillum impressum, in ora infima aliquatenus laesum, totam regis imaginem exhibet bene expressam, cum potissima parte inscriptionis, pariter bene expressae, cum an. 1753 integrum adhuc et illaesum extaret, teste Can. Meichelbeck, qui illo anno in chronico Benedictoburano editioni huius diplomatis pag. 102 specimen sigilli delineati addi curavit.

b) Quaedam insolita in hocce instrumento animadvertenda sunt.

1) In linea prima anticipatur titulus imperatoris ante adeptam imperialem unctionem, qui tamen in formula monogrammati praemissa ac in notis chronologicis emendatur, ubi Fridericus rex vocatur, cum et ipsum Sigillum non sit imperatoris sed regis.

2) In ipso contextu varium atramentum, variusque litterarum character observatur.

3) Duo aperti manus ac calami errores, non correcti, negligentiam quandam Scriptoris indicant alias infrequentiorem in cancellaria regia illius aevi.

4) Instrumentum ipsum ab initio vocatur paginula, in fine tamen paginae nomen multo iustius sortitur, cum satis longum sit et stylo paullo fusiore concinnatum.

5) In re satis gravi, quae episcopos Augustenses, ducemque Bavariae, inprimis autem advocatos monasterii Benedictoburani, co-

Digitized by Google

mites nimirum tunc Andecenses, concernit, non solum horum omnium memoria desideratur, sed nec ab initio instrumenti petitor movens regem nec in fine eiusdem instrumenti pro more illius aevi testes nominantur.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ita tamen, ut annus regni numeretur completus ante integrum mensem. Insuper notandum, tempus et locum sententiae huiusque testes in ipsis instrumentis accurate discerni a tempore, loco ac testibus factae confirmationis et dati privilegii. Sententiam ad curiam aliquam Wirceburgensem pertinere ipse primus inter episcopos testis, Gebehardus Wirceburgensis episcopus, indicat, qui Wormatiae sive in loco confirmationis ultimus inter testes episcopos nominatur, quorum ibi primus est Cuonradus Wormatiensis episcopus, tempore sententiae latae nondum comparens. Jam vero ex fide diplomatum aliorum Fridericus I. imp. post primum ex Italia reditum, cuius meminit hoc instrumentum, semel 29. Octob. 1155. et iterum 17. Januar. 1156. Wirceburgi versabatur. Illud ipsum ergo utrumque tempus iuxta hoc instrumentum causae mercatorum ita impensum est, ut quaerimonia illorum mota fuerit circ. 29. oct. 1155, sententia autem lata in curia altera parti adversae praefinita, nimirum post Natalitia domini sive 25. Decemb. 1155., scilicet circ. 13. Januar. 1156.

c) Editum in Schultes hist. Schriften II. 352.

d) Desumptum ex archivis episc. Bambergensi et Wirzeburgensi. Quae duo exemplaria non differunt, nisi quandoque in ratione scribendi nomina personarum ac locorum; maior differentia in nomine: Lude-

wicus comes de rheno, qui in exemplari Wirceburgensi vocatur: Ludewicus comes de Rienegge; denique in loco monogrammatis ac sigilli apparet, quae in exemplari Wirceburgensi prope lineam: signum etc. posita sunt.

CCCCXCVII.

Anno 1157. 4. Julii. Babemberg.

Fridericus I. R. Imperator villam Merdingen in Suevia, a rege Conrado III. ecclesiae Pataviensi iniuste ablatam, ex sententia principum eidem ecclesiae restituit atque confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine. sanctae et indiuiduae. trinitatis. Fridericus. Diuina. fauente. clementia. Romanorum imperator. augustus. Quandocumque nostrae imperialis corroborationis piae exposcitur suffragium. celeri effectu. est attribuendum. Et si in his exposcitur. quae durare perpetuo uidentur. litteris est etiam adnotandum. ne prolixitas temporum posteris hoc reddat dubium uel incertum. Nouerit igitur omnium Christi imperiique nostri fidelium tam praesens aetas quam successura posteritas. qualiter dilectissimus patruus et antecessor noster domnus cunradus diuae memoriae romanorum rex. cum germano suo. cunrado uenerabili patauiensi episcopo. de quodam concambio conuenit. ita uidelicet. quod episcopus uillam suam merdingen in sueuia. cum omnibus appendiciis suis. ei contraderet. commodiora sibi bona. in episcopatu patauiensi inde recepturus. Hanc uillam antequam concambii utrimque sollempnitas celebraretur. domnus. Cunradus rex in possessionem suam accepit. et tamquam suam duci Welphoni in beneficio concessit. pollicens de die in diem episcopo bona illa quae iure concambii ei debebat. se debere persolvere. Interim cum deo uocante qui

Digitized by Google

qui aufert spiritum principum gloriosus rex naturae cessisset. praedictus episcopus quoniam iniuste praenominata uilla sua caruit. adiit excellentiam nostram postulans ut ex iudicio principum uillam suam merdingen iniuste ablatam. iuste ei restitueremus. Vnde nos ex iudicio curiae nostrae multas curias episcopo praefiximus. et post multos labores et dampna quae hac de causa sustinuit. tandem in sollempni curia babembergensi, in Kal. ivlij. celebrata. in praesentia ducis. welphonis aunculi nostri ex sentencia principum qui aderant. praedictam uillam merdingin. cum omnibus appendiciis suis ei restituimus. tocius controuersiae. litae (lite) uel iure beneficiali in posterum amputato. Ne uero huius rei in posterum aliqua fiat dubietas. vel contrariandi facultas. nos sepe nominatam uillam merdingen cum omnibus appendiciis suis. sicut eam episcopus ante inuasionem gloriosissimi patrui nostri regis. Cunradi. libere possedit. ei et aecclesiae suae restituendo confirmamus. decernentes. et sub obtentu gratiae nostrae praecipientes. ne aliqua imperii nostri magna vel parva persona patauiensem episcopum. Cunradum. uel successores suos. de eadem uilla uel eius appendiciis. de caetero inquietare. vel molestare praesumat. Huius rei isti sunt testes. Eberhardus. babembergensis episcopus. Gebehardus. Wirziburgensis. episcopus. Hertwicus. Ratisponensis. episcopus. Cunradus. eistetensis. episcopus. Daniel. bragensis. episcopus. Wadezlaus. dux boemiae. et frater eius. Dipaldus. Heinricus. dux haustriae. Fridericus. dux. filius Cuonradi regis. Otto palatinus comes. et frater eius. Fridericus. Bertoldus. comes. de andesse. Ekkebertus. comes. de butene. Heinricus. praefectus Ratisponensis. Rapoto. comes de abenberg. Cunradus. dux. et comes de dachowe. Marchwardus. de Grumbach. et filius eius. Marcwardus. Babo. de Zollingen. Adelrammus. de kambe.

Signum. Domni. Friderici. Romanorum. imperatoris. invictissimi (*Monogramma*).

Digitized by Google

Ego. Renaldus. cancellarius uice Arnoldi. maguntini. archiepiscopi. et archicancellarii recognoui.

L. S.

Datum babemberg. IIII. Nonas Julii. Anno dominicae incarnat. M. C. L. VII. indictione VI. Regnante domno. Friderico. gloriosissimo. Romanorum imperatore. Augusto. Anno regni eius. VII. imperii vero III. Actum in Christo feliciter amen.

a) Sigillum impressum fere illaesum et optime expressum; quinta tamen pars orae circa initium inscriptionis avulsa periit, salva imagine ac inscriptione.

b) Solus annus imperii respondet anno Chr. notato 1157; indictio autem et annus regni unitate abundant. Curiae huius Babembergensis in octava Scti Johannis Bapt. sive 1. Julii an. Chr. 1157 celebratae non solum in hoc instrumento fit mentio, sed etiam in epistolarum abbatis Wibaldi num. 441, unde annus huius instrumenti ambiguus haberi nequit.

c) Editum in Scheid originibus guelficis Tom. II. 578. num. 109. extractum iam olim ab aventino ap. Oefele Script. rer. Boic. I. 711.

d) Illustris controversia de villa Merdingen, ipsique possessores eius varii ab anno Ch. 1111 usque ad an. 1195. lucem accipiunt ex eis, quae desuper Hundius metrop. I. edit. Ratisb. 205 et 251. Hansizius german. Sacr. I. 284. et chronicon Weingart. apud Hefs in Monum. Guelficis 38. memorant et afferunt.

Digitized by Google

CCCCXCVIII.

Anno 1158. 14. Junii. Augustae.

Fridericus I. R. imperator formam transactionis, quae ob forum pontemque apud Veringen sublata atque in locum Munichen recens translata inter episcopum frisingensem Ottonem et ducem Bawariae ac Saxoniae Henricum facta est, promulgat ac confirmat.

(*Chrisman.*) In. Nomine. sanctae. et. indiuiduae. trinitatis. Fredericus. diuina. fauente. clementia. Romanorum. imperator. et semper. augustus. dilecto. patruo. suo. ottoni. frisingensi. episcopo. eiusque successoribus. canonice. substituendis. in. perpetuum. Ex quo diuina benignitate romani imperii gubernacula tenemus. dignum est ut eius opitulatione. quantum possumus. quieti temporum et paci aecclesiarum curemus prouidere. ita enim et in presenti. commissum nobis orbem pacifice gubernari. et in futuro a rege regum sempiternae retributionis praemio donari speramus. Inde est quod controuersiam quae inter te karissime patrue. qui inpraesentiarum frisingensis Episcopatus geris dignitatem. et nobilissimum consanguineum nostrum. Henricum ducem bawariae et Saxoniae. super foro apud Verigen et Muuichen dinoscitur agitari. ita coram nostra et principum presentia decidere curauimus. vt deinceps omnis contentionis. quae ob hanc rem inter vos haberi posset. sublata credatur occasio. Huius autem transactionis utriusque vestrum assensu et voluntate celebratae. talem fuisse tenorem praesentibus innotescat et futuris. Forum quod esse solebat apud Verigen. et pons ad theloneum de caetero iam ibidem non erit neque Moneta. in eius autem Rei Recompensationem.

consanguineus noster. Heinricus dux. Accelesie frisiagensi contradidit tertiam partem totius villatitis. quae pronenire poterit de theloneo fori sui apud Monichen. usue in tributo salis. sive aliarum rerum mangnarum. uel minutarum. seu venientium. seu inde redeuntium. Thelonearium vero aut suum habebit uterque uestrum pro beneplacito suo. aut si hoc visum fuerit. ambo unum. qui tenentur vbique nostrum ad respondendum. De moneta similiter erit. quod tertiam partem eius pensionis Episcopus accipiat. duae in suos ducis concedant. Hoc autem fidelitet et parte huius traditionis est. et sine dolo et malo ingenio. singula haec accelesiae fuisingensi in perpetuum absque contradictione persoluantur. Moneta tamen ad arbitrium ducis locari debebit. Denique Theotta Fisingensis ad uoluntatem suam locabit Episcopus. Tertiam tantum suae redditionis partem. duc habebit nomine fendi. concessurus sicut et modo concessit. quibus hoc ipsum. suae multum suaeparum. ad petitionem Episcopi. Statuimus ergo. et presentis instrumenti pagina roboramus. ut huius conuentionis. hinc inde pari conuentionis factae. rotum et inconuulsum omni tempore manset firmamentum. et uterque ventrum quod accepit tenaciter quiete possideat. unstris uestrorumque successorum nihilo iugiter profuturum. Porro ne huius facti memoria futuris quibusque temporibus obliterari. seripto notare. se sigilli nostri impressione muniri manuque propria ut infra apparet. corroborantes. testes quoque qui aderant. subter notare fecimus. quorum nomina haec sunt: Arnoldus magnutinus archiepiscopus. Fredericus coloniensis archiepiscopus. Gevehardus Wirzeburgensis episcopus. Hermannus uerdensis episcopus. Conradus augustensis episcopus. Bonradus luvenbergensis episcopus. Fredericus dux sueuorum. Hermannus Marchio veronensis. Tidericus Marchio de lunic et diuter reius Heinricus.

Signum. Domni Fredrici. Romanorum. imperatoris inuictissimi. (*Monogramma*).

Ego Reinaldus Cancellarius vice domni Moguntini Archiepiscopi. et Archicancellarii recognoui.

Datum Augustae. XVIII. Kal. Julii. Anno dominicae incarnat. M. C. L. VIII. indict. VI.

Regnante Friderico. Romanorum. imperatore Augusto. anno Regni eius. VII. imperii uero III. amen.

L. S.

a) Sigillum impressum illaesum quidem membranae adhaeret; ast excepto globo quodam dimidiato circa locum, quem caput imperatoris in ipso sigillo solet occupare, prominente, nullum apparet sigilli vestigium, sive quod cera iam ab initio pro sua mollitudine. figuram haud exprimeret, sive potius, quod figura sigilli diversae massae impressa paullatim decideret, quod cavitas circa omnem sigilli oram conspicua solitoque depressior indicare videtur, si comparetur aliis sigillis, praecipue illis, ubi figura sigilli reliquae cerae vix adhaeret, ipsaeque fissurae ad oram apparentes separabilem illam fuisse ac esse demonstrant.

b) Character scripturae solito quidem minor, nitidus tamen et nullo modo membranae aut intervallo linearum incongruens, immo ipsi stilo instrumenti epistolari consulto, ut videtur, accommodatus.

c) Notae chronologicae inter se conveniunt.

d) Editum in Hund. metrop. I. edit. monac. 114. edit. Ratisb. 77. Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 232. Meichelbeck Hist. fris. I. I. 337.

e) Rescissa fuit ista transactio per aliud diploma 13. Jul. 1180. quod exstat.

Digitized by Google

CCCCXCIX.

Anno 1160. 14. Februarii. Papiae.

Fridericus I. imperator monasterium Altaha, situm in episcopatu Pataviensi, tunc ad maximam inopiam redactum, primo quidem renitentibus, postmodum autem consentientibus abbate, advocato et ministerialibus, cum omnibus, quae iuris erant imperialis, Eberhardo Babenbergensi episcopo eiusque ecclesiae subjicit.

a) Ipsum autographum cum bulla aurea, quae appendebat, nondum est inventum. cnfr. v. Lang. Regest. I. 254. Superest tamen copia ex originali diligenter facta.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in M. B. XI. 171. n. 47 et in Heyberger Cod. Probat. Bamb. num. 62, per modum speciminis.

d) Nomen pagi et comitis pagensis omissum est, relicto illis spatio vacuo. Nomen quidem pagi: Cuntzengawe, insertum legitur libro copiali memorato, sed manu posteriori saec. XV., ex priori utique diplomate 1154. 3. Febr. atque ex eo irrepsit in editionem M. B. XI. 172. lin. 1. In codice Hermanni abb. Niederalt. continuato usque ad finem saec. XIII. ac initium saec. XIV. fol. 122. idem nomen Chuntzengaw coaeva manu contextui insertum est.

Digitized by Google

CCCCC.

Anno 1160. 14. Februar. Papiae.

Fridericus I. imperator, qui ante aliquot annos, vivente adhuc Gebehardo Wirceburgensi episcopo, controversiam, inter eum et Eberhardum episcopum Babenbergensem exortam, ex sententia principum sacri sui palatii pragmatica sanctione deciderat, atque comitatum Rangowe omniaque eius iura in quaestione posita ecclesiae Babenbergensi adiudicaverat, hanc ipsam sententiam petente eodem episcopo Eberhardo confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et individuae trinitatis Fridericus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. Imperatoriae maiestatis officium et speciale diuini muneris beneficium est. iustis iudiciis incessanter lites diminuere et augere concordiam. inter quaslibet imperii nostri maiores minoresue personas. Haec nobis auctore deo igitur meditantibus et in curia celebri Babenberc pro tribunali sedentibus. consurgens in medium fidelis imperii nostri Rapoto de abenberc aduocatus burgi babenberc. jdemque babenbergensis aecclesiae beneficio comes in Rangowc. conquestus est de domno suo wirceburgensi episcopo Gebehardo ibidem praesente. quod in praefato comitatu occasione ducatus sui plurima sibi ex indebito iura uendicaret. utputa allodiorum placita. centuriones ponere. de pace fracta iudicare. et alia quaeque pro libitu suo. Super his igitur questione ilico exorta. inter Eberhardum Babenbergensem et praedictum Gebehardum wirceburgensem episcopos. diuque satis uentilata. auditisque sufficienter utriusque partis assertionibus. ex sententia omnium

Digitized by Google

procerum sacri nostri palatii qui aderant pragmatica sanctione litem decidimus. adiudicantes et confirmantes praenominato babenbergensi episcopo suisque successoribus in perpetuum. ac comiti Rapotoni et eis qui eundem comitatum ab episcopis babenbergensis aecclesiae pro tempore forent habituri. tam ea quae in questione fuerant. quam alia plenarie comitatus iura in praedicto comitatu specialiter. similem quoque ex consensu curiae nostrae proferentes sententiam de aliis comitatibus generaliter ubique prouinciarum imperiali beneficio ad sepedictam babenbergensem aecclesiam pertinentibus. Non multo autem post. altero videlicet anno secunde expeditionis nostre in italiam pene iam expleto praenominatus familiaris noster Eberhardus babenbergensis episcopus debitam aecclesiae suae gerens sollicitudinem. nostram clementiam deprecatus est. ut scripto mandari praeciperemus sententiam. ne forte processu temporis memoriae excideret. aut minus auctoritatis haberet. Nos igitur tam per nos quam per nobilissimos proceres ac principes nostros facti non inmemores. iustis petionibus dilecti et fidelis nostri babenbergensis episcopi qui pacis et belli tempore constanter nobis adfuit. libenter adquieuimus. ac praesenti adnotatione. et sigilli nostri auctoritate perpetui roboris firmitatem sententiae praelibatae contulimus. concordantibus in eiusdem sententiae assertione simul et attestatione qui praesentes in ipsa felicissimi nominis nostri expeditione aderant. et actioni interfuerant. Regenoldo excancellario iam archicancellario in italia. et adhuc Coloniensis aecclesiae electo. Ottone et Friderico palatinis de witelinespach. Perhtoldo comite de andesse. Rvdolfo comite de Bregenz. et aliis quam pluribus. Statuimus igitur et auctoritate imperiali firmiter praecipimus. ut nulla aecclesiastica secularisve persona dilectam nobis babenbergensem aecclesiam quae nostrae aduocatiae patrocinio specialiter gloriatur in eiusmodi iusticia sua per uniuersos comitatus suos ulterius infestare aut inquietare praesumat. Siquis uero ausu temerario contemptor

huius

huius sanctionis extiterit. centum libras auri purissimi medietatem camerae nostrae et medietatem alteram babenbergensi aecclesiae adpendat. et eis episcopis qui ibi domino annuente praefuerint omni tempore.

Signum Domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi (*Monogramma*).

Ego Reinaldus Coloniensis aecclesiae electus et Italiae archicancellarius recognoui. Datum Papie. XVI. Kalendas Martii. Indictione VIII. anno dominicae jncarnationis. M. C. LX. Regnante domno Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo. anno regni eius VIII. Imperii uero. V.

a) Autographum cum bulla aurea, quae appendebat, nondum est inventum. Cnfr. v. Lang Regesta I. 255.; eius loco hic exhibetur copia ex specimine Heybergeri mox laudando.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Ludewig Scr. rer. Bamb. 1126., in Lünig spicil. eccles. II. Theil 25. in Menken Script. rer. germ. III. 1022 (leg. 1122) in Heybergeri cod. Probat. Bamb. num. 60., per specimen aeri incisum, cum delineatione monogrammatis et bullae ex chordula rubroserica appensae, denique in Ussermann Episcopatu Bamberg. cod. probat. p. 113.

Digitized by Google

CCCCCI.

1160. 14. Februar. Papiae.

Fridericus I. imperator quaedam castra ecclesiae Babenbergensis, nominibus expressa, quae in eiusdem ecclesiae dominio absolute habentur, ab omni iure feodali eximit, ut scilicet nulli episcoporum liceat, aliquid de his infeodare, exceptis solummodo castris Giecheburc veteri et Liechtenvels, quae tunc comes Bertholdus et unicus filius eius, absque successione tamen, in beneficio habebant.

(*Chrismon.*) IN NOMINE SANCTAE ET INDIUIDUAE TRINITATIS FRIDERICUS DIUINA FAUENTE CLEMENTIA ROMANORUM IMPERATOR AUGUSTUS. Si ecclesias dei locupletare. uel easdem locupletatas in statu suo conseruare studuerimus. nostrae salutis augmentum et non modicum rei publicae emolumentum fore credimus. Quare venerabilis et dilecte nobis EBERHARDE Babenbergensis episcope. cum ecclesia babenbergensis cui auctore deo presides in plerisque tua industria feliciter non solum in spiritualibus sed etiam in temporalibus a domino incrementum acceperit. iustis tuis petionibus (petitionibus) libenter annuentes eximimus ab omni iure feodali castra quae in tuo dominio absolute habere dinosceris. tam ea quae ante tempora tui pontificatus habuit aecclesia tua. quam postmodum tua sollertia adepta est. quae suis nominibus subnotare decreuimus. Botenstein. Gozwinestein. Wincera. Grivena. de antiquo. de nouo autem Giecheburc. Liechtenuels. Wassenberc. Nordegga. Chunstat. Northalden. Frankenburc. Hostete. Veterona. sane illa conditione

Digitized by Google

quae de. Giecheburc. ueteri et Liechtenvels cum suis pertinentiis et accessionibus facta et nostra auctoritate confirmata est comiti Bertholdo et uni tantum filio suo si superstes extiterit. in ipsis eisdem personis absque successione modis omnibus finem habitura. Haec igitur et alia siqua pro necessitatibus aecclesiae tuae cuius bona late dispersa sunt uel edificaueris vel aliter opitulante domino adeptus fueris aecclesiae tuae ea lege speciali et uinculo iuris innodamus. ut nulli successorum tuorum potestas et licentia sit aliquid ex his infeodare. aut sub colore castrensis beneficii vel alio quolibet malo ingenio a priuatis usibus episcopii alienare. Quod si quis ausu temerario contra hoc facere attemtauerit. pro infecto habeatur. ipse quidem auctor huius nequitiae uelut sal insulsum foras proiciatur et conculcetur ab hominibus. ipse uero qui receperit priuetur beneficio. et lx. librarum auri mulcta condempnetur. medietate fisco nostro persoluenda. reliqua uero parte ad altare beati PETRI in babenbergensi sacrario ibidem inferenda. Vt autem firma et inconuulsa omni tempore huius rei perseueret auctoritas. presentis scripti adnotatione et sigilli nostri per dei gratiam inuiolabili confirmatione corroborari precepimus.

SIGNUM DOMNI FRIDFRICI ROMANORUM IMPERATORIS INUICTISSIMI (*Monogramma*).

Ego Regenaldus Coloniensis aecclesiae electus et Italiae archicancellarius recognoui.

Datum Papie. XVI. Kalendas Martii. Indictione VIII. Anno dominicae incarnationis. M. C. L X. Regnante domno Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo. anno regni eius. VIII. Imperii uero. V.

Digitized by Google

a) Ipsum Autographum nondum est inventum. Cnfr. v. Lang Regesta I. 235. Copia tamen novior bonae notae superest, quae hic sistitur.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Heyberger Cod. probat. Bamberg. num. 61. per modum speciminis, et in Ussermanni episcopatu Bamb. cod. prob. p. 114.

CCCCCII.

Anno 1161. 29. Januar. apud Cumas.

Fridericus I. R. imperator abbatiam Sctae Mariae in Patavia (Niedernburg), pro religione in ea reformanda, ecclesiae episcopali Pataviensi tradit, de qua episcopus eiusque successores singulis annis XL libras Ratisbonensis monetae fisco regio persolvant; excipit autem advocatiam.

(*Chrismon*). In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Patris et filii et spiritus sancti. Fredericus diuina fauente clementia Romanorum imperator Augustus. Si iustis fidelium nostrorum petitionibus benigne annuimus. et facilem prebemus assensum. ut pia douotio celerem sorciatur effectum. antecessorum nostrorum regum et imperatorum uestigia imitamur. Nam inclinari precibus nostra imperialis dignitas consueuit. et uniuersa in imperio nostro ordinabilius reguntur et gubernantur. si cum uirga equitatis et iusticiae principalis clementia comes adiungatur. Ratio igitur exigit et imperiali congruere uidetur honori. ut fidelium nostrorum dignas peticiones clementer admittamus. illorum precipue. quorum fides preclaris operibus magis est comprobata. quorum etiam desiderium circa honorem coronae nostrae stabili constantia amplius feruere cognoscimus. Eapropter uniuersorum imperii nostri fidelium. tam fu-

Digitized by Google

tura quam presens nouerit aetas. qualiter nos pio ac sedulo rogatu dilectissimi patrui nostri. Conradi. uenerabilis patauiensis aecclesiae episcopi. et principum interuentu et consilio. abbatiam sancte Mariae in patauia. cum omni integritate. et honore quo ad nos et imperium spectare cognoscitur *aduocatia excepta*. uidelicet cum omnibus possessionibus. intus et exterius. cum ministerialibus. seruis et ancillis. uillis. cultis et incultis. uineis. siluis. pratis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. molendinis. piscationibus. et cum omni utilitate ad ipsam pertinente. ad episcopatum patauiensem beato Stephano contradidimus. pro religione in ea reformanda. et pro remedio animae nostrae. et antecessorum nostrorum. tali conuentione interueniente. ut episcopus et eius successores. nobis et nostris successoribus singulis annis in epyphania domini. XL. libras ratisponensis monetae regio fisco de eadem abbatia persoluant. Sanccimus itaque imperiali nostra auctoritate. ut nullus successorum nostrorum. regum. seu imperatorum. hanc nostram donationem. quam ad honorem dei. et utilitatem aecclesiae et imperii fecimus. immutare attemptet Praeterea per hanc nostrae anctoritatis paginam firmiter precipimus. ne quis. dux. marchio. seu comes. uel aduocatus. in his possessionibus iam dictam aecclesiam aliquo tempore. inquietare uel molestare presumat. quod siquis huius precepti uiolator ausu temerario quod non credimus extiterit. C. libras auri optimi componat. medietatem camerae nostrae. et medietatem predictae aecclesiae. Et ut haec nostra donatio rata et inconuulsa in perpetuum maneat. hanc nostri priuilegii paginam sigilli nostri impressione. insigniri et muniri iussimus. Testibus subternotatis. Ardicio cumanus episcopus. Heinricus dux bavvariae atque Saxonie. Otto palatinus comes. Fredericus palatinus comes de Witelinesbac. Bertoldus comes de andessen. Rodolfus comes de pullendorp. Borcardus praefectus maigedeborgensis. comes gozuinus. comes Wido de Blandrato. Conradus comes de auenberg. Conrad comes de balnehusen.

Digitized by Google

Alegoz aduocatus augustensis. Marcuardus de grumbac. et Johannes abbas cotuycensis.

Signum domni Frederici romanorum imperatoris inuictissimi (*Monogramma*).

L. S.

Ego Vlricus cancellarius uice Reinaldi coloniensis Archiepiscopi recognoui.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis. M. C. LXI. indictione VIIII. Regnante domno Frederico romanorum imperatore uictoriosissimo. anno regni eius VIIII. Imperii vero VI. data Cumas. IIII. kal. Februarii. feliciter. Amen.

a) Sigillum impressum illaesum et bene expressum, ad cuius tamen oram fissura circumcirca apparet, figuramque a reliqua cerae massa separabilem esse demonstrat.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hundii metrop. I. edit. Monac. 371. edit. Ratisbon. 246. Lünig spicileg. ecclesiast. II. Theil. 775. Hansizii german. Sacr. I. 320.

d) Adest quoque copia membranacea coaeva huius instrumenti, in qua tamen verba litteris cursivivis indicata cancellata apparent. Oblitterationis istius ratio desumi poterit ex duplici nota ad finem copiae manu alia diversoque atramento adposita. 1ma nota talis est: „Ab hac autem donatione advocatiam praedictae abbatiae excipimus, „cuius investituram nobis nostrisque successoribus, regibus et im„peratoribus, cum omni integritate conservamus."

2da Nota e regione prioris scripta, et signo insertionis notata, nimirum ante priorem concepta, haec est: „Advocatia autem ad „domnum imperatorem, et ad quos ipse (ipsa) iure beneficii, sicut „hactenus et in reliquum spectare debebit."

Digitized by Google

Prima enim nota sive clausula alteri instrumento, 3. Junii eodem anno 1161. ante portas urbis Mediolanensis dato, inserta est. Praeplacuit ista stylo instrumenti magis accommodata, quam altera, et novo instrumento inserta, qua sensus exceptionis clarius exprimitur, petente, ut credendum est, ipso episcopo Cunrado hanc mutationem et contra impetitionem Gebhardi comitis de Sulzbach, hucusque advocati Niedernburgensis, illam sub hac forma exoptante.

CCCCCIII.

Anno 1161, 3. Junii. ante portas civitatis Mediolanensis.

Fridericus I. R. imperator abbatiam Sctae Mariae in Patavia (Niedernburg), pro religione in ea reformanda, ecclesiae episcopali Pataviensi tradit, de qua episcopus eiusque successores singulis annis XL libras Ratisbonensis monetae fisco regio persolvant; distinctius autem advocatiam excipit, cuius investituram regibus et imperatoribus reservat.

(*Chrismon*). In. Nomine. sanctae. et. indiuiduae. trinitatis. Fredericus. Divina. Fauente. Clementia. Romanorum. imperator. Augustvs. Si iustis fidelium nostrorum petitionibus benigne annuimus. et facilem prebemus assensum. ut pia deuotio celerem sortiatur effectum. antecessorum nostrorum Regum et Imperatorum uestigia imitamur. Nam inclinari precibus nostra Imperialis dignitas consueuit. et vniuersa In Imperio nostro ordinabilius reguntur et gubernantur. si cum virga aequitatis et justiciae. principalis clementia comes adjungatur. Ratio igitur exigit. et imperiali videtur congruere honori. vt fidelium nostrorum dignas petitiones clementer admittamus. illorum praecipue. quorum fides praeclaris operibus magis est compro-

bata. quorum etiam desiderium circa honorem coronae nostrae. stabili constantia amplius cognovimus. Eapropter uniuersorum imperii nostri fidelium tam futura quam presens nouerit aetas. qualiter nos pio ac sedulo rogatv. dilectissimi Patrui nostri. Cvonradi. venerabilis pataviensis aecclesiae Episcopi. et principum Interuentv. et consilio. Abbatiam sanctae Mariae In patavia. cum omni Integritate. et honore. quo ad nos et imperium spectare cognoscitur. videlicet cum omnibus possessionibus. intus et exterius. cnm ministerialibus. servis. et ancillis. villis. terris cultis et incultis. vineis. siluis. pratis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. molendinis. piscationibus. et cum omni utilitate ad ipsam pertinente. ad episcopatum pataviensem beato Stephano contradidimus. pro religione in ea reformanda. et pro remedio animae nostrae et antecessorum nostrorum. tali conuentione Interueniente. ut episcopus. et eius successores. nobis et nostris successoribus. singulis annis. in Epiphania domini. xl. libras Rathisponensis monetae. Regio fisco de eadem abbatia persoluant. Ab hac autem donatione. abbatiae praedictae aduocatiam excipimus. cuius inuestituram nobis nostrisque succesoribus. regibus et imperatoribus. cum omni Integritate conseruamus. Sanccimus Itaque nostra Imperiali auctoritate. ut nullus successorum nostrorum. Regum. seu Imperatorum. hanc nostram donationem. quam ad honorem dei. et vtilitatem aecclesiae et Imperii fecimus. immutare attemptet. Preterea per hanc nostrae auctoritatis paginam firmiter praecipimus. ne quis Dux. marchio. seu comes. uel aduocatus. In his possessionibus. iam dictam aecclesiam aliquo tempore inquietare. seu molestare praesumat. Quod siquis huius nostri praecepti uiolator ausu temerario. quod non credimus. exstiterit. C. libras auri optimi componat. medietatem camerae nostrae. et medietatem praedictae aecclesiae. Et ut haec nostra donatio Rata et inconuulsa in perpetuum maneat. hanc nostri privilegii paginam sigilli nostri auctoritate Insigniri et muniri iussimus. Huius Donationis no-

Digitized by Google

nostrae testes sunt. Pelegrinus aquilegensis patriarcha. Hillinus Treuerensis archiepiscopus. Euerardus babenbergensis episcopus. Cuonrádus Augustensis episcopus. Gero haluerstadensis episcopus. Hermannus constantiensis episcopus. Fridericus monasteriensis episcopus. Godefridus Trajectensis episcopus. Hermannus verdensis episcopus. Henricus Dux bawariae. et Saxoniae. Otto comes palatinus. et fratres eius. Fredericus. et Ottho. Loduicus. provincialis comes. Cuonradus palatinus comes de Rheno. Fredericus Dux suevorum. filius Regis Cvonradi. Henricus dux karinthiae. Bertholdus comes de andexe. Rodulphus comes de pullendorfh. et alii plures.

Signum. Domni. Friderici. Romanorum. Imperatoris. invictissimi (*Monogramma*).

Ego Vlricus Cancellarius. vice Reinaldi Coloniensis archiepiscopi. et Italiae archicancellarii. Recognovi.

Acta sunt haec. anno dominicae Incarnat. M. C. LX. I. Indictione VIIII. Regnante domno Frederico Romanorum Imperatore Victoriosissimo. anno regni eius. x. Imperii vero. VII. feliciter. amen.

Data ante portas. Ciuitatis. Medyolanensis. tempore vastationis. III. Nonas. Jvny.

a) Sigillum, quod appensum erat, periit, cum ipso filo sive funiculo, ex quo dependebat, remanentibus solum duobus parvis foraminibus ad extremam oram complicatae membranae conspicuis.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ita tamen, ut annus imperii quindecim diebus sit anticipatus.

c) Editum in Hand. metrop. I. edit. Mon. 372. edit. Ratisb. 247., extractum autem ab Hansiz in german. Sacr. I. 321.

Digitized by Google

d) Totum hoc instrumentum in contextu suo de verbo ad verbum convenit cum alio eodem anno 29. Januar. apud Cumas dato, hac sola differentia, quod clausula, qua advocatia abbatiae Niedernburgensis excipitur, in hocce instrumento verbis pluribus ac sensum eundem clarius exprimentibus, alioque in loco, quam in priori instrumento sit inserta.

e) Adest quoque copia membranacea coaeva nunc originali adiecta.

CCCCCIV.

Anno 1161. inter 3. Junii et 1. Septembr.

Fridericus I. R. imperator, ut Heinrico Wirceburgensi episcopo ad instantem expeditionis Italicae necessitatem per capitulum eius subveniretur, oppignorationem omnium reddituum episcopalium ipsi capitulo factam approbat.

(*Chrismon*). In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fridericus dei gratia romanorum imperator augustus. omnibus christiane professionis hominibus salutem et gaudia eterne retributionis consequi in celestibus. Sicut diuina clementia nos in honorem et onus romani imperii sublimare uoluit. ita omnibus nostre maiestatis subiectis. et praecipue aecclesiae dei et aecclesiasticis personis prouidere. et in suis necessitatibus adesse nobis incumbit. Omnibus itaque notum esse uolumus. qualiter Heinricus Wirceburgensis episcopus. ad seruiendum nobis et imperio. in italicam expeditionem iturus. in pecunia et in ceteris quae ad tantum negotium. et tam magnum sumptum necessaria erant. penitus defecit. adeo quod sine omnimoda destructione wirceburgensis episcopatus. qui ab episcopo Gebehardo. etiam pro necessitate et seruitio imperii ex parte dissipatus erat. tam difficilis res debitum et honestum finem

Digitized by Google

sortiri non potuit. Unde canonici de choro sancti Kiliani cum tota familia. uidentes episcopum suum prefatum. tantis anxietatibus implicitum. timuerunt si ad expeditionem procederet. quod episcopatum penitus destrueret. ex altera parte si remaneret. quod offensam nostre maiestatis tam ipsi quam episcopus incurrerent. Post longam itaque dubitationem. ad sanum consilium declinantes. maluerunt de thesauro aecclesiae suae episcopo ad instantem necessitatem subuenire. quam episcopatum irrecuperabile damnum et detrimentum sustinere. et ita thesaurum et ornatum aecclesiae quamuis non magnum pro episcopo exposuerunt. hac conditione interposita. quod et conuentus maioris aecclesiae et ministeriales. omnes curias episcopatus. et omnes reditus in sua potestate tenerent. donec uadia pro episcopo exposita. de reditibus totius episcopatus annualibus. in uniuersum redimerentur. et tunc demum usufructus episcopii cum sua integritate ad episcopum rediret. et quod interim nec nos in persona nostra uel aliquis sub nomine nostro. nec aliquis successorum prefati Heinrici episcopi. de curiis et reditibus episcopatus se intromitteret. priusquam predicta uadia in solidum redempta essent. Nos itaque tale factum approbantes. et magnifice commendantes. ipsum priuilegio praesentis scripti confirmauimus. et ei auctoritatem impressione sigilli nostri dedimus. Si quis igitur hoc in posterum infringere uel infirmare presumpserit. bannum beati petri. et episcopi heinrici, cognoscat se incurrisse. et nostram maiestatem graviter offendisse.

L. S.

Acta dominice incarnationis anno M. C. LX. I. Indictione nona. Regnante romanorum imperatore friderico. Anno vero regni eius. X.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

Digitized by Google

b) Deest monogramma, nec comparet cancellarii et archicancellarii recognitio, quamvis spatium vacuum sat magnum inter contextum instrumenti et lineam ultimam, qua notae chronologicae afferuntur, supersit,

c) Locus, mensis diesque et annus imperii non sunt expressi; indictio tamen et annus regni inde a 6. Martii numeratus conveniunt anno Ch. notato. Cum autem imperator toto anno 1161 in Italia fuerit, et in illius diplomatibus h. a. episcopus Wirceburgensis nondum quidem 3. Junii, attamen 1. Sept. inter alios episcopos testis legatur; idcirco hoc instrumentum inter 3. Jun. et 1. Septemb. in Italia exaratum fuisse oportet. Cnfr. Ughelli Ital. Sacr. V. 152.

d) Membrana oleo inuncta et aliquibus in locis fracta est.

e) Ineditum, quamvis a Frisio ap. Ludewig Geschichtschr. von Wirzburg 515. memoratum.

CCCCCV.

Anno 1163. 13. Februar. Wirzeburc.

Fridericus I. R. imperator ecclesiam beatae Mariae in Speginshart (Spainshart), a fundatore eius Adelvolc beato Petro oblatam et donatam, sub specialem suae tuitionis protectionem suscipit, cuius advocatiam sibi successoribusque suis reservat; quia omnes ecclesiae, Romanae ecclesiae, matri nostrae, libere collatae, ad suam specialiter tuitionem pertinent.

(*Chrismon*). In Nomine Sanctae et indiuidue trinitatis Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augu-

Digitized by Google

stus. Quia nos dextra potentiae suae sublimatos Christus aecclesiae suae defensores esse constituit. equum et rationabile esse uidetur. ut quanto ceteris mortalibus dignitate praeminemus. tanto studiosius aecclesiarum saluti prospicere. et religiosorum uirorum quieti diligentem operam adhibere debeamus. Eapropter cognoscant uniuersi fideles imperii tam presentes quam futuri. qualiter quidam nobilis homo nomine adeluolc proferens de thesauro suo noua et uetera. pro remedio animae suae. omniumque parentum suorum salute. totum predium suum quod habebat in speginshart. beato principi apostolorum Petro obtulit. et in hunc modum donauit. ut aecclesia beatae genitricis dei virginis Mariae in eodem predio constructa. et ad regulam Beati Augustini Ordinata. ad perpetuum suae libertatis indicium. Singulis annis romano pontifici aureum unum persoluat. verum quia omnes aecclesiae sacrosancte Romanae aecclesiae matri nostrae libere collatae ad nostram tuicionem ac defensionis protectionem specialiter pertinere dinoscuntur. nos consueta pietate inducti prefatam aecclesiam beatissimae virginis Mariae. cum omnibus bonis et possessionibus suis. quae vel nunc iuste possidet. vel in posterum opitulante deo iuste ac rationabiliter poterit adipisci. in nostrae tuicionis protectionem suscepimus. et aduocatiam eiusdem aecclesiae nobis nostrisque successoribus habendam ad manus nostras reseruauimus. Statuentes et Imperiali auctoritate nostra firmiter precipientes. ut nullus hominum eiusdem aecclesiae aduocatiam temere sibi vsurpet. vel usurpare audeat. nullus etiam iura aduocatiae ab eis exigere presumat. nisi nos tantum vel certus nuncius noster ad hoc specialiter a nobis destinatus. vel quem ipsi fratres inibi deo seruientes propria deliberatione et consensu nostro elegerint. Adicientes quoque praecipimus. ut nulla persona magna vel parua saecularis vel aecclesiastica in bonis suis eam inquietare vel perturbare audeat. verum ipsa sine omni fatigacione et molestia semper libertate fruatur. Haec autem supradicta omnia. vt in posterum omni tempore rata et inconuulsa

Digitized by Google

permaneant. presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Friderici Romanorum Imperatoris Inuictissimi (*Monogramma*).

Ego cristianus cancellarius. uice Cunradi maguntini archiepiscopi et archicancellarii recognoui.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis M. C. LX. III. Indictione VIII.

Regnante domno Friderico romanorum Imperatore gloriosissimo.

Anno regni eius. X. Imperii vero. VIII. Datum Wirzeburc Idibus Februarii.

a) Sigillum, dependens ex filis sericis rubri coloris, fractum est in parte laeva, cuius tamen pars maior, quae superest, totam adhuc figuram imperatoris cum dimidia, desinente nimirum, inscriptione exhibet.

b) Indictio notata certe erronea est, posita loco XI^{mae}; annus autem regni aut unitate decurtatus aut numeratus est completus ante undecim menses ac 21 dies; solus demum annus imperii currens cum anno Chr. indicato convenit, cui etiam curia Wirceburgi, toto fere mense Februario hoc anno 1163 habita, favet, in qua datum est hoc instrumentum.

c) Ineditum.

Digitized by Google

CCCCCXVI.

Anno 1163. inter 12. April. et 3. Maii. Augustae.

Fridericus I. R. imperator tres mulieres de familia beati Quirini martyris (Tegernsee), quas Heinricus de Pueren a duce Bawariae et Saxoniae Heinrico in beneficium habebat, ab utroque resignatas, eidem monasterio, cum earum successione, absoluta libertate possidendas, donat.

a) Sigillum, quod impressum erat, periit, remanente cerae macula circa foramen sive circa crucem decussatam.

b) Indictio XI. et annus imperii VIII. conveniunt anno notato usque ad 17 Junii inclusive; verum tunc annus regni erroneus vel ante integrum annum et unum saltem mensem iam completus est.

Hoc quidem tempore nulla alia leguntur diplomata Augustae data. Ratione tamen habita ad itinera Friderici imperatoris an. 1163. post curiam solemnem in paschate Moguntiae habitam, adductus in altero Tegurino diplomate, eadem occasione eodemque tempore ac loco dato, inter testes Hartmannus episcopus Brixinensis facile persuadebit, imperatorem finita circ. 12. April. curia Moguntina Augustam accessisse; nam idem episcopus ab illa curia redux Pollingam divertit, ubi in festo crucis inventae sive 3. Maii Pollinganis mansum quemdam tradidit. Mon. Boic. X. 20. Augustae vero rem saltem peractam fuisse docet notitia coaeva desuper in codice tradit. Tegernseens. contenta. M. B. VI. 137.

c) Manifestus autem anachronismus latet in archiepiscopo Moguntino Christiano, qualis ante annum 1165 nondum fuit. Certe adhuc 28. Jul. 1165 subscripsit Christianus adhuc cancellarius vice Chunradi Moguntini archiepiscopi et archicancellarii, in Dipl. apud. Leukfeld in Antiquit. Goslar. 165. Ad salvandam ergo huius instrumenti fidem, tollendumque ipsum anachronismum, qui simul cum fide instrumenti

Digitized by Google

stare nequit, superest, ut dicamus, longo post tempore datum expeditumque fuisse a dictis cancellario et archicancellario instrumentum, nimirum quo tempore Christianus absque contradictione archiepiscopus moguntinus simulque imperator Augustae denuo fuit, quod contigit tam an. 1166. 15. Octob., quam 1171. 22. August. Cnfr. Raumer Hohenstaufen et cit. II. 538 et 539.

d) Editum Mon. Boic. VI. 180., ubi lin. 24. leg. Heinricus de Pueren.

CCCCCVII.

Anno 1165. inter 12. April et 3. Maii. Augustae.

Fridericus I. R. imperator monasterium Tegrinse in mundiburdium imperii suscipiens, possessiones eius in basilicis et praediis, nominatim expressis, confirmat, ob subtracta bona a servitio regali vel imperiali illud eximit, certa iura abbati indulget, certas leges et officia advocatis ipsius praescribit.

a) Sigillum, quod erat impressum, evulsum est, et separatim adiacet papyro involutum, integrum adhuc et bene expressum. Macula quoque cerae internae in ipsa membrana tam circa foramen, quam in parte membranae complicata e regione sigilli apparens, eidem sigillo apprime convenit. forma denique foraminis, quod absque cruce decussata in modum quadri totum exsectum est, nonnisi sigillo isti avulso respondet, in cuius parte postica massa cerae quadrata prominet huic foramini omnino apta, cuius ope massa cerae exterior, nunc deperdita, massae cerae interiori ipsique membranae adhaerebat.

Quamvis vero haud negandum, hunc extraordinarium sigilli adglutinandi modum facile locum fraudi dare ac dedisse; fraudis tamen suspicionem ab hoc instrumento abunde removent confirmationes eius sequentium imperatorum, Heinrici VI. an. 1193. et Friderici II. an.

Digitized by Google

an. 1230. Mon. Boic. VI. 195 — 200 et 205. Ille enim totum contextum privilegii repetit ad exemplum patris sui Friderici I provocans; alter autem Heinrici VI. privilegium suae confirmationi totum inserit.

b) Indictio sola convenit anno Chr. indicato 1163; nam anni regni et imperii erronei sunt, prior duabus alter una saltem decurtatus unitate. Annum ipsum 1163. locus dati instrumenti, immo iuxta alterum huius anni diploma Tegernseense etiam peracti negotii, ratione habita ad imperatoris Friderici I. et Hartmanni Brixinensis episcopi, inter testes adducti, itinera, verosimillimum reddit, quin opus sit, cum Gmeinero in Friderico I. 156. 157. not. 448 et 45 aut tempus diplomatis huius ad an. 1162. referre, aut fidem ipsius omnino denegare. Certe non facile aliquod iter imperatorem hunc iam an. 1182 Augustam perduxit. Cnfr. Raumer Hohenstaufen II. 536. an. 1162. et ea, quae desuper dicta sunt occasione alterius diplomatis Tegernseensis anni 1163, ubi etiam de quodam anachronismo in recognitione cancellarii vice Christiani archiepiscopi Moguntini reddita est ratio, quae pari modo servit tempori, quo exaratum et recognitum est hoc instrumentum.

c) Oscitantiae et praecipitantiae scriptoris adscribenda sunt menda quaedam in hoc instrumento occurrentia, quae hic annotare expedit.

1) Anachronismus manifestus bis commissus; cum nimirum comes Heinricus de Wolfratshausen, qui ultimus Wolfratshusanorum iam 1158. 2. Maii obierat, adhuc 1163 dicatur: nunc in praesentiarum advocatus monasterii Tegernsee, simulque inter testes referatur, quo tempore, e fide alterius diplomatis eiusdem anni 1163. saepius memorati, Bertholdus comes de Andechs advocatus eiusdem monasterii iam fuit, cuius etiam ministeriales in utroque instrumento inter testes comparent.

2) In linea ultima omissa est formula: regnante Friderico Romanorum Imperatore, unde verba sequentia: anno regni eius, sensum imperfectum habent.

3) Pari modo vacillat sensus in aliis quibusdam locis; in vocabulo: tam M. B. VI. 179. lin. 8., quod legendum est: damnum, quomodo legitur in confirmatione 1193: in vocabulo quoque: imperatore, quod

bis in eadem verborum consecutione, haud absque huius interturbatione, legitur, et in M. B. l. c. 178. lin. 26. 27. non bene in numerum pluralem versum est: imperatorum.

4) Sigillum praeter morem maiorem monogrammatis imperialis partem contegebat, prout ex macula cerae intuenti facile patet.

5) Inter testes per errorem irrepserunt Heinricus et Pertholdus de Wolfrathusen; nam locus Wolfrathusen prioribus tribus testibus: Lazario, Gozwino, et Egilolfo, attinet; Pertholdus autem potius de Hohenrain sive Houhenrain dicendus est, prout etiam dicitur in altero instrumento an. 1163. saepius memorato: similiter Heinricus dicendus fuit de Scalnheim, hocque cognomen habet in altero isto instrumento. Omnes isti et sequentes testes post illos adducti tunc ministeriales erant comitis Bertholdi de Andechs, quod quidem in altero instrumento notatum, in hoc autem ex incuria neglectum est.

d) Summopere denique expendendum est, tres potissimum esse huius amplissimi privilegii partes ex tot aliis instrumentis desumtae, ita, ut quidquid ibi de mundiburdio imperatoris prorsus gratuito, de iuribus abbatum aliorumque praelatorum ecclesiasticorum, ac de iuribus et officiis advocatorum pluribus in locis disperse constitutum est, hic in uno coagmentatum privilegio inveniatur. Ex qua diversitate partium inter se iunctarum illa ipsa superius notata irrepsisse menda censendum est. Nam alia in privilegio imperiali Benedictoburano 1155. 15. Maii, alia in privilegio imperiali Augustano 1156. 21. Junii, alia denique in charta Tegernseensi 1157, 16. Mart. vix non eisdem verbis occurrunt.

e) Editum in Hundii metrop. III. Edit. Mon. 407. edit Ratisbon. 281 — 283. et Mon. Boic. VI. 174 — 180.

Digitized by Google

CCCCCVIII.

Anno 1163. 27. Novembr. Papiae.

Fridericus I. R. imperator, qui a canonicis maioris ecclesiae Babenbergensis villam Walthmanshoven pretio LXX. marcarum argenti emit, exceptionem in ipsa emptioe adiectam illis confirmat: ut nulla munitio in propinquo monte et ambitu veteris fossati construatur, neque per imperatorem aut successores eius, neque per Canonicos praedictos.

(*Chrismon.*) In Nomine. Sanctae. et. individuae. trinitatis. Frcdericvs. divina. favente. clementia. Romanorvm. imperator. Avgvstvs. Quaecumque in Contractibus legitime statuuntur. Ratio suggerit. qvod Imperiali Auctoritate firmentur. ut Cavsa Rationabiliter diffinita. perpetua stabilitatc consistat. et a Memoria superstitvm aliquo temporis processu non recedat. Eapropter Cognoscant Vniuersi fideles Imperii. presentes et futvri. quod nos a dilectis et fidelibus nostris. fratribus et Canonicis. maioris aecclesiae babenbergensis. dato precio. LXX. marcarum argenti. nobis in proprium emimus. et Integre ac libere comparavimus. quicquid in Villa Walthmanshoven. predicti fratres et Canonici. habuisse. tenuisse. et hactenus possedisse dinoscuntur. excepto monte qvodam. cum toto et Integro Ambitu veteris fossati. quem nos ab ipsa emtione excipimus. et predictis fratribus habendum. presenti pagina decretali confirmamus. quod neque nos. neque vllus successorum nostrorum. nec aliquis nostro Nomine. in predicto monte. sicut Ambitus veteris fossati Continet. aliquam Munitionem. uel aliquod Castrum. aedificare possit uel debeat. ne fratres babenbergensis aecclesiae. in bonis suis circum adiacentibus. aliquod

Impedimentum. seu aliquam diminutionem. uel molestiam. occasione illius aliquando sustineant. Constat autem in supradicta emptione adiectam esse talem Conditionem. quod nec ipsi fratres. in eodem monte aliquam munitionem. uel castrum facient. nec alicui vendent uel dabunt. qui hoc facere possit. nec concedent alicui potestatem. qvi sub eorum nomine aedificet. uel aliquam ibidem construat mvnitionem. Quod si forte contigerit. quod per venditionem. uel donationem. uel etiam per Concessionem predictorum fratrum. mons prefatus ab aliquo debeat aedificari. scire volumus vniuersos. et hoc notitiae futurorum relinquimus. quod per nostram. nostrorumque successorum potestatem. potivs quam per alienam. supradictus mons construi debet atque aedificari dignumque Censemus. quod sub nostro et successorum nostrorum ivre et Arbitrio potius consistat. quam sub alicuius extranea dominatione redigatvr. qui ad nostrum detrimentum aliquam ibi munitionem. construere presumat.

Signvm. Domni. Friderici. Romanorum. Imperatoris. Invictissimi. (*Monogramma*).

L. S.

Ego Cristianus cancellarius. vice Reinaldi Coloniensis Archiepiscopi. et ytaliae Archicancellarii Recognoui. Acta sunt haec. Anno dominicae Incarnationis M. C. LXIII. Indictione XI. Regnante domno Friderico. Romanorum Imperatore Victoriosissimo. Anno Regni eius. XI. Imperij vero. VIII. feliciter. Amen.

Datum. papiae. V. Kalendas. decembris.

a) Sigillum impressum illaesum et bene expressum, quod tamen in contextu distincte non est annunciatum, indirecta enim eius annunciatio in verbis: praesenti pagina decretali, continetur.

b) Indictii communis convenit anno Chr. notato 1165; anni tamen regni ac imperii aut unitate decurtati aut computati sunt completi, ille ante novem menses ac 21 dies, hic ante 6 menses et 9 dies. Ad

Digitized by Google

annum autem 1163 potius, quam 1162 pertinere hoc instrumentum, alia huius imperatoris instrumenta mense Novembri utroque anno data satis demonstrant; isto enim mense anni 1162 in Germania, anni vero sequentis 1163 in superiori Italia fuit.

c) Editum in Schultes hist. Schriften II. 364.

CCCCCIX.

Anno 1165. inter menses Januarium et Maium.

Actum autem 1164. ante mens. Octob.

Fridericus I. R. imperator ecclesiae in Reitenhasela allodium in Sconeberc et Waltendorf, a Rafoldo ministeriali ducis Bawariae et Saxoniae illi donatum, confirmat, simulque eandem ecclesiam cum caeteris possessionibus eius, nominibus expressis, in protectionem imperialem suscipit.

a) Sigillum, nonnisi in ora laesum, salva imagine et tota inscriptione, appendet ex duplici funiculo rubri coloris, membranae inferius complicatae innexo.

b) Locus negotii peracti, mensis diesque non sunt expressi. Notati autem cancellarius et archicancellarius duplicem diplomatis epocham assumendam esse persuadent: primam scripti diplomatis, anno 1164 usque ad mensem Octob., cum imperator adhuc esset in Italia; eo quod vice archicancellarii Italiae recognitum dicatur; alteram expediti diplomatis, mensibus primis anni 1165, ante mensem Junium, quando exauctorato Conrado substitutus est Christianus Moguntinus archiepiscopus et Germaniae archicancellarius, qui hic adhuc cancellarius nominatur. Cnfr. Gemeineri Friderich p. 183. not. 553. et chronicon. Gottwic. I. 375.

Digitized by Google

c) Editum in Mon. Boic. III. 113. num. 11. ubi aliqua emendentur; p. 113. lin. 26. leg. Rafoldus; p. 114. lin. 6. leg. Rode. Scucinge (Scuzzingen).

CCCCCX.

Anno 1165. circ. 23. Maii. Wirceburc.

Fridericus I. R. imperator litem de mercato in Staphelstein, quae vertebatur inter Canonicos maioris ecclesiae Babenbergensis et Adelbertum de Truentingen bonorum Wirceburgensis ecclesiae ibi sitorum possessorem beneficiarium, decidens; ex sententia quidem curiae suae mercatum Canonicis Babenbergensibus adiudicat, pro bono pacis tamen habitantibus in bonis Wirceburgensibus infra limina domorum ipsorum mercandi absque theloneo licentiam concedit.

(*Chrismon.*) In nomine. Sanctae. et. indiuiduae. trinitatis. Fridericus Diuina. fauente. clementia. Romanorum imperator. augustvs. Cvm omnis potestas a domino deo sit. si nos potestate quae in terris a deo nobis tradita est. pacem et quietem aecclesiis dei prouidemus. maximum Reipublicae nostrae munumentum (munimentum) credimus. et retributionis aeternae denarium super hoc per suffragia sanctorum expectamus. Nouerit igitur per omne euum. dei omnipotentis et nostrorum fidelium uniuersitas. qualiter nostra Imperiali auctoritate litem decidimus. quae aduersvs fratres nostros dilectissimos Babenbergensis aecclesiae canonicos de Mercato Staphelstein Auctore Adelberto de Trventingen emerserat. Et quidem cum praefatus Adelbertus a con-

Digitized by Google

sanguineo nostro Friderico duce de Rotenburc. et ipse consanguineus noster. ab aecclesia Wirceburgensi in praedicta uilla Staphelstein in feodo teneret ea quae ad aecclesiam Wirceburgensem pertinere dinoscuntur. cepit prefatus Adelbertvs inquietare fratres Babenbergenses de Mercato. quod eis ibidem praedecessor noster bonae memoriae Lotharius Imperator tradiderat more solito per *grauationem* publica donatione. et priuilegii sui confirmatione, vt uidelicet Crvcem in suo erigerent. et mercatum publice instituerent. cum ante non nisi diebus festis moris esset hominibus ad aecclesiam concurrentibus quedam minuta inter se habere commertia. sine theloneo et aliis praestationibus seu institutionibus ad iusticiam forensem. regali uel imperiali donatione pertinentibus. Et quia praua illa consvetudo prisci temporis in cymiterio plebanae aecclesie exorta fuerat. quae iure fundi ad aecclesiam Wirceburgensem spectabat. litis et calumpniae praestabat occasionem aduersus praepositum Babenbergensem et maioris aecclesiae canonicos. Nos uero auditis hinc inde allegationibus Heinrico Wirceburgensi episcopo, et karissimo consanguineo nostro Friderico duce de Rotenburc. una cum praedicto Adelberto praesentibus. et de iure nichil contradicere ualentibus. ex sententia curiae nostrae adiudicauimus et confirmauimus canonicis Babenbergensibus mercatum Staphelstein. quod imperiali largitione se consecutos scriptis et uiuo testimonio comprobauerant. Uerumtamen pro bono pacis partes nostras interponentes. ita sententiam modificauimus. coniuentia fratrum Babenbergensium. ut habitantes in bonis Sancti Kyliani Staphelstein. emendi et uendendi licentiam habeant infra limina domorum suarum tantum. absque dolo et malo ingenio. et exinde nec theloneum nec aliam forensem iustitiam persoluant. Si uero in mercato emerint. uel in publico more forensium tabulam uel aliquam stationem habere uoluerint. et merces suas in platea exposuerint. iure forensi exinde respondeant. Item. Si de platea uel mercato uel de campo deforis. animalia uel alia quelibet que ad mer-

Digitized by Google

catum ueniunt in domos suas introduxerint. ut iusticiam forensem subtrahant. scultheto. et theloneario praepositi et fratrum Babenbergensium debitam ut alii iusticiam persoluant. Et ut haec rata et inconuulsa omni tempore permaneant. praesentem inde paginam conscribi. et sigilli nostri impressione roborari praecepimus. testibus qui aderant subter annotatis. Testes sunt. Dux Fridericus de Rotenburc. Comes Ruodolfus de Prundorf. Fridericus Palatinus de Lengeuelt. Comes Adelbertus de Thilingen. Comes Rapoto de Abenberc. Comes Gerhardus et frater eius Hermannus de Berchteim. Comes Hermannus de Wolueswac. Marcwardus de Grunbach et filii eius Adelbertus et Otto. Cuonradus prefectus de Nuerenberc. Cuonradus de Tungede. Manegoldus de Tuncdorf et filii eius. Poppo de Trimperc et frater eius Heinricus. Heinricus de Liechtenberc. Popo de Irmenolteshusen. Gebehardus de Bilstein. Rupertus de Castele. Cuonradus de Entse. Fridericus de Truentingen. Cuonradus de Wikartesheim. Cuonradus de Bockesperc. Degenhart de Helenstein. Sigehoto de Albecke. Eberhart de Hoeuelt. Cuonrat et Friderich de Scegeuelt. Heinricus de Hoestete. et alii multi.

Signvm. Domni. Frederici. Romanorum. imperatoris. invictissimi.

L. S.

Ego Cristianus. sacri palacii Imperialis Cancellarius. Recognovi (*Monogramma*).

Actum Wirceburc. Anno dominicae incarnationis. M. C. LX. V. Indictione. XIII. Regnante domno Friderico. Romanorum Imperatore inuictissimo.

Anno regni eius XII. Imperij vero, X. feliciter. AMEN. AMEN.

a)

Digitized by Google

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Dies ac mensis non sunt expressi. In penultima et ultima linea numeri Indictionis et anni regni alio atramento sunt exarati. Cum ergo annus X^mus^ imperii ipsa scriptoris manu sit notatus, qui currebat anno Ch. 1165 usque ad diem 17. Junii inclusive, eique conveniant tam annus Chr. quam indictio aliquantum serius inscripti; hinc non erit ambigendum, et negotium peractum et ipsam scripturam ad initium curiae celeberrimae hoc anno circa festum Pentecostes sive circa 23. Maii Wirceburgi habitae pertinere, ita tamen, ut actio solemnis iudicii festum istud adhuc praecesserit, cui praesens erat Heinricus episcopus Wirceburgensis paullo ante hoc festum defunctus.

Ex quo simul patet, annum regni, similiter aliquantum serius inscriptum, erroneum esse, duabus nimirum unitatibus decurtatum.

c) Editum apud Schultes in den hist. Schriften II. 365.

d) In verbo litteris cursivis indicato correctura, manu et atramento eodem facta, deprehenditur; antea legeabatur: Guuatonem, nunc primum u signo deletionis notatum, et supra g littera a scripta legitur, ita ut legi possit grauatonem et gauatonem. Aeque incerta est lectio libri antiqui copialis saec. XIII. fol. 57., quae anticipiti supra lit. g. signo abbreviationis utitur; secundam tamen lectionem praeferendam esse et ipsa ratio corrigendi et locus diplomatis Lotharii imp. an. 1130. 5. Aprilis hic memorati indicare videntur, in quo nimirum delegator comes Reginbodo occurrit, per cuius manum mercatum Staphelstein sive Staffelstein congregationi Scti Georgii in Babenberg primitus donatum atque concessum est; nam, ex glossariis, inprimis ex illo Du Cangii, patet, gaphantem sive gafandum quemdam fideiussorem indigitare, qui hoc in loco, modo alias inconsueto, gavato scriptus esse potest.

Digitized by Google

CCCCCXI.

Anno 1165. 23. Junii. Ratisponae.

Fridericus I. R. imperator abbatem castellensem eiusque monasterium, familiam et bona sub suam imperialem tuitionem suscipit, praesertim autem illa bona, quae patruus suus, Heinricus dux Austriae, nominatim in villa Alersbach illi contulit.

a) Sigillum impressum illaesum et bene expressum.

b) Formula contextus annuncians sigillum omissa est.

c) Notae chronologicae inter se conveniunt, ita tamen, ut annus regni numeretur completus ante tres menses et 17. dies.

d) Editum in Monum. Boic. XXIV. 390. num. 6.

CCCCCXII.

Anno 1165. 18. Augusti. Biscopsheim.

Fridericus I. R. Imperator regale quondam monasterium Kitzingense, consilio et auxilio utriusque episcopi, Wirzeburgensis, in cuius episcopatu ipsa abbatia iacebat, et Babenbergensis, ad quem investitura temporalium eius spectabat, clausura et arctiore vita reformat, simulque statuit: ut beneficia vacantia ad abbatissam et communem usum sanctimonialium redeant, nec de caetero cuiquam conferantur.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fredericus diuina fauente clementia Romanorum imperator augu-

Digitized by Google

stus. Diuinae ordinationis prouidentia. idcirco nos ad imperialis coronae gloriam prouexit. ut in imperio nostro longe lateque ubicumque oportunitas se offert. in locis competentibus cultum diuinae religionis ampliemus. nostrorumque antecessorum. Regum et imperatorum romanorum. honesta exempla felici imitatione sequentes. et nouellas plantationes ad honorem et seruitium diuinum quandoque instituamus. aliasque tum per incuriam. tum per negligentiam praelatorum desolatas. et ex processu temporis deformatas. in pristinum nitorem restituamus. et ad culturam aecclesiasticae institutionis reformemus. Huius rei gratia. dum ad cenobium sanctimonialium quod uulgo dicitur Hezingen. quondam regale. deuenissemus. ex consilio et auxilio fidelium principum nostrorum. Heroldi uidelicet wirzeburgensis episcopi. in cuius episcopatu. et sub cuius banno praedicta abbatia constitit. et Euerardi babenbergensis episcopi. ad quem inuestitura temporalium. ex donatione antecessorum nostrorum respicit. placuit nostrae maiestati eidem cenobio manum porrigere subleuantem. ita. quod et per clausuram et per uitam artiorem. sanctimoniales praedicti cenobii. religionem mundam et immaculatam. deo placentem. diuino seruitio deinceps exerceant. et liberae sanctimoniales ac solutae ab omni exteriori sollicitudine. solique deo uacantes. in omni sua necessitate absque omni defectu et sine querela sufficientiam temporalem habeant. Nostra igitur auctoritate hoc sanctum propositum et obsequium tam rationabile approbauimus. et imperiali priuilegio confirmauimus. statuentes et firmissimo edicto praecipientes. ne de cetero praedictus everardus babenbergensis episcopus vel aliquis successorum eius. nullaque alia persona. secularis uel aecclesiastica. praedicti cenobii clausuram infringere. vel de bonis. vel possessionibus. vel beneficiis. seu aecclesiis eidem abbatiae pertinentibus. aliquid imminuere vel subtrahere. vel ab ipsa abbatia aliquomodo praesumat alienare. per quod vel aecclesia wirzeburgensis detrimentum sui honoris incurrat. vel abbatia Kezingensis in suis

Digitized by Google

bonis dampnum sustineat. Quod ipsum fidelis noster Heroldus wirzeburgensis episcopus. auctoritatis suae banno firmauit. et priuilegio stabiliuit. Prefatus quoque dilectus noster Everardus babenbergensis episcopus. libera uoluntate pro se et omnibus successoribus suis approbauit. et priuilegio suo confirmauit. Statutum quoque ibidem est a nobis. et ab episcopis eisdem uenerabilibus. quod quicumque iure feodali ab ipsa abbatissa Kezingensi. beneficia sua iuste nunc habent et possident. in pace habeant. et in suos filios legitimos heredes transfundant. et si patres sine filiis. vel filios sine heredibus decedere contigerit. ipsa beneficia ad communem usum sanctimonialium cum omni integritate redeant. et cotidianis earum stipendiis. et ceteris necessitatibus cenobii remota omnium hominum contradictione deseruiant. Preterea ad utilitatem majorem ipsius cenobii et omnium sororum deo ibidem famulantium. hoc diligenter prouisum est. et nostra auctoritate prohibitum. quod abbatissa eiusdem cenobii. de beneficiis uacantibus. et ad manum eius libere reuertentibus. nec de nouo. nec de ueteri aliquem inuestiat. et si aliquatenus facere praesumpserit. nos in irritum reuocamus. Huius rei testes sunt. Herimannus Hersfeldensis abbas. Albertus abbas elewacensis. Reinardus praepositus noui monasterii in wirzeburg. Godefridus cantor maioris aecclesiae. Johannes magister scolarum. Bertoldus praepositus. Albertus custos. Heinricus protonotarius imperialis curiae. Fridericus colbo. Albertus capellanus de monte. Albertus de monte. Reinardus et Wortwinus de nouo monasterio. frater wolferus. Godeboldus archidiaconus babenbergensis. Vlricus dux boemie. Marquardus de grumbac aduocatus. Conradus burgrauius de Nurenberg. Fridericus filius comitis rapodonis. Robertus de castello. Manegoldus de tuncdorf. Conradus de enshe. Conradus de wikarsheim. Lodwicus colbo. Fridericus de Schefelt. Crato de Nuenburg. et frater eius conradus. Euerardus de hofelt. Bodo ministerialis de wirzeburg. Gundelaus ministerialis de babenberg.

Digitized by Google

Billungus uicedominus. Heinricus et Billungus sculteti. Godefridus de foro.

Signum domni Frederici Romanorum Imperatoris invictissimi. (*Monogramma*).

L. S.

Ego christianus sacri palatii imperialis cancellarius recognoui.

Acta sunt haec Anno dominice incarnationis. M. C. LXV. Indict. XIII. Regnante domno Frederico Romanorum Imperatore gloriosissimo. anno regni eius. XIII. Imperii uero. XI. feliciter Amen.

Datum apud Biscopsheim XV. Kal. Septembris.

a) Sigillum, quod impressum erat, periit, remanente cerae macula tam circa foramen, et crucem decussatam, quam in membrana complicata sigillo superincumbente.

b) In contextu formula, sigillum annuncians, omissa est, implicite contenta in verbis: imperiali privilegio confirmavimus.

c) Notae chronologicae inter se conveniunt, ita tamen ut annus regni numeretur completus ante quinque menses et 15 dies.

d) Testes, qui sequuntur filium comitis Rapotbnis, e latere Monogrammatis per lineam dimidiam aliasque lineas brevissimas, quarum singulis quatuor tantum ad summum vocabula, manu tamen eadem, inscripta sunt, inter locum sigilli et locum dicti Monogrammatis continuantur.

e) Ex his testibus illi quinque, qui excipiunt Bodonem ministerialem Wirceburgensem signo intercallationis notati sunt, pari signo testi Cratoni de Nuenburg praeposito, quo indicari videtur, testes illos quinque postea esse adiectos, qui, si primitus nominati essent, inter

Digitized by Google

Fridericum de Schefelt et Cratonem de Nuenburg suum locum obtinuissent.

f) Editum a Fr. A. Jäger Geschichte Frankenlands III. 322. num. 9 et extractum ab Ussermann in Historia Episcopatus Wirceburg sub monast. Kitzingen 447.

g) Desumtum ex Archivo Wirceburg.

CCCCCXIII.

Anno 1166. inter 9 — 11. April. Ratisbonae.

Fridericus I. R. imperator ad querelam Eberhardi Babenbergensis episcopi, qui praedium quoddam in Karinthiae ducatu a Burcgravio de Nurenberg sibi comparavit et per iudicium curiae imperialis exemtionem ipsius praedii a iurisdictione ducali obtinuit, Hermanno duci Karinthiae mandat, ut totum corrigat, quod hucusque in illo praedio contra iustitiam fecit, placita constituendo etc.

F. dei gratia Romanorum Imperator et semper Augustus. dilecto suo Herm. duci Karinrinthiae (Karinthiae) gratiam suam et omne bonum. Conquestus est nobis dilectus noster. E. babenbergensis episcopus. quod super praedium illud suum quod a Burcgrauio de Nurenberg. iuste et rationabiliter acquisiuit et comparauit placitum tuum constitueris. et per mandatum tuum iustitiam tuam pro velle tuo ibi exercueris. interim dum in nostro seruicio ad uocationem nostram apud Nurenberg nouissime detineretur. et interim dum apud Ratisponam similiter in seruicio Imperii adhuc hodie decupatus (occupatus) detinetur. Ipse uero episcopus per sententiam et per iudicium principum hoc in curia obtinuit. quod nullum placitum. nullam iusticiam super illud

Digitized by Google

praedium. nec super aliqua bona eius interim potes habere uel ponere uel exercere. quamdiu ad nostram uocationem. in seruicio Imperii occupatus detinetur. Vnde mandamus tibi et per iudicium principum. ac per gratiam nostram firmiter praecipimus. ut quod modo contra episcopum in illo praedio suo. contra rationem et iusticiam fecisti. totum corrigas et emendes. ita quod episcopus cesset a querela. Scire enim debes quod illud predium episcopo babenbergensi ita rationabiliter et iuste in praesentia nostra et principum datum est. et Imperiali auctoritate firmatum. quod remota omnium hominum contradictione et absque omni impedimento ratum et inconuulsum debet permanere. et nodum querit in cyrpo. qui pro praedio isto contra episcopum aut aecclesiam babenbergensem aliqua occasione nititur malignari. Ergo tibi mandamus monendo rogando. et sub obtentu gratiae nostrae praecipiendo. ut haec omnia absque dilatione studeas effectui mancipare.

a) Sigillum, quod appendebat, periit; remansit tamen et chartae inferius complicatae adhaeret segmentum membranaceum sigillo appendendo et appenso aptum ac destinatum.

b) Loco et omnibus notis chronologicis caret hoc instrumentum forma epistolari conscriptum. Memorata tamen in illo utraque curia Norimbergae et Ratisponae habita nonnisi anno Chr. 1166 convenit, illa 14. Febr., haec 9., 10 et 11. April. eodem anno celebrata. In ultima harum curiarum hoc mandatum caesareum fuisse exaratum aperte ipsa instrumenti verba demonstrant, cui simul praesentem fuisse episcopum Babenbergensem, Eberhardum, ex aliis quoque instrumentis in gratiam huius episcopi tunc ei datis patescit. Cnfr. Mon. Boic. V. 160. 161. num. 4.

c) Bina menda errore calami in vocabulis (Karinthiae) ac (occupatus) commissa scriptor praeproperus littura corrigere neglexit.

d) Editum in Bar. de Hormayr Jahrb. Bd. XLIV. Anzeigebl. 13. n. 29.

Digitized by Google

CCCCCXIV.

Anno 1166. 11. April. apud Ratisponam.

Fridericus I. R. imperator donationem et resignationem, quam fidelis suus, ministerialis regni, Godefridus de Herzeshusen, de toto praedio ipsius in villa Herzeshusen ad ecclesiam Sctae Mariae in Undistorph legitime fecit, cum adiecta conditione, confirmat: ut praedictum praedium ab eadem ecclesia Sctae Mariae nunquam debeat alienari.

a) Sigillum, quamvis in contextu non annunciatum, impressum erat, quod vero fere omnino periit, remanente modica tantum cerae massa circa foramen decussatum, et indicio eius in ipsius cerae macula tam ibidem, quam in membrana, qua parte complicata sigillo incubuit, apparente.

b) Indictio et annus imperii currentes, nec non annus regni, ante unum mensem et 5 dies completus notato Chr. anno conveniunt.

c) Editum in Mon. Boic. XIV. 133. inter monumenta monasterii Inderstorf, quam tamen editionem potius ex libro quodam copiali, quam ex authographo factam fuisse, variantes lectiones probant: pag. 134. lin. 9. Christianus; lin. 12. usque 17. numeri chronologici omnes non vocabulis, sed litteris Romanis expressi.

CCCCCXV.

Digitized by Google

CCCCCXV.

Anno 1168. 10. Julii. Wirzeburgi.

Fridericus I. R. imperator Heroldo episcopo Wirceburgensi, eiusque ecclesiae jurisdictionem per totum Episcopatum ac ducatum Wirceburgensem et per omnes cometias, in eodem episcopatu vel ducatu sitas, concedit et confirmat; pro pace etiam ecclesiae Wirceburgensis castra Bramberg et Frankenberg destrui fecit, quorum reaedificationem inhibet. *Exemplar Sigillo munitum.*

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et individuae trinitatis Fredericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator et semper augustus Imperialem celsitudinem decet predecessorum suorum pia facta non solum inuiolabiliter conseruare. sed etiam censurae suae auctoritate alacriter et sollempniter confirmata. perhenni commendare memoriae. ne quod a diuis imperatoribus. ad laudem dei. necessitatibus aecclesiarum. et saluti prouinciarum clementer indultum. et irrefragabiliter institutum est. decursu temporum. uel qualibet rerum uarietate posteris hoc fiat dubium uel incertum. In examine namque cuncta dei conspicientis aequale meritum credimus dantis et data corroborantis. Unde nos piis notis delectamur uetustatis inuento. et sequi uetera instituta libenter amplectimur. quia locus subreptionibus non relinquitur. quotiens rationabiliter constituta seruantur. Nouerit itaque dei. et imperii nostri fidelium. tam presens aetas. quam successura posteritas. qualiter in generali curia Wirzeburg celebrata. ubi inter discordes principes saxoniae. deo cooperante. plenam reconciliationem perfecimus. Heroldus. eiusdem ciuitatis uenerabilis episcopus. cum omni aecclesiae

conuentu. et spectabili liberorum et ministerialium multitudine. nostram suppliciter inplorauit clementiam. ut omnem iurisdictionem. quam antecessores sui. et aecclesia. et ducatus Wirzeburgensis. a Karolo magno et omnibus successoribus suis usque ad presens tempus iusta et quieta possessione sine diminutione tenuerunt et possederunt. sibi et aecclesiae et ducatui imperiali auctoritate. et privilegii nostri munitione confirmare dignaremur. Quia vero rationabiles petitiones supplicum libenter amplectimur. qui etiam non rogati iusta cogitare debemus. definitas res ab antiquis imperatoribus. quas tamen constat rationabiliter esse decretas. et ab aecclesia et ducato Wirzeburgensi longissimis possessionibus. ut et memoriam hominum excedant. irrefragabiliter habitas et usitatas. nulla uolumus deinceps ambiguitate titubare. quia decet firmum semper existere. quod antiquitate. et diuturna possessione commendatur. Nec priora quassare ualemus. ubi nichil est quod corrigere debeamus. Inde est quod prefato Heroldo. uenerabili episcopo. suisque successoribus in perpetuum. pro fidei suae et obsequiorum preclaris meritis. et interuentu sacri collegii predictae aecclesiae. cuius deuotio. pectoris nostri penetralibus inheret. ac liberorum et ministerialium indefessa supplicatione deuicti. damus et concedimus. et presentis priuilegii munimine confirmamus omnem iurisdictionem. seu plenam potestatem faciendi iusticiam per totum episcopatum et ducatum Wirzeburgensem. et per omnes cometias in eodem episcopatu uel ducatu sitas. de rapinis. et incendiis. de allodiis. et beneficiis. de hominibus. et de nindicta sanguinis. Statuentes imperiali auctoritate. et lege perpetuo ualitura decernentes. ne aliqua aecclesiastica. secularisue persona. aliqua temeritatis presumptione. contra institutā antiquorum principum. contra diuturnam et iustam possessionem Wirzeburgensis aecclesiae. et nostra intemeranda decreta ueniens. per totum Wirzeburgensem episcopatum et ducatum et cometias infra terminos episcopatus uel ducatus sitas. iudiciariam potestatem de predis. uel incendiis.

aut de allodiis. seu beneficiis. siue hominibus. deinceps exerceat. nisi solus Wirzeburgensis episcopus et dux. uel cui ipse commiserit. hoc excepto. quod comites de liberis hominibus. qui uulgo Bargildi uocantur. in comitiis habitantibus. statutam insticiam recipere debent. Imperiali quoque precepto inhibemus. ne aliquis in prefato episcopatu et ducatu uel in comitiis in eis sitis. aliquas centurias faciat. uel centgraulos constituat. nisi concessione episcopi ducis Wirzeburgensis. Preterea quia de castro Bramberg quies pacis totius prouinciae sepe turbabatur. et multorum malorum occasiones contra prefatam aecclesiam exortae sunt. pro pace aecclesiae. et salute animae nostrae ipsum castrum destrui fecimus. et montem aecclesiae Wirzeburgensi iure proprietatis tradidimus. ne de cetero castrum uel aliqua munitio in eodem monte fiat firmiter inhibentes. Aliud quoque castrum Frankenberg dictum. quod adjacenti abbatiae Amerbach destructionem minabatur. et per subreptionem inimicorum. aecclesiae Wirzeburgensi poterat inferre periculum. similiter destruximus. et montem nullo tempore reedificandum aecclesiae recognouimus. Sit igitur hac nostra pragmatica sanctione. supradictorum omnium omni euo stabilis et firma constitutio. et nemo ullo unquam tempore eam infringere uel cassare presumat. Quicumque autem contra eam uenire. uel in irritum reuocare presumpserit imperatoriae majestatis reus. seuerissimae animaduersionis paenas exsoluat. et mille libras auri purissimi componat. medietatem camerae nostrae. et alteram medietatem Wirzeburgensi episcopo et aecclesiae. Quod ut uerius credatur. et ab omnibus diligentius obseruetur. presentem inde paginam conscribi. et signi nostri Karactere firmari. et sigilli nostri impressione insigniri precepimus. adhibitis idoneis testibus. quorum nomina haec sunt. Cristianus Magoutinae sedis archiepiscopus. Vdo Cicensis episcopus. Gerungus Missenensis episcopus. Hugo Fardensis episcopus. Hovdulfvs Leodiensis episcopus. Albericvs Laudensis episcopus. Tercius placentinus episcopus. Ragimundvs Ypo-

riensis episcopus. Burcardvs fuldensis abbas. Conō Ratisbonensis episcopus. Hildeboldus. Herisveldensis abbas. Nicholaus Sigebergensis abbas. Engelhardus abbas sancti Burchardi. Heinricus abbas sancti Stephani. Richolfus maioris ecclesiae praepositus. Perseus Decanus. Reinhardvs praepositus noui Monasterii. Wernhervs praepositus sancti Johannis. Godefridus cantor. Johannes Scolasticus. Albertus custos. Weszelo portenarivs. Heinricus praepositus de Onoldesbach. Bertolfus praepositus et archidiaconus. Covnradus Cellerarius. Heinricus de Hesseburg. Heinricus de Beierbach. Heinricus curiae Protho-notarius. Adelohus praepositus Goslariensis. Theodericus praepositus de Werda sancti swiberti. Arnoldus praepositus S. Andreae in Colonia. Burkardus praepositus S. Petri in Magontia. Conradus Palatinus Comes Rheni. Otto marchio Missenensis. Theodericus Marchio frater eius. Heinricus comes de Witin. frater eorum. Otto et Fridericus palatini comites de Wittelesbach. Bertolfus marchio de Voheburg. Comes Bertolfus et Andesse. Comes Rodulfus de fullendorph. Comes Lodowicus de Lon. Comes Rapodo de Abenberg. Et filius eius comes Fridericus. Boppo Wirzeburgensis burgrauius. Marqwardus de Grombach. et filii eius. Alhertus et Otto. Burkardus Magdeburgensis Burkgrauius. Oydalricus filius ducis Boemiae. Albertus filius ducis Poloniae. Albertus comes de Dilingen. Comes Otto de Kirkberg. Comes Manegoldus de Veringen. Comes Bertolfus de Berga. Comes Gerhardus de Bertheim et frater eius Hermannus. Comes Boppo de Wertheim. Covnradus Burkgrauius de Novremberg. Ruvbertus de Kastela. Covnradus de Buoldesberg. Fredericus de Bilred. Boppo et Godeboldus de Liethenberg. Heinricus et Boppo de Trimperg. Comes Hermannus de Wolueswach. Walthervs et Grafto de Lobenhusen. Manegoldus de Tuuldorph. Albertus de Hilthenburg. Conradus de Scheidenold. Conradus de Nuemburg. Conradus de phuzecha. Heinricus Marischalcus. Bertolfus Triscameravius. Conō Camerarius de Minzenberg. Walthervs Dapifer. Conradus Colbo Pincerna. et

fratres eius Lovdowicus et Berengerus. Hugo de Warda. Thiemo de Koldiz. Bodo de Wirzeburg. Iringus pincerna. Engelhardus dapifer. Billvngus Vicedomnus. Billungus et Heinricus Schultheti. Richolfus de Rieth. Wolframmus et Covnradus de Brozoldesheim. Godefridus et Engelbertus de Foro.

Signum Domni Frederici Romanorum Imperatoris invictissimi (*Monogramma*).

L. S.

Ego Heinricus cancellarius uice Cristiani Magontinae sedis Archiepiscopi et archicancellarii recognoui.

Datum Wirzebvrg. VI. Idus Julii. Indictione I.

Anno dominicae Incarnationis M. C. LXVIII. Regnante domno Frederico Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno regni eius. XVI. Imperii vero. XIIII. Actum in Christo feliciter Amen.

a) Adest duplex instrumentum eiusdem tenoris; unum sigillo, alterum bulla aurea munitum. Propter rei gravitatem et ob aliquas non minimi momenti lectionum varietates utrumque edi curavimus, et istud exemplar sigillo munitum praemittendum duximus, eoquod prius altero, correctiore, exemplari in cancellaria imperiali exaratum videatur.

b) Sigillum impressum, illaesum et bene expressum.

c) Indictio et annus imperii respondent anno Chr. notato 1168, quocum annus etiam regni, ante quatuor menses et dies quatuor completus, convenit.

d) Inditum altero ex isto exemplari. Editiones alterius exemplaris cum potioribus utriusque exemplaris varietatibus mut. sequenti indicabuntur.

CCCCCXVI.

Anno 1168. 10. Julii. Wirceburg.

Fridericus I. R. imperator Heroldo, episcopo Wirceburgensi, eiusque ecclesiae jurisdictionem per totum Episcopatum ac ducatum Wirceburgensem et per omnes cometias in eodem episcopatu vel ducatu sitas, concedit et confirmat; pro pace etiam ecclesiae Wirceburgensis castra Bramberg et Frankenberg destrui fecit, quorum reaedificationem inhibet. *Exemplar bulla aurea munitum.*

(*Chrismon.*) In nomine Sanctae. et individuae trinitatis. Fredericus diuina fauente clementia. Romanorum imperator et semper Augvstvs. Imperialem celsitudinem decet predecessorum suorum pia facta non solum inuioalbiliter conseruare. sed etiam censurae suae auctoritate alacriter. et sollempniter confirmata. perhenni commendare memoriae. ne quod a diuis imperatoribus. ad laudem dei necessitatibus aecclesiarum. et saluti prouinciarum clementer indultum. et irrefragabiliter institutum est. decursu temporum. uel qualibet rerum uarietate. posteris hoc fiat dubium. uel incertum. In examine namque cuncta dei conspicientis. equale meritum credimus dantis. et data corroborantis. Vnde nos piis uotis delectamur uetustatis inuento. et sequi uetera instituta. libenter amplectimur. quia locus subreptionibus non relinquitur. quotiens rationabiliter constituta seruantur. Nouerit itaque dei et imperii nostri fidelium tam presens etas. quam successura posteritas. qualiter in generali curia wirzeburg celebrata. ubi inter discordes principes Saxoniae deo cooperante plenam reconciliationem perfecimus. Heroldvs eiusdem ciuitatis venerabilis episcopus. cum omni aecclesiae

Digitized by Google

conuentu. et spectabili liberorum. et ministerialium multitudine nostram supplicitur imploranit clementiam. ut omnem jurisdictionem quam antecessores sui. et aecclesia. et ducatus wirzeburgensis a Haroldo magno et omnibus successoribus suis usque ad presens tempus iusta. et quieta possessione sine diminutione tenuerint. et possederunt. sibi et aecclesiae et ducatui imperiali auctoritate. et priuilegii nostri munitione confirmare dignaremur. Quia vero rationabiles petitiones supplicum libenter amplectimur. qui etiam non rogati iusta cogitare debemus. definitas res ab antiquis imperatoribus. quas tamen constat rationabiliter esse decretas. et ab aecclesia et ducatu wirzeburgensi longissimis possessionibus. ut et memoriam hominum excedant. irrefragabiliter habitas. et usitatas. nulla uolumus deinceps ambiguitate titubare. quia decet firmum semper existere. quod antiquitate et diuturna possessione commendatur. Nec priora quassare uolemus. ubi nichil est quod corrigere debeamus. Inde est. quod prefato Heroldo venerabili episcopo suisque successoribus in perpetuum. pro fidei suae et obsequiorum praeclaris meritis. et intercessu sacri collegii praedictae aecclesiae. cuius deuotio. pectoris nostri penetralibus inheret. ac liberorum. et ministerialium indefessa supplicatione deuicti. damus. et concedimus. et praesentis priuilegii munimine confirmamus. omnem jurisdictionem. seu plenam potestatem faciendi iusticiam per totum episcopatum et ducatum wirzeburgensem. et per omnes comitias in eodem episcopatu uel ducatu sitas. de rapinis. et incendiis. de allodiis et beneficiis. de hominibus. et de uindicta sanguinis. Statuentes imperiali auctoritate. et lege perpetuo valitura decernentes. ne aliqua aecclesiastica. secularisue persona. aliqua temeritatis presumptione. contra instituta antiquorum principum. contra diuturnam. et iustam possessionem wirzeburgensis aecclesiae. et nostra intemeranda decreta ueniens. per totum wirzeburgensem episcopatum. et ducatum. et comitias infra terminos episcopatus et ducatus sitas. judiciariam pote-

Digitized by Google

κάθαρσις τῶν παθῶν καὶ ἐπανόρθωσις αὐτῶν ἐπιτελοῦσα· καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ἐπιτηδειοτάτη τῶν ἄλλων τέχνη ἐστὶν ἡ ἰατρική· ἐπειδὴ ἐν τῷ σώματι τὸ πάθος ἐστὶν ἐπιφανὲς καὶ ἐν τῇ ψυχῇ ἀφανές. Ἐπειδὴ δὲ τὸ μὲν ἐπιφανὲς ἐν τῷ σώματι ἀναισθησίαν ἐμποιεῖ, τὸ δὲ ἀφανὲς ἐν τῇ ψυχῇ οὐκ ἐμποιεῖ, ἀναγκαῖον ἐστὶ τὸ μὲν ἐπιφανὲς ἐν τῷ σώματι ἐπιγνῶναι, τὸ δὲ ἀφανὲς ἐν τῇ ψυχῇ ἀναζητῆσαι· ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἄνευ τοῦ ἐπιγνῶναι τὸ πάθος καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐπανορθῶσαι. Ἐπειδὴ δὲ τὸ μὲν ἐπιφανὲς ἐν τῷ σώματι ἐπιγνωστόν ἐστι τοῖς ἰατροῖς, τὸ δὲ ἀφανὲς ἐν τῇ ψυχῇ οὐκ ἔστιν ἐπιγνωστὸν τοῖς ἰατροῖς, ἀναγκαῖον ἐστὶ τὸ μὲν ἐπιφανὲς ἐν τῷ σώματι ἐπιγνῶναι τοῖς ἰατροῖς

Anhaltische Regierungsräthe, Regierungs-Präsidenten und Minister.

Graf Friedrich Albrecht zu Anhalt-Bernburg, Regierungs-Präsident, Minister, Wirklicher Regierungsrath, Ritter, Regierungs-Präsident und

terus dapifer. Cvonradus Colbo pincerna. et fratres ejus Lodewicus et Berengerus. Hugo de warda. Tiemo de Coldiz. Botho de Wirzeburg. Iringus. pincerna. Iugelhardus dapifer. Billongus vicedomnus. Billvngus et Henricus sculteti. Gotefridus et Engelbertus de foro. Richolfus de Rieth. Heroldus camerarius. Billongus vicecomes. et alii quam plures.

Signum Domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi (*Monogramma*).

Ego Henricus cancellarius vice Cristiani Magontini Archiepiscopi et archicancellarii recognoui.

Datum Wirzeburg. VI. Idus Julii. Indictione I. anno dominice Incarnationis. M. C. LXVIII.

Regnante domno Frederico Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno Regni ejus. XVI. Imperii vero. XIIII. Actum in Christo feliciter Amen. Amen. Amen.

a) Huic exemplari appendet bulla aurea illaesa, ex filis sericis rubri coloris pariter illaesis.

b) Indictio et annus imperii conveniunt cum anno Chr. notato 1168, annus vero regni nonnisi completus ante quatuor menses ac quatuor dies eidem respondet.

c) Editum in Leuckfeldi antiquit. Poeldens. 254.; in Schannat Vindem. collect. II. 116.; in Lünig parte speciali continuat. I. Fortsetzung III. sive operis Tom. VII. sect. III. 526.

d) Praeter accidentales quasdam differentias in modo scribendi vocabula, nomina et agnomina personarum, potissima varietas utriusque exemplaris, sigillo ac bulla aurea muniti, ista apparet: 1) in clausula comminatoria alterius exemplaris desunt vocabula: vel in irritum revocare; 2) sigilli impressio in priori, et bulla aurea in

Digitized by Google

posteriori exemplari distincte annunciantur; 3) numerus quidem testium utrinque par est; verumtamen duo testes, inter ultimos nominati in altero exemplari desunt, quorum loco duo alii substituti sunt.

CCCCCXVII.

1169. 20. Januarii, apud Heligstat.

Fridericus I. R. imperator ecclesiae Bollingen (Pollingen) praedium Vorsterrieth, iam dudum ei ablatum, nunc autem per manus Heinrici de Vbingen dominorumque eius sibi resignatum, restituit et confirmat.

a) Sigillum, in omni ora sua laesum, appendet ex quadruplici funiculo, filis sericis rubri et flavi coloris contexto.

b) Aliqua cursivis litteris hic repetita: *approbantes idem praedium cum omnibus suis pertinentiis aecclesiae de bollingen Hereditario iure divinae* pallidiore atramento coaeva tamen manu scripta sunt.

c) Editum in Mon. Boic. X. 42. n. 5. ubi sequentia emendentur: p. 42. lin. ult. leg. restitueretur; p. 43. lin. 11. leg. Bocsberg; lin. 13. leg. XIII. Kal.

Digitized by Google

CCCCCXVIII.

Anno 1170. 26. Januar. Wirzeburg.

Fridericus I. R. imperator, cui ex beneficio fuldensis abbatis post obitum Friderici ducis de Rodenburg villa Heitingisvelt cessit, per procuratorem suum de toto ibi monte, cuius pars quaedam, anterior dicta, ad habitatores villae illius spectabat, vinearum plantatione colendo, certa ratione paciscitur; ut cultorem dimidia pars et imperatorem altera iure proprietario contingeret.

(*Chrismon.*) In. nomine. sanctae. et indiuiduae trinitatis. Fredericus divina fauente clementia. Romanorum Imperator. et semper Augustus. Prouidentia est dispensationis Imperatoriae. negociis unicuique in suo jure conseruandis quam plurimum necessaria. vt quibus perhenni opus est memoria. scriptis ea fidelibus commendet et auctoritatis suae sigillo posteris nota faciat. et fidei eorum ad credendum conciliet. Eapropter. notum facimus Imperii nostri fidelibus. tam futuris. quam presentibus. quod postquam villa Heitingisvelt. ditioni nostre cessit. ex beneficio abbatis Fvldensis aecclesiae post obitum dilectissimi nostri piae Recordationis Frederici ducis de Rodenburg. dilectum. ac fidelem nostrum Reiginhardum. noui monasterii praepositum. quem eiusdem villae procuratorem constituimus. ad homines in ea habitantes direximus. vt nobis ab eisdem hominibus obtineret totum montem. qui respectu posterioris. anterior nuncupatur. cuius pars praecipua nobis attinebat. et pars altera proprietati eorum cedebat. Illi vero nostrae serenitatis intuitu. gratanti deuotione. executioni mancipauerunt voluntatem peticionis nostrae. sicut dignum est

Digitized by Google

de mansuetudinis gratia bene sperantes. et nos aliquo suae deuotionis effectu maiestatem Imperatoriam sibi familiarius conciliare desiderantes. Predictus igitur villae illius noster procurator. eundem montem Sentibus extirpandum. et vinearum plantatione colendum. Mansionariis particulariter locauit. huius dispensatione rationis. et istius tenore conditionis. quod cultorem dimidia pars. et nos altera. iure proprietario equa diuisionis portione contingeret. In septimo autem anno. quando cultor cum domno possionem (possessionem) debet. si portionem suam uendere voluerit. nobis eam prius quam cuiquam hominum offeret emendam. quod si eam emere noluerimus. cuicumque voluerit. deinde eam sibi vendere licebit. Vt autem huius autem (abundat) nostrae munitionis pagina rata permaneat et semper inconuulsa. eam nostra maiestate conscribi iussimus. et Imperatoriae dignitatis auctoritate corroboratam sigillari. Huius rei testes sunt. Cristianus Magontinae sedis archiepiscopus. Heroldus wirzeburgensis episcopus. Richolfus praepositus. Persius decanus. Albertus custos. et totus ecclesie sancti Kyliani conuentus. Boppo comes de Henneberg. Bertholfus comes de Andessa. Cvonradus burgravius de Nurenberg. Otto de Grumbach. Cvonradus de Bockesberg. Arnoldus de Rodenburg. Cvonradus pincerna. et alii quam plures.

Ego Heinricus imperialis aule cancellarius vice Cristiani Magontini archiepiscopi. et archicancellarii recognovi.

Signum domni Frederici Romanorum Imperatoris inuictissimi (*Monogramma*).

L. S.

Acta sunt hec anno Incarnationis dominicae M. C. LXX. Indict. III. Regnante domno Frederico Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno Regni eius. XVII. Imperii autem. XV. feliciter amen. Data Wirzeburg. VII. Kal. Febr.

a) Sigillum impressum illaesum et bene expressum.

b) Ex notis chronologicis indictio et annus imperii currens notato anno Ch. 1170. conveniunt; annus autem regni unitate decurtatus aut numeratus est completus ante 9 fere menses.

c) Ineditum.

d) Desumptum ex Archivo Wirceburgensi et quidem capituli cathedralis.

CCCCCXIX.

Anno 1170. 22. Februar. Salzeburg.

Fridericus I. R. imperator, qui populo Hallensi (in Reichenhall) concessit, ut in loco, Huntbrunnescrote dicto, novus asser, Werchpret ab Hallensibus vocatus, poneretur; ipsum locum fratribus ecclesiae Scti Zenonis hac conditione donat: ut ex eius redditibus fontem villamque ab alluvione fluminis Salae oppositis munitionibus defendant; praeterea iam dictam ecclesiam Scti Zenonis in defensionem imperialem recipit.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

b) Ex notis chronologicis indictio et annus imperii currens indicato anno Chr. 1170 conveniunt; annus autem regni unitate decurtatus est, iam ad finem vergente anno regni XVIII.

c) Editum in Mon. Boic. III. 545 — 547. num. 14. ubi p. 547. lin. 4. leg. Aikaim.

Digitized by Google

CCCCCXX.

Anno 1171. 7. Mai. Apud Werdam.

Fridericus I. R. imperator, Outtenburensi ecclesiae privilegium Lotharii III. imperatoris renovans et inserens, libertatem eius, ab antiquis regibus et imperatoribus ipsi collatam, confirmat, in quibusdam autem iuribus, a se et filio suo Heinrico rege concessis, auget.

(*Chrismon*). In nomine sanctae. et indiuiduae trinitatis. Fredericus diuina fauente clementia. Romanorum Imperator Augustus. Sicut aecclesiarum dei jura. priuilegiis antecessorum nostrorum. regum et imperatorum. inuenta. statuta. et stabilita esse cognoscuntur. ita et nostrae majestatis officium esse non dubitamus. eadem in sui status perpetuitate confirmare. et siqua nostrae benignitatis beneficia deo et aecclesiis eius contulerimus. nostra quoqae auctoritate. stabilire. et corroborare decreuimus. Notum sit igitur omnibus. imperii nostri fidelibus. tam futuris quam praesentibus. quod nos ovttenburensis aecclesiae libertatem. ab antiquis regibus et imperatoribus sibi collatam. nequaquam infringere. aut diminuere. sed potius corroborare. et ampliare cupientes. scriptum praedecessoris nostri imperatoris lotharij. propter ueritatis euidentiam. placuit nobis in praesenti pagina interserere. ut deinde nostrae traditionis. et filii nostri heinrici regis romanorum edicta. competenti ordinatione possimus apponere. Est autem huiusmodi scriptum imperatoris lotharij. Priuilegia uenerandae ac sanctae congregationis ovttenburensis cenobij a domno antecessore nostro karolo. romanae magno sedis aduocato. nec non per ottonem imperatorem eiusdem successore (successorem). cum regionis sueuorum. beato uidelicet ovdalrico. augustensis aecclesiae.

Digitized by Google

simulque sancto constantiensis aecclesiae Covnrado praesulibus. et duce Burchardo. ceterorumque principum eiusdem prouinciae confirmata. quoniam diuina gratia sublimati. successores praedictorum extitimus imperatorum. omnimodo in antiqua dignitatis libertate, stabilire. stabilita corroborare. corroborata sigillare decreuimus. Statuimus itaque secundum ab antecessoribus nostris eiusdem praefatae ordinata et confirmata abbatiae priuilegia. defuncto quolibet abbate. fratres inter se liberam ac canonicam electionem. sine cuiusquam contradictione. secundum sancti et eximii patris benedicti regulam habeant. quem meliorem. et utiliorem sibi inuenerint. Sin autem quemcumque diuina gratia ad hanc ordinauerit dignitatem. ubicumque reperiatur abbas eiusdem claustri constituatur. constitutus. nobis. ceterisque successoribus nostris repraesentetur. repraesentatus. per regalia sublimetur confirmatus. Quisquis autem abbas inibi constituatur. ab omni liber regio negotio deo liberius quatenus deseruiat expediatur. nichil ut ab eo duos praeter unius coloris canes exigatur. idque religiosae congregationis cenobio. in testimonium libertatis aeternaliter relinquatur. Eo tamen tenore. ut praedia cum mancipiis deliberatione communis consilii pro libertate praefata ab eadem abstracta. regia potestate cunctis in beneficium ducibus alamanniae concedantur. Quorum nomina sunt haec. Oppidum ovmundingen. Trunchensperch. Hovsen. Dietricheshouen. Wienhusen. Wale. cum decimis in hilargewe. Aduocatia aecclesiae in stainhaim. Aduocatia aecclesiae in kirctorf. Decimae autem praefatorum praediorum a curtis uillicorum in domum elemosinarum pauperes ad reficiendos secundum antiqua statuta ad nos delata eodem tradantur. Precipiendo uero praecipimus. nequis eiusdem abbatiae aduocatus. quasi haereditario iure inibi constituatur. sed quilibet uoluntate abbatis. fratrumque suorum pro defensione eiusdem monasterii eligatur. Commissa uero aduocatia pro regio iure nobis. caeterisque successoribus nostris. facta iurisiurandi fide-

Digitized by Google

fidelitate similiter iuret abbati. quod secundum posse et nosse. iustus. ac utilis aduocatus. in res et homines praedicti monasterii existat. et quicquid placitando acquisierit. una parte sibi retenta. duas persoluat abbati. et nullum praeter se aduocatum. uel exactorem constituat. nec aliquid priuati. uel publici muneris. uel a loco uel ab homine eiusdem monasterii quasi ex debito. uel ex statuto iure exigat. Amplius. Ad unumquemque locum quem abbas ad placitandum ordinauerit. cum. XII. uiris. totidemque equis semel tantum in anno ueniat. nisi pro necessitate aliqua ab abbate eius. uel ministris. sepius aduocetur. ac tunc honeste procuretur. Item. Infra locum vero monasterii. uel alia eodem pertinentia loca. nullum umquam legitimum placitum instituat. omnino interdicimus. nec aliquos de familia eiusdem cenobii. siue ministeriales. siue seruos. sine iusta deliberatione suorum consociorum damnet. uel aliqua iniuria offendat. Qui tamen ministeriales optimo quo fruuntur fuldenses. et augenses iure potiantur. et ut in omnibus abbati promptiores existant et fideliores. ab omni eos regiae seruitutis debito. absolutos esse uolumus. Si autem in aliquo istorum deuiauerit. nisi infra. XL. dies resipuerit. gratia nostra. successorumque nostrorum sine spe recuperationis priuatus deponatur. Et ne forte aliquis aduocatus. aut tirannus eo licentius sibi usurpet aut uendicet aliquid ex his quae sunt abbatis. et fratrum eius quasi nostri iuris non sit. nouerint omnes fideles nostri. quemadmodum domnus karolus imperator primitus magis pro defensione quam servitutis utilitate suscepit. ita et nos strenuissimos rectores et defensores esse sciat. Preterea firmissime statuimus. nequis abbatum de praediis siue de reditibus aecclesiae quae in praesentiarum possidere cernitur. seu in futurum possidenda acquisierit. aliquam inbeneficiare praesumat personam. sed omnia integre ad usus fratrum conseruentur. et inconuulsa. Hoc siquis quod absit ad sui ipsius perditionem temerare praesumpserit. dignitate sibi collata careat. et alius dignus abbas pro eo eligatur.

Digitized by Google

qui haec inuiolabiliter conseruet. Abbas et monachi ibidem deo seruientes. a consuetudine hirsaugensium quam hactenus habuisse uidentur declinare nullo modo praesumant. sed in proposito sancti uiri rovdberti abbatis diuinis orationibus insistendo. uigilanter persistere contendant. Ministeriales quoque eiusdem aecclesiae a regali expeditione. et a seruicio quod uulgo dicitur herstivre penitus absoluimus. similiter et homines. vt igitur tam domni imperatoris lotharii scriptum. quam nostrae traditionis edictum omni aeuo ratum conseruetur. et a nulla persona saeculari uel aecclesiastica ualeat immutari. praesentem inde paginam sigilli nostri impressione iussimus communiri. Huius rei testes sunt. Hartwicus augustensis episcopus. Covno radisponensis episcopus. Otto et hartmannus comites de kirchberc. Theobaldus. et henricus comites. de lechesgemovnde. Covno de megelingen. Degenhardus de hallenstain. witegov de albegge. Diemo de gundeluingen. Arnoldus. de biberbach. walterus dapifer. Covnradus pincerna. Henricus marshalcus. Hartmannus camerarius. Diepoldus gusse.

Ego heinricus imperialis aulae cancellarius uice christiani moguntini archiepiscopi. et archicancellarij recognovi.

Signum Domni Frederici Romanorum imperatoris invictissimi. (*Monogramma*).

Acta sunt haec dominicae incarnationis anno. M. C. LXX. I. Indictione. IIII. Regnante domno Friderico romanorum Imperatore glorioso. Anno regni Eius XVIIII.

Imperii vero. XVI. Feliciter. Amen.

Datum apud werdam Nonis Maii.

Digitized by Google

a) Sigillum, quod appendet, fractum est. Pars eius, plus quam dimidia, quae restat, nonnisi manum laevam cum globo, genua ac pedes imperatoris sedentis cum dimidia inscriptione exhibet et ex filis sericis rubri coloris chartae adhaeret.

b) Lotharium tertium esse, cuius diploma confirmatorium hic inseritur, patet ex mentione abbatis ottenburani Ruperti, qui praefuit ab an. 1102 usque 1145. Cuius quidem diplomatis ad an. 1135 vel 1136 referendi, nullibi extat aut originale aut copia authentica.

c) Notandum autem, quod ipsum Lotharii imp. diploma insertum tribus potissimum constet partibus. Aliqua enim, quoad sensum, aliquando quoad ipsa verba, desumta sunt ex confirmatione Caroli Magni anni ut dicitur, 769. 21. Maii; alia autem ex confirmatione Ottonis Magni anni 972. 1. Novemb., quod utrumque diploma ex copiis saec. XII. exaratis se publicasse testatur Feyerabend in den Ottenbeur. Jahrbüchern I. 626 — 630. Reliqua demum de novo accesserunt, in quibus illud relictum est ambiguum, quae eorum Lotharii imperatoris sint, quae vero ipsius Friderici imperatoris, qui bina vice novae suae donationis seu potius antiqui privilegii amplificationis memoriam iniicit.

d) Annus regni completus ante duos menses ac unum diem, indictio autem et annus regni currentes conveniunt anno Chr. notato 1171.

e) Editum a supradicto Feyerabend in Ottenbeurens Jahrbüchern II, 822 — 826.

Digitized by Google

CCCCCXXI.

Anno 1171. 22. Augusti. Augustae.

Fridericus I. R. imperator fratribus monasterii Scti Uolrici et Sctae Afrae Augustae praedium Pfafenhoven, cum ecclesia ibidem constructa, aliaque praedia et molendina nominibus expressa, ea ratione confirmat, qua a nobili de Bauwaria Adilberto et propinquis eius eidem monasterio tradita sunt, sita tunc in comitatu Berhtoldi marchionis de Hystria et comitis de Andehse.

a) Sigillum, quod appensum erat, periit; fila tamen serica rubri et caerulei coloris duobus parvis foraminibus membranae innexa ipsi chartae, nec non minutiora quaedam cerae frustilla ipsis filis adhaerent.

b) Indictio et dies lunationis sive nnmerus aureus XIII^mus^ in 5tam Augusti cadens soli conveniunt anno Ch. indicato 1171, quem verum esse huius diplomatis etiam ratio itinerum, eo anno ab imperatore factorum, persuadet. Unde patet in annis regni ac imperii quemdam latere errorem, ita, ut ille numeratus sit completus ante sex menses et 16 dies, alter autem bina unitate decurtatus.

c) De caetero nichil insolitum in hoc instrumento deprehenditur, nisi forte character litterarum paulo crassior, et ratio abbreviandi aliquanto frequentior obscuriorque v. g. in fr. (frater) e (est) Diep. (Diepert) oib. (omnibus).

d) Editum in Mon. Boic. XXII. 181. Adest etiam copia antiqua, coaeva manu forma diplomatis conscripta, cum monogrammate, sed absque sigillo.

Digitized by Google

CCCCCXXII.

Anno 1172. 19. April. Wirzeburc.

Fridericus I. R. imperator villanos in Bernheim et villam eandem, quam hactenus ab omni dominio solutam libere possederunt, nunc autem imperatoris potestati subiecerunt, hoc pacto sub imperiali tuitione recipit: ut annis singulis viginti quinque modios tritici imperio persolvant.

Fridericus Romanorum Imperator Augustus. Nouerit omnium Imperii fidelium presens etas. et successura posteritas. Quod villani in Bernheim. vnanimi consensu. villam suam Bernheim. quam libere et proprie. et ab omni dominio solutam hactenus possiderunt. potestati nostre subiecerunt. eo videlicet pacto. vt ipsi et omnis eorum posteritas. viginti quinque modios tritici singulis annis Imperio persoluant. et de cetero sub Imperialis celsitudinis tuicione ab omni tirannide securi permaneant. ita ut siquis vel in corporibus vel in rebus eorum aliquam violentiam exercere praesumpserit. reus maiestatis iudicetur. Sed hoc factum. ne per oblivionem. aut per aliquam negligentiam irritum fiat. Sigillo nostro praesenti pagine impresso iussimus communiri. Testes sunt hii. Reginhardus wirzeburgensis Electus. Bobbo Burcgrauius. Rupertus de Castele. Hermannus Comes de Berthheim. Cunradus de Bockesberc. Cunradus Pincerna et frater suus Ludewicus. Arnoldus Dapifer. Boto. Billungus Sultetus. Sifridus de Sowensheim. volcnandus. Goteboldus frater suus. Beringerus. Riwinus et filii sui. Reginhardus. Richardus et filii sui. Heberhardus. Engelhardus. Gerhardus. Vlricus. Crafto. Hartrohus. Gebehardus. Riwinus Junior. Otto. et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. C. LXXII. Indictione V. Regnante domno Friderico Ro-

Digitized by Google

manorum Imperatore gloriosissimo. anno regni eius XXI. Imperii vero. XVIII.

Datum Wirzeburc. XIII. Kal. Maii feliciter Amen.

a) Sigillum illaesum appensum est et dependet ex fragmento membranaceo eiusdem crassitudinis, cuius est ipsa instrumenti membrana.

b) Instrumentum est minus solemne, cui desunt chrismon, Monogramma imperatoris et recognitio cancellarii.

c) Indictio et annus regni currens conveniunt cum anno Ch. notato 1172; annus autem imperii anticipatus est uno mense et 29. diebus.

d) Ineditum.

e) Desumtum ex Archivo Wirceburgensi.

CCCCCXXIII.

Anno 1172. 22. April. Wirceburg.

Fridericus I. R. imperator ecclesiae Wirceburgensi bannum ferarum, Wiltban dictum, per terminos a monte Cilleberc usque ad forestum Haseberc extensum atque descriptum, concedit.

(*Chrismon.*) In nomine. sanctae et individuae trinitatis. Fredericus diuina fauente clementia. Romanorum imperator Augustus. Quoniam labilis et breuis est humana memoria. predecessorum nostrorum regum et imperatorum constuit (constituit) auctoritas scripturarum testimonio commendare. quae transeuntium temporum antiquitas a memoria hominum consueuit alienare. Nos igitur horum imitabile secuti exemplum tam presentium quam postfuturorum noticiae transmittimus. quod diuinae remunerationis intuitu pro instantia quoque ac peticione dilecti nostri Regenhardi wirceburgensis electi. quendam bannum ferarum qui uulgo wiltban dicitur ad hono-

Digitized by Google

rem beatae dei genitricis Mariae sanctorumque martyrum Kiliani et sociorum ejus nominato electo suisque successoribus imperiali auctoritate et legitima traditione contulimus. Extenditur autem hic a monte cilleberc secus decursum riuuli qui Rotaha nuncupatur. in riuum itasam. iuxta descensum itase in mogum fluuium porrigitur. secus decursum mogi usque in locum ubi riuus qui ebilbach dicitur mogum influit. Hinc iuxta ascensum eiusdem riuuli sursum secus forestum babenbergensis episcopi. hinc vero ad lapidem sintheristein protenditur. inde ad forestum quod Haseberc appellatur. Ut itaque haec nostra traditio firma et in omne euum intemerata permaneat. hanc paginam sigilli nostri impressione et banno imperiali corroborauimus. Quecumque ergo persona siue saecularis seu ecclesiastica eam ausv temerario infirmare uel infringere presumpserit pena pecuniaria multata. X. libras auri componat. uidelicet medietatem fisco nostro medietatem wirceburgensi episcopo. Testes huius rei sunt. Clerici Richolfus praepositus de domo. Perseus decanus. Bertholdus praepositus. albertus custos. Wernherus praepositus sancti Johannis. Johannes magister scolarum. Gotefridus cantor. Wortwinus prothonotarius. Sigefridus de muleburg. Hermannus de catzenelenbogen. Gotefridus de crutheim. Liberi. Bertholdus marchio de uoheburg. Albertus comes de eberstein. Ruobertus de castello. Fridericus de truhendingen. Cuonradus de Bockesberc. et Crafto frater eius. Ruobertus de durno. Ministeriales. Cuonradus de scipphe. Arnoldus de Rotenburg. et filii eius Arnoldus et waltherus. Heinricus et Billungus sculteti. Boto. Hartmuodus de Bisgoffeswineden. Dietricus Lohcatere. folcgerus de lure. Heinricus de Buteriet. et alii quam plures.

Signum domni Frederici Romanorum imperatoris invictissimi (*Monogramma*).

L. S.

Digitized by Google

Acta sunt haec anno ab incarnatione domini, M. C. LXXII. Indictione. V. Regnante domno Frederico Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno regni eius. XX. I. imperii. XVIII. Data Wirceburg. X. Kal. Maii. feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum et optime expressum.

b) Nichil deest eorum, quae iusto ac solemni instrumento propria sunt, praeter solam cancellarii recognitionem.

c) Indictio et annus regni currens conveniunt cum anno Ch. notato 1172, annus autem imperii anticipatus est uno mense et 25 diebus.

d) Editum in Fr. A. Jägeri Gesch. Frankenlands III. 331. memoratum in Friese ap. Ludewig Geschichtschr. von Wirzburg 524. et Ussermanni hist. Episcopatus Wirceb. 71.

CCCCCXXIV

Anno 1172, 24. April. Wirceburg.

Fridericus I. R. imperator Ecclesiae Wirceburgensi in compensationem curiae juxta Cazenwichus, filio suo, Friderico Duci, beneficii nomine concessae, XX marcas argenti et VI jugera vinearum in monte Brunneberg tradit, insuper domnos Canonicos cathedrales in mansionibus eorum, infra inmunitatem sitis, a gravamine hospitum, durante imperiali curia, securos reddit.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fredericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Attestatione diualium constitutionum a praedecessoribus nostris prolatarum nouimus imperialem fortunam ideo rebus humanis a domino deo praestitutam. ut quae sint corrigenda sae-

Digitized by Goog

saeculari iudicio per eam corrigantur. quae melioranda. meliorentur. praecipue cum tuicione et melioratione rerum aecclesiasticarum. Inde est. quod cum illam speciali priuilegio nostrae serenitatis amplexatam. uidelicet wirceburgensem aecclesiam in omnibus honorare proposuerimus. praecipue ob deuocionem et obsequium in omnibus nostrae uoluntatis peticionibus exhibitum. praesenti scripto munitam esse uolumus. Eapropter uniuersis Christi fidelibus. tam futuri quam presentis temporis hominibus notificari uolumus. qualiter eadem wirzeburgensis aecclesia pro peticione nostra curiam illam iuxta Cazenwichus sitam. de pluribus areis claustrensibus per episcopum Heroldum bonae memoriae in unam mansionem sub certa pensione collectis. in hunc modum nobis contradidit. Resignata enim eadem curia a wernhero sancti iohannis praeposito. cui erat constituta a praefato episcopo auunculo suo. Reinardus eiusdem aecclesiae tunc electus episcopus. ad quem iusta renunciatione per manus decani peruenerat. eandem curiam nomine beneficii filio nostro Friderico Sueuorum duci concessit. a quo filio nostro praefatus praepositus solummodo causa inhabitandi. ad terminum uitae suae eandem recepit. Quo defuncto. seu alias semoto. filius noster vel alius heres non laicam personam inducat. sed quemcumque uelit de collegio sancti Kiliani canonicum habitatorem in eadem constituat. Nos uero ut eadem curia apud nostros sine onere pensionum remaneret. et wirzeburgensis aecclesia nullum ex hoc dampnum perciperet. in recompensationem. VI. iugera uinearum in monte brunneberg sitarum. et insuper. XX. marcas argenti. cum quibus aliquod ematur predium. eidem aecclesiae tradidimus. ex cuius praedii redditibus id soluatur quod nomine pensionum seu oblationum ex eadem curia prius erat persoluendum. Istorum itaque contemplatione. in omnibus canonicos praefatae aecclesiae proponentes honorare. presenti constitutione uolumus munire. et securos in suarum Rerum dispositione facere. Decernimus igitur ut quicquid idem domni. siue incolomes siue in egritudine

Digitized by Google

Ideoque, per diffamationem non de veritate, sed rebellione et alia abominanda, quam plurimi ex nostris, tam ecclesiastici quam laici infamantur, et magna contentionis materia inter nos et Ingemarorum gentem oritur, quod nisi per nostrum Regem et Principem, et per Ingemarorum Regem et Principem, et per Ingemarorum Regem et Principem, et per Ingemaror

tore gloriosissimo. Anno regni eius. XXI. Imperii uero. XVIII. Datum Wirceburg. VIII. Kal. Maii. feliciter Amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Sola recognitio cancellarii deest, cum reliqua omnia adsint.

c) Indictio et annus regni currens cum anno Chr. notato 1172 conveniunt; annus autem imperii anticipatus est uno mense et 23 diebus.

d) Ineditum; memoratum autem a Frisio ap. Ludewig Geschichtschr. v. Wirtzburg 524, et Grebner hist. unio. 7. II. 560.

e) Lacuna quaedam loci exesi litteris cursivis indicati expleta est ex contextu et ex forma extremitatum quarumdum, quae ex litteris exesis remanserunt.

CCCCCXXV.

Anno 1172. 6. Decembr. Wirceburg.
Actum autem 1164. circ. 11. Novemb, Babenberg.

Fridericus I. imperator concambium, quo fratres de Cella (superiori) a fratribus majoris ecclesiae Wirceburgensis praedium, situm in Albstat, Walbrunnen et Haselburnen, acquisiverunt, et ipsum commutationis modum, quem refert, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Quoniam ad imperialis diligentie sollicitudinem dinoscitur spectare. uniuersis et praecipue religiosis et sanctae conuersationis uiris. in cunctis legitimis et sibi ydoneis contractibus. prouidere. ideo et nos idipsum pro nostra possibilitate. et ex imperiali auctoritate studemus adimplere. Noscant itaque

Digitized by Google

tam fossati, quam pomerii, tenentis sub fundulum, quod ex integro monasterio in memorato loco, ubi nunc esse videtur, per hanc cartulam offerre et tradere visi sumus, cum omnibus rebus et hedificiis, ingressibus. In cuius parte occidentalis, ubi nunc ecclesia sancti Petri esse videtur, cum omnibus rebus hedificiis, ingressibus, exitibus, regressibus, cum omnibus rebus ad eandem ecclesiam pertinentibus, quod ibidem hedificare, seu dotare visi sumus, ab hac die, quod nos ipsi, vel heredes, aut quicumque ex nostra parte, ullo tempore, ullo ingenio, ullo modo, ullo tempore, ullo ingenio, ullo modo, ullo tempore, ullo ingenio, ullo modo

constanciensis episcopus. Eberhardus babenbergensis episcopus. Reinhardus praepositus postea episcopus. Adelbertus custos. Johannes scolasticus. Adelbertus et Buso capellani. Adelbertus marchio. et duo filii eius. Hermannus et Adelbertus. Ludowicus prouincialis comes. Otto marchio de witingen et fratres eius Theto, Tythericus. Fridericus. Otto comes Palatinus. Rabodo comes de amberc. Billungus uicedominus. Hartmud de bissofeswinede. Heinricus scultetus. Billungus scultetus. Livtholdus de gundersleibe. Walterus de Stolberg. Adelbertus de thungede. Rugger.

Signum Domni Frederici Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego godefridus cancellarius uice christiani Mogontini archiepiscopi et archicancellarii recognoui. (*Monogramma.*)

L. S.

Acta sunt haec anno dominicae incarnationis M. C. LXX. II. Regnante domno Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo. Anno regni eius uicesimo. I. Imperii uero. XVIIII. Indictione V. Datum apud wirzeburg. VIII. Id. decembris feliciter Amen.

a) Sigillum impressum in omni ora sua valde laesum; aliquantum laesa quoque figura imperatoris ac inscriptio, quoad partem maximam tamen et illa cognoscibilis et haec legibilis apparent.

b) Indictio et annus regni currens conveniunt cum anno Chr. notato 1172, annus autem imperii anticipatus est sex mensibus et 12 diebus.

c) Principale vero negotium commutationis et factae desuper imperialis confirmationis, quod Babenbergae peractum fuisse ipsum instrumen-

τοῦ ἔτους τῶν σεισμῶν τοῦ Ἰουλιανοῦ καὶ τελειώσαν μεσοῦντος τοῦ Αὐγούστου μηνός, ὃν ἐπίκλην ἔσχον ἔνιοι σεπτὸν ἀπὸ τούτου. Ἐπὶ τοῦ μεγάλου τοῦ Ἰουστινιανοῦ. Ἐπειδὴ οἱ ἐπὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ καὶ Θεοδώρας βασιλέων ἐπὶ τῶν ἐκείνων ἐπὶ τῶν ἐκείνων ἐπὶ τῶν ἐκείν

CCCCCXXVI.

Anno 1173. incerto loco ac die.

Fridericus I. R. imperator Capitulo cathedrali Wirceburgensi mandat: ut Reinhardo electo episcopo, in expeditionem Italicam contra rebelles Longobardos evocato, pignora ecclesiae concedant, quorum pretio CCCL. marcas ad eandem expeditionis necessitatem possit mutuare; simul autem securitatem de pignoribus redimendis per se et filium suum Heinricum regem capitulo praestat.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator et semper Augustus. venerabili conuentui wirceburgensis ecclesiae et toti familiae. gratiam suam et omne bonum. Necessitatis articulus fidem amicorum examinat. et uniuersos imperii fideles et amicos ad auxilium suum uocat et inuitat. Satis euidenter ad uniuersitatis uestrae peruenit noticiam. quod in transacta nuper expeditione. proditores nostros longobardos. adeo rebelles et contumaces inuenimus. ut prauis et iniquis machinationibus suis. gloriam nominis nostri. et excellentiam romani imperii. penitus destruere et ad nichilum reducere fraudulenter attemptarent. Oportuit itaque consuetis eorum periuriis. et ingeniis fallacibus. non solum sagaci consilio. sed et armis et uiribus totius imperii festinanter obuiari. ne pestis perfidiae quae totam ytaliam ueneno suo polluerat. greciam quoque uel siciliam. in partem suam alliceret. et ad coronae nostrae detrimentum utranque uel alteram falsis suggestionibus inuitaret. hiis et aliis similibus causis cogentibus. carissimum nostrum. R. wirceburgensem electum de cuius fide ac dilectione certa nobis extat fiducia. ad succurendum imperio et nostrae maiestati confidenter uocamus. sicut et alios principes qui nomen et honorem nostrum diligunt. et imperio seruire tenentur. Eapropter vniuersitatem

Digitized by Google

uestram attente commonitam et exoratam esse uolumus. mandantes et districte praecipientes. ut iamdicto dilecto nostro ad expeditionem nostram uenire uolenti tam fructuosum consilium et auxilium exhibere studeatis. quod ei sit honestum et utile. per quod etiam gratiam nostram uobis multipliciter augeatis. Specialiter autem et precipue rogamus et petimus ut sine omni hesitatione et dilatione concedatis ei pignora ecclesiae. quorum precio pecuniam. CCC. L. marcarum ad instantem expeditionis necessitatem possit mutuare. Quicquid enim de rebus episcopatus pro pignore ecclesiae sibi credito uobis nomine pignoris obligauerit. confidenter recipiatis. pro certo scientes quod nullum amittendi periculum uos oportet timere. quin per ipsum uel si ipse forte prius quod absit. decesserit. per eius successorem sine dubio redimantur. Cuius rei sic exequendae securitatem per nos et filium nostrum. H. regem uobis praestamus. et per praesentem cartam confirmamus.

a) Sigillum, appensum et ex segmento membranaceo chartae adhaerens, laesum est in parte superiore, imaginem tamen imperatoris a pectore usque ad pedes eius cum maxima parte inscriptionis adhuc exhibet.

b) Chrismon initiale, Monogramma et recognitio cancellarii, ut in aliis simillbus chartis iussoriis, deficiunt.

c) Desunt quoque locus et omnes notae chronologicae. Ad annum 1173 illud instrumentum retulit editor, Schannat, infra adducendus, huncque annum verosimilem reddit ipsa historia novae expeditionis Italicae isto potissimum anno in pluribus comitiis sive curiis praeparatae ac sequenti anno 1174 reipsa susceptae. Cnfr. similis epistola evocatoria ad regem Bohemiae eodem anno data in Goldasti Reichshandlungen II. Bd. p. 13.

d) Alia nonnihil forma talis charta securitatis anno 1161 ab eodem imperatore data est canonicis ac ministerialibus Wirceburgensibus, cum episcopo eorum Heinrico (II.), ad expeditionem Italicam evocato, pecunia mutuata erat succurrendum.

e) Editum in Schannat Vindemiis litterar. collect. I. 118. num. 10.

CCCCCXXVII.

Digitized by Google

CCCCCXXVII.

Anno 1174. circ. mens. Junium.

Fridericus I. R. imperator formam primae pactionis episcopo et capitulo cathedrali Babenbergensi proponit, qua post obitum Gebehardi comitis de Sulzbach beneficia, quae idem comes ab ecclesiă illa tenet, aliquibus exceptis, pro filiis suis possit obtinere.

De beneficio comitis gebehardi de sulzbach quod ă babenbergensi tenet ecclesia. inter domnum Imperatorem et episcopum babenbergensem. talis facta est conuentio. Si domnus Imperator apud praefatum comitem obtinuerit. ut idem beneficium ad filios suos transferat et eis concessum fuerit. ut super hoc facto uotum et auctoritas domni episcopi et eius promotio accedat. dabit domnus Imperator episcopo mille marcas argenti examinati. et conuentui babenbergensi de domo. dabit praedium quod annuatim soluat decem libras. et utrumque promissum persoluet domnus Imperator post decessum comitis. Episcopus uero tenebit in uadio totum illud beneficium quod est ab amberg usque babenberg. donec sibi mille marcae persoluantur. Conuentus autem pro securitate predii. persoluendi. tenebit in sua potestate et utilitate quindecim libras in calmincé de theloneo post decessum comitis. Item domnus Imperator de eodem beneficio siue de alio. concedet XX. libras amicis episcopi quos ipse designauerit. et hoc fiet quando post decessum comitis beneficia deuenerint in manus filiorum Imperatoris. Interim domnus Imperator praedictis amicis episcopi dabit annuatim. X. carradas uini in urikkenhusen. donec decedente comite, XX. librae eis assignentur. et tunc demum uino illo carebunt. De eodem beneficio comitis excipit episcopus habenbergensis

Digitized by Google

prouinciam lungovwe. et quicquid eiusdem beneficii est ultra patauiam uersus austriam. Aduocatiam quoque Winzere cum castro Hildegersberg. ea tamen conditione. ut idem castrum domnus episcopus nulli penitus in beneficium concedat. nisi forte domni Imperatoris filii possint obtinere ut eis concedatur. Quod si domnus Imperator haec praedicta non impetrauerit a comite. si idem comes sine herede filio decesserit. episcopus fide data domno Imperatori promisit. quod idem beneficium ad filios suos transferat. etiam si domnus Imperator premoriatur post mortem comitis. In eundum modum rogatu episcopi fidem dederunt clerici eius. uidelicet eberhardus custos. et godeboldus archipresbyter. laici uero. hertnidus auunculus episcopi. Vlricus de wischenuelt. Gundelous senior. Gundelous junior. Gundelous de rota. Hermannus et Albertus de tundeuelt. Marcwardus de wilhalmesdorf. Herdegen et volnandus de wisendowa. Otto Pincerna. Heinricus de widen. Engelhardus de bibelriet. Cum autem beneficium ad filios Imperatoris deuenerit. omnes aduocatias beneficii in manu sua retinebunt et nulli unquam inbeneficiabunt. et per singulas aduocatias procuratores suos locabunt. quos etiam pro necessitate episcopi mutabunt. quotienscumque opus fuerit. Insuper duo montes sunt Stechilze secus bance. et alter in sigendenberge. quos nec filii Imperatoris edificabant. nec ab aliquo muniri patientur.

a) Sigillum appensum atque ex segmento membranaceo chartae adhaerens, fractum est in plures partes, quarum medietas fere periit; residua autem duo fragmenta, quorum unum, minus, avulsum adiacet, pectus imperatoris cum reliqua corporis parte inferiori, nec non dextram manum eiusdem imperatoris, sceptrum tenentis, cum potissima parte sedilis ac desinentis inscriptionis exhibent.

b) In ista Scheda pergamena, quae fragmento, quam iusto instrumento est similior, loco initii signum paragraphi praemittitur, simulque ora membranae suprema vestigium cuiusdam litterae resectae conspiciendum praebet. Pactio ergo est inter imperatorem et episcopum

Digitized by Google

Bambergensem prima vice solummodo concepta, alia pactione, quae minus arridebat, resecta. Habita ad negotium et ad conceptus formam ratione, tempus exaratae huius Schedae haud diu praecedere poterit diem ipsius instrumenti 13. Julii 1174 apud Werdam dati, non obstantibus quibusdam modificationibus circa conditiones eiusdem pactionis interea factis, quae durante curia Ratisponensi iam 26. Maii incepta, praesente etiam comite Gebehardo de Sulzbach vel haud procul absente, facile fieri poterant. Hanc enim chartam priorem expresse memorat ipsum instrumentum 13. Julii 1174.

c) Ineditum.

CCCCCXXVIII.

Anno 1174. 13. Julii, apud Werdam.

Fridericus I. R. imperator convenit cum Hermanno episcopo Bambergensi eiusque capitulo de omnibus beneficiis, quae Gebehardus comes de Sulzbach ab eodem episcopatu habuit, post obitum eius, pro filiis suis duobus, Friderico et Ottone, obtinendis, aucta pecuniae summa pro bonis in priori charta exceptis.

Fridericus Dei Gratia Romanorum Imperator Augustus. Uniuersis Imperii nostri fidelibus tam presentibus quam fvturis notum esse uolumus. quod fidelis noster hermannvs Bambergensis episcopus. omnia beneficia sev feoda. que comes gevehardus de Svlzpah. ab episcopatv Bambergensi habuit. ea carissimis filiis nostris Friderico Dvci Sveuorum. et Ottoni. integraliter possidenda de manu sua concessit. ita etiam., ut si alter fratrvm decederet. reliquus ipsa vniuersaliter possidenda obtineret. Ad hoc autem finaliter exequendum. iamdic-

tvs episcopus in manu nostra et domnae Imperatricis inde fidem dedit. ut quandocumque comes Gevehardus non fuerit, hanc beneficiorum concessionem prenominatis filiis nostris sicut determinatum est. stabiliet et confirmabit. Id etiam Otto bambergensis praepositus ex petitione ipsius episcopi fide data exequendum promisit. Nos uero post decessum comitis Gevehardi episcopo herimanno Mille marcas et. CC. persoluemus. et fratribus maioris aecclesiae in Bamberc allodium quod annuatim. X. libras persoluat. eodem tempore contrademus. Pro castro avtem hildegerisberg et bonis in longov. et beneficio Ottonis de Rehperg. et aduocatia in Wincere. et aliis bonis in priori carta exceptis. C. marcas et. XXII. ipsi episcopo Hermanno persoluimus. Anno uidelicet ab incarnatione domini. M. C. LXXIIII. in die Sancte Margarete apud werdam. vbi et quando tam hec ordinatio quam hujus ordinationis pagina facta est. Ducentas quoque marcas que. M. marcis superaddendae sunt. pro iam dicto castro et bonis in priori carta exceptis. post obitvm ipsius comitis. vna cvm. M. marcis persoluemus. et si nos decedere contigerit. Domna Imperatrix hec adimplebit. Filii autem nostri praedicti. bona de Ratispona ad ulteriorem partem fluuii Regene et ville Nithowe. usque Bamberg. in potestatem eorum sine vsufrvctv contrahent. quousque praenotata pecunia persoluatur. Et tamdiv episcopus horum fructvm pro pignore dandae pecuniae. recipiet. Bona vero que ex ista parte danvbii sunt. eyuelinge scilicet et castrum ebese et hyldegersberg cum omnibus eis adiacentibus. nos et filii nostri libere et cum usufrvctv possidebimus. Huius rei testes sunt. Comes Roudolphus de phullendorf. Cvnradus Burgrauius de Nvrenberg. Comes Dyepoldus de lexkimunde. haeinricus de Altindorf. Cvnradns de Bolksperc. Degenhardus de hellinstein. Vlricus de wiskelvelt. Fridericus de trvhindingen. Arnoldus dapifer. cvnradus frater eius. bernoldus de trusheim. Herdegnus de Gryndela. Hii omnes fide data promiserunt. quod nec nos nec filii nostri ante persolutionem

Digitized by Google

nominatē pecvniae de bonis episcopo inpignoratis se intromittent. Quod si fecerint. isti in potestatem episcopi se tradent. numquam ab eo *nisi* per eius concessionem et assensum recessuri.

a) Sigillum, quod appensum erat, periit sive avulsum est; remansit autem segmentum membranaceum ipsi chartae innexum cum macula cerae, quae in hocce segmento adhuc apparet.

b) Chrismon, Monogramma, recognitio cancellarii vice archicancellarii desunt.

c) Prior charta hic memorata, schedula pactionis est, carens initio ac fine omnique stilo iusti instrumenti, sigillo tamen appenso munita, in nonnullis vero conditionibus postrema ac finali pactione multum immutata.

d) Ineditum. Hofmannus enim apud Ludewig Sc. rer. Bamberg. I. 135. nonnisi instrumentum episcopi super eadem pactione extraxit, quin hoc ipsum totum ederet, editione sane dignum propter quasdam varietates, quibus ab instrumento sive reversalibus imperatoris discrepare videtur.

CCCCCXXIX.

Anno 1174. circ. mensem Jul. apud Fuldam.

Fridericus I. R. imperator ecclesiae novi monasterii in Wirzeburg bona, a Wolframo concanonico illi tradita, sed post eius obitum ab amicis eius iniuste impetita, imperiali edicto confirmat.

(*Chrismon*). In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Au-

Digitized by Google

gustus. Imperialis nostra celsitudo. ex quo primum gubernaculis imperii susceptis throno consedit. summam coronae gloriam. et sceptri dignitatem. precipuam reputauit. ecclesiarvm Iniurias propulsare. et iura ipsarum imperialis dextrae patrociniis. modis omnibus tueri ac defensare. Ea enim intentione semper uiguit. ut orationes quas pro nostre salutis prosperitate domino deo placabiles per omnes ecclesias nostre celsitudinis ditioni subiectas statutum est non omittere. nos quoque subsidiis temporalibus et pacis tranquillitate. eas promouendo. ipsarum intercessionem optatam. et desiderabilem effectum possimus non amittere. Cum igitur pro omnibus hanc nostram tuitionem debeamus. specialivs tamen hiis quos ad nostre celsitudinis gloriam magis cooperari. et nostro obsequio magis devotos esse. cognovimus. Proinde omnes Imperii nostri fideles nosse volumus. qualiter nos bona illa que honorabili ecclesiae sancti Kiliani de nouo monasterio in wirceburg. et honestis eiusdem ecclesie canonicis. a Wolframmo ipsorum confratre. per manus wicheri. et wintheri tradita sunt. et post obitum ipsius amicis suis ea Impetentibus. ad nostre dispositionis arbitrivm devoluta. diligenti et iusta tocius negocii disquisita et cognita ueritate. nostre munitionis robore in perpetuum stabilimus. et omni nostre auctoritatis plenitudine eidem ecclesie confirmamvs. statuentes. ut nullus hominum aliqua praesumptione umquam uel audacia eandem ecclesiam super hiis bonis impetere. uel possessionem eius turbare praesumat. Siquis uero huic nostro edicto contraire presumpserit. in. CL. marcas auri adempnatvs medietatem camere nostre. reliquam predicte ecclesiae componat.

Huius rei testes sunt. Philippus coloniensis archiepiscopus. Reinardus wirceburgensis electus. Bvrchardus fuldensis abbas. abbas Hiersveldensis .albertus custos wirzeburgensis. wortwinus Imperialis aule prothonotarius. Godefridus de pvcelc. Boppo burgrauius wirzeburgensis. Albertus de hiltenburg. albertus et heinricus de Grvnbah. Cvnradus de Rodenburg. Rubertvs de

Digitized by Google

dorne. Cono de Minzeberg. Cvnradus pincerna. Bodo wirzeburgensis. et alii quam plures.

Signum domni Friderici Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Godefridus Cancellarius uice M. (cum signo deletionis) Cristiani Moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognoui. (*Monogramma*).

Acta sunt hec anno dominice incarnationis. M. C. LXXIIII. Indictione VII. Regnante domno Friderico Romanorum Imperatore Gloriosissimo. Anno regni eius. XXIII. Imperii vero XX. Datum apud fvldam feliciter amen.

a) Sigillum, quod appensum erat, periit, remanente illius olim appensi unico indicio, incisione pro parvo segmento membranaceo in extrema membrae ora facta.

b) Dies, quo datum est instrumentum, non est expressus. Indictio toti anno 1174. convenit, annus autem regni et imperii currens, nonnisi inde a 18. Junii usque ad initium Augusti, quo imperator cum exercitu Italiam petiit. Adeoque ad mens. Jun. vel. Jul. referendus erit.

c) Nomen abbatis Hiersveldensis omissum est, relicto illi spatio vacuo.

d) Ineditum.

Digitized by Google

CCCCCXXX

Anno 1177. 31. Maii. Volanae in archiepiscopatu Ravennatensi.

Fridericus I. R. imperator monasterio Biburgensi possessiones omnes, partim nominibus expressas, iura etiam eius, inprimis electionem advocati, confirmat; ipse autem ei sylvam quandam ad Ysaram fluvium donat, et ius fodiendi aeris sive metalli in fundis ecclesiae concedit.

(*Chrismon.*) In nomine. sanctae et indiuiduae trinitatis. Fridericus Diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Ratio suadet et iusticia exigit ut ad protectionem ecclesiarum dei et defensionem. que per imperium nostrum longe lateque constitutae sunt gratiae nostrae solatium extendamus. maxime quidem ad illas a quibus orationum suffragia die ac nocte percipimus. Per hoc enim et temporalia nostra successu regentur prospero. et ipsius miserante clementia qui dat salutem regibus. gloria et honore coronabimur in celo. Eapropter cognoscant uniuersi fideles imperii nostri. presentes et futuri. quod nos intuitu diuinae remunerationis. et nostra omniumque parentum nostrorum salute. dilectum nostrum Isinricum abbatem biburgensem. totamque eius ecclesiam. monachos. et fratres ibidem deo seruientes. familiam. et omnia bona praedicto monasterio iuste pertinentia. siue a fundatoribus aut aliis fidelibus tradita. seu fratrum labore et industria rationabiliter conquisita. que uel nunc habet. uel in posterum deo largiente poterit adipisci. sub imperialis tutelae brachio hec omnia fouenda. protegenda. et contra omnem impetum iniuriae. violentiae. iniusticiae. manutenenda. libere et integre recipimus. specialiter autem et ex nomine praedium ministerialis nostri ortolfi de thiershouen. quod nos ad peticionem eius eidem monasterio

sterio propria manu delegauimus. et ea que a dilecto nostro nobili viro fratre wolfhero. in montanis sunt eidem ecclesie congregata et contradita. scilicet apud phanes. apud bozon. et super aldinum. et gubdun. cum suis pertinentiis. et Scheuenes. ac nauisse. et nabance. ualuitte. lennes. liberum etiam transitum per clusas sine omni exactionum grauamine apud Seuers. et apud Sabionem. Insuper quod fratres eiusdem monasterii. theloneum praestare non debent apud tridentum. nec apud Riuam. que libertas eis tradita est a venerabili tridentinensis ecclesiae episcopo eberardo. et ab eiusdem loci aduocato comite bertoldo de tyrol. preterea quod idem (iidem) fratres decimas de bonis que habent. uel habituri sunt infra episcopatum brixinensem. soluere non tenentur. ex concessione et munere Hartmanni brixinensis episcopi. eiusque successorum. Insuper possessiones eiusdem monasterii. Raprehtisdorf. Adelungesdorf. ecclesiam et eius attinentias. Ozzimbach. Tierembuch. Mahtrichesdorf. Berchahe cum ecclesia. et toto usu illius uille. Eichahe. vrlebach. wiggembach. Buoche. Bruggeberc. wihse. ecclesiam cum toto praedii illius vsu. Aichkirchen. et eius pertinentias. tollingen. cum ecclesia et ceteris usibus. Mura. Griezbach. cum ecclesia et toto usu. Morcinhouen. husen. Noualia apud bitingou. Lucinhusen. Egawilre. Kesgingen. Inebivnt. Lobesingen. Ergesingen. Siggelingen. Harlant. Linden. Lintkirchen. ecclesiam et curtem. Golzenberge buttinhusen. Brugge. Winpozzingen. Steinesdorf. Schambach. Adelhardesgadime. Studahe. Vmbilsdorf. Halle. Bawaric. Vrsingen. Ea igitur que ecclesia in biburc in praetaxatis locis et aliis similiter legitime possedit. et quecumque ei pertinent. in terris. agris. vineis. aquis. aquarumque decursibus. siluis. pratis. pascuis. locis cultis et incultis. nos eidem monasterio nostra imperiali auctoritate confirmamus. et in omni quiete deinceps possidenda et tenenda stabilimus. indulgemus. et donamus. cum ceteris quoque omnibus que in futurum ad eiusdem ecclesie emolumentum licite fuerint. contracta. Praecipientes ergo fir-

ecclesiae constituta et omni ab eis ad hoc pertinente ecclesiae abbatiae et finium earundem, quod ad hodie pertinere videtur, per has diplomatis nostrae auctoritatis non loquimur, sicut ecclesiae ipsius

sumpserit. centum libras auri purissimi componat. dimidiam partem camerae nostrae et dimidiam praefate biburgensi ecclesiae. Nomina quoque testium pauca de multis qui in donatione huius priuilegii aderant. placuit annotari. Cristianus maguntinus archiepiscopus. Philippus coloniensis archiepiscopus. Wigmannus Magdeburgensis archiepiscopus. Arnoldus treuerensis archiepiscopus. Hartwicus augustensis episcopus. Hermannus babenbergensis episcopus. Eberardus merscburgensis episcopus. Adilo hildensheimensis episcopus. Florentius comes Hollandie. Dietricus marchio de Lusiz. et frater suus. comes teto. Heinricus comes de dietsa. Otto maior praepositus in babimberc. Eberardus praepositus sancti Jacobi. Burcardus praepositus de Tivrstat. Bertoldus comes de tyrol. Heinricus comes de eppan. Albero de burgus. Hugo de tuvers. Eberardus de riffemberc. et frater suus Reinaldus. Hademar de ahusen. et alii quam plures.

Signum Domni Friderici Romanorum Imperatoris inuictissimi (*Monogramma*).

Ego Gotefridus cancellarius uice philippi coloniensis archiepiscopi. et ytalie archicancellarii recognoui.

Acta sunt hec anno dominicae incarnationis. M. C. LXX. VII. Indict. X. Regnante domno Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno regni eius XX. VI. Imperii autem XX. III. In dei nomine feliciter amen. Datum apud cellam sancti Jacobi in uolana in archiepiscopatu Rauennati. II. kal. Junii mensis.

a) Sigilli appensi non remansit nisi massa cerae viginti tribus circiter filis sericis viridis coloris innexa, chartaeque adhaerens, imagine imperatoris ac inscriptione omnino deperditis.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ita tamen, ut annus imperii anticipatus sit 18 diebus.

c) Editum in Hundii metrop. II. edit. Monac. 207. edit. Ratis. 143.

Digitized by Google

CCCCCXXXI.

Anno 1177. 9. Augusti. Venetiis.

Fridericus I. imperator. Capitulo cathedrali, praelatis et ministerialibus totique clero ac populo ecclesiae Salisburgensis nunciat: aliis duobus reprobatis archiepiscopis tertium, Conradum Sabinensem Cardinalem, palatinum et consanguineum suum, a Papa et a se ac tota curia sua electum esse, cui ut debitam reverentiam et obedientiam praestent, mandat.

F. dei gratia romanorum imperator et semper augustus. Dilectis suis. choro salzburgensi. et praelatis eiusdem aecclesiae atque ministerialibus nec non omni clero et populo ipsius aecclesiae. gratiam suam et omne bonum. Cum deo pacis auctori et amatori placuit romanum imperium in unam uocare concordiam cvm romana aecclesia. et pacis iocunditate post diutinos labores uniuersam respirare aecclesiam. subiit animum pro salzburgensis aecclesiae quieto statu sollicitos esse. et eius restauracioni diligenter intendere. Et quoniam per duos sibi inuicem oppositos. ecclesia grauiter distracta fuerat. nec aliqua spes supererat. ut manus que distraxerant in integrum possent distracta restituere. tam domno papae. quam fratribus eius domnis cardinalibus. nobis quoque et maioribus principibus uisum fuit utile. utrosque remoueri. et alium per quem facilius reformari posset aecclesia substitui. Post multam igitur deliberationem. in gratia et beneplacito domni papae ac nostro. uterque super hoc uerbo se posuit. suoque iuri quod in ecclesia salzburgensi quisque uideretur habere in manus ipsius pape ac nostras penitus abrenunciavit. Uacante sic ecclesia. praelatos salzburgenses. et alios qui cum ipsis aderant. de facienda

Digitized by Google

in alium electione diligenter conuenimus. sed licet magna nobis supplicarint instancia. ut ad uestram usque omnium praesentiam differretur electio. tamen domni papae mandato. ac nostro et omnium principum consilio. quoniam sepe nocet differre paratis. ad electionem accesserunt, et de gremio romanae aecclesiae domnum uidelicet C. palatinum consanguineum nostrum. in aecclesia uestra enutritum. in pastorem et episcopum animarum suarum concorditer. et unanimi uoto elegerunt. Quam utique electionem domnus papa. totaque curia ratam habuit et confirmauit. nos quoque de regalibus ipsum inuestiuimus. cum ea integritate. qua archiepiscopus. E. decedens. illa tenuisse noscitur. Nam generali principum sententia iudicatum est. quicquid uel per nos dum eiusdem ecclesie bona in nostra teneremus potestate. uel per quoslibet alios infeudatum. uel quocumque modo sub hoc tempore alienatum est. inane prorsus esse debere et irritum. Quamuis igitur maiestas nostra sepenumero a uobis grauiter lesa sit. et acriter ultra quam uellemus prouocata. tamen diuini timoris intuitu. ac beati Rovberti reuerentia. et ex consueta imperialis mansuetudinis clementia. tam uos quam aecclesiam salzburgensem. serena pietate proponimus respicere. et in antiquum statum nostre auctoritatis munimine reuocare. Uniuersitatem ergo uestram diligenter commonitam esse cupimus. ut quod tam a domno papa. quam a nobis ad honorem et restaurationem salzburgensis aecclesiae in spiritualibus et temporalibus modo factum est. debita reuerentia et alacritate recipiatis. ac ratum teneatis. et domno. C. nunc archiepiscopo uestro. dilecto consanguineo nostro. ea deuocione obedire et seruire studeatis. ut nostre benignitatis affectum merito super hoc experiri debeatis. Siquis uero quod non credimus. his quae magna consilii maturitate ad utilitatem et reformationem salzburgensis ecclesie nunc ordinata sunt. contraire prsesumserit. et a domno papa. sententiam excomunicationis recipiet. et nostre maiestatis indignationem procul dubio senciet.

Digitized by Google

a) Sigilli appensi remansit sola parva cerae massa ex segmento membranaceo chartae adhaerens, imagine ac inscriptione deperditis.

b) Chrismon cum aperta divinitatis invocatione, monogramma quoque, recognitio cancellarii, locus ac omnes notae chronologicae desunt, quod passim in aliis etiam huius formae ac aevi instrumentis observari potest.

c) Ex actis concilii Veneti toto mense augusto usque in medium mensem Septembrem 1177. celebrati constat, evocatos illuc iam prima die augusti fuisse duos sibi adversantes Archiepiscopos Salisburgenses, Adelbertum II. ex Bohemia oriundum atque a capitulo cathedr. Salisb. iam an. 1168, sed invito imperatore electum, et Heinricum, antea praepositum Berchtesgadensem anno 1174. in curia Ratispon. 26. Mali ab imperatore superimpositum et Adelberto oppositum, atque utrumque dignitati huic ac omni iuri in ecclesiam Salzburgensem absolute renunciasse. Taliter ergo vacanti tunc ecclesiae archiepiscopali, ut instrumentum hocce fusius exponit, octava aut nona die Augusti 1177 praeficitur Conradus Witelspachensis, frater Ottonis palatini et an. 1180 ducis Bavariae, qui Conradus ante Archiepiscopus Moguntinus, cum ob fidelitatem Papae Alexandro III servatam hoc Archiepiscopatu ab an. 1165 careret, per eundem Papam factus est Cardinalis episcopus Sabinensis.

Bulla Papalis desuper, ad chorum, praelatos ac ministeriales Salzburgenses, data est Venetiis V. Idus Augusti sive 9. Augusti; eodem ergo die ac in eodem loco caesareum hocce instrumentum exaratum ac datum esse res ipsa loquitur.

d) Editum in chronico Reicherspergensi apud Ludewig Scr. rer. germ. T. II. 317 ad an. 1177. in Goldast. constitut. imperial. T. I. 283. ad an. 1177. 9. August, in Hund. Metrop. I. Edit. Mon. 73. edit. Ratisb. 49. in Hansiz german. Sacr. I. 296. in Lünig spicileg. eccles. I. Theil. Fortsetzung, siv. operis. Tom. XVI. 960. num. 22.

Digitized by Google

CCCCCXXXII.

Anno 1179. 16. Septembr. Augustae.

Fridericus I. R. imperator Heinrico Brixinensi Episcopo eiusque ecclesiae et civitati theloneum, pedagium, usus molendinorum et facultatem habendi fori, nec non constituendae monetae in civitate vel extra illam concedit.

Fridericus Dei Gratia Romanorum Imperator augustus. Ea qua dignitas imperatoria debet ornari mansuetudine convenimur honestarum personarum et imperio fidelium iustas peticiones clementer admittere. in his precipue causis que ad honorem et profectum ecclesiarum dinoscuntur spectare. Nouerit igitur imperii nostri fidelium praesens etas et futura. quod nos pro peticione dilecti nostri heinrici brixinensis ecclesiae venerabilis episcopi contradidimus ecclesiae et ciuitati brixinensi licentiam et potestatem habendi theloneum. pedagium. et quelibet alia jura que ad bonum sui statum et gloriam. reliquae ciuitates consueuerunt ab imperiali gratia postulare et tenere. scilicet. iudiciorum ciuilium. et dominicalis banni honorem. usus molendinorum et habendi fori facultatem loco et tempore ciuitati congruo. Praeterea iam dicto fideli nostro brixinensi episcopo contulimus ius et usum et potestatem constituende monete. siue uoluerit in ciuitate. siue extra ipsam ubi prudentum suorum consilio magis oportunum videbitur. ad profectum et bonum usum ciuitatis et adjacentis prouinciae. et ipsius episcopi et suorum successorum utilitatem. Hec itaque episcopo et ecclesie. ac ciuitati brixinensi concedimus. damus. et in perpetuum nostre auctoritatis vigore confirmamus. In cuius rei argumentum presentem paginam iussimus inde conscribi et majestatis nostrae sigillo roborari.

Digitized by Google

Aderant huic nostre traditioni. Cuonradus Salzburgensis archiepiscopus. Cuono ratisponensis episcopus. Diepoldus patauiensis episcopus Livpoldus dux austric. et frater suus Heinricus. Otto palatinus maior de Witelinesbach. et Otto minor frater eius et alii quam plures liberi et ministeriales. datum auguste. Anno dominice incarnationis. M. C. LXX. VIIII. Indict. XII. XVI. kal. octobris.

a) Originale huius instrumenti archivo caesareo austriaco redditum est, reservata copia, unde ista sunt desumta, cui addita brevis nota super sigillo appendente sed fracto.

b) Indictio respondet anno Chr. indicato; aliae autem notae chronologicae non sunt expressae, sicuti etiam chrismon, invocatio divinitatis, monogramma et recognitio cancellarii deficiunt.

c) Editum in Lori Bayr. Münzrecht I. Th. p. 9. num. 9. et in Lünig spicileg. ecclesiastico II. Theil. p. 1090.

CCCCCXXXIII.

Anno 1180. 31. Januar. Wirzeburg.

Fridericus I. R. imperator ecclesiam bonaque monialium in Wechteriswinkelern in patrocinium imperiale suscipiens, possessionem in Nidernstrowen eis confirmat, quam XXX. marcis emerunt, quibus imperator oblationem, a rege Chunrado illis in Saxonia factam, ab eis redemit.

(*Chrismon*). In nomine. sanctae et indiuiduae trinitatis. Fridericus. diuina fauente clementia. Romanorum Imperator. ac semper Augustus. Imperialis magnificentiae gloria est. regi regum altissimo deuotae pietatis cultum exhibere. et aecclesiis eius in quarum defensionem gladio imperialis potentiae ac uir-

Digitized by Goog

uirtutis nos praecinxit. continuae pacis et tranquillitatis subsidia prouidere. Aecclesiam itaque ancillarum dei in Wechteriswinkelern. quam pro sui reuerentia et inmaculata religione speciali gratia diligimus. in patrocinium imperialis clementiae suscepimus. ut apud deum omnipotentem pro salute et honore imperii iugiter intercedat. et contra iniquas inuasiones et occupationes temporalium suorum sub defensione nostrae majestatis secura congaudeat. Quaecumque igitur bona in dominicalibus suis. villis. fundis. mansis mancipialibus. siluis. pratis. pascuis. piscaturis. locis cultis et incultis. largitione regum. oblatione fidelium. emptione. concambio. seu quolibet modo. a prima sui fundatione acquisiuit. vel quae deo auxiliante in posterum in legitimam possessionem acquisierit. imperiali maiestate ipsi aecclesiae nunc et in reliquum confirmamus. statuentes. et lege districta praecipientes. ut bona sua quieto iure in perpetuum possideat. et nulla persona aecclesiastica vel secularis. aliquam iniuriam aut uiolentiam illi inferre praesumat. Preterea principibus regni cunctisque fidelibus notum esse uolumus. quod oblationem beati praedecessoris nostri. Chunradi regis quam in saxonia eidem aecclesiae pro salute animae suae contulerat. quatuor marcas annuatim soluentem. XXX marcis ab ipsa redemimus. qua pecunia in locum pristinae possessionis. ipsius aecclesiae praepositus quoddam praedium in Nidernstrowen. ad indumenta sororum legitima coemptione acquisivit. Quam possessionem. utpote regiam largitionem cum caeteris bonis ipsius cenobii in nostram protectionem suscepimus. ipsamque aecclesiam priuilegio. et auctoritate Imperialis sigilli communimus. confirmatiua sanctione statuentes. ut ab omni inuasione. iniuria. et perturbatione. tamquam thalamus sponsi celestis. semper intemerata permaneat.

L. S.

Digitized by Google

Data wirzeburg. Anno dominicae Incarnationis M. C. LXXX. Indictione XIII. II Kal. Februarii.

a) Sigillum impressum fere totum periit, remanente sola cerae massa, tota exteriori et interioris parva quantitate, quae utraque chartae adhaeret, et macula cerae tam circa locum sigilli quam in superincumbenti membrana complicata.

b) Desunt monogramma et recognitio cancellarii, quamvis spatium vacuum ipsis aptum superfuerit.

c) Indictio respondet anno Chr. notato; aliae notae chronologicae non sunt expressae.

d) Editum in Schultes histor. Schriften I. 175.

CCCCCXXXIV.

Anno 1180. circ. 31. Januarii. Wirceburg.

Fridericus I. R. imperator ad petitionem Berthae Kitzingensis coenobii Abbatissae, sententiam Reginhardi, Wirceburgensis episcopi, in causa monialium Kitzingensium contra possessores agrorum curtis earum in pago Heitingesfelt latam, approbat et confirmat: ut coloni illi determinatam vini quantitatem eidem ecclesiae annuatim persolvant.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Fredericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Avgustus. Si rationabiles fidelium Petitiones quae nobis pro suis necessitatibus innotuerint. ad effectum perducimus. diuos Imperatores et excellentem regum priorum consuetudinem imitamur et exercemus. et ex eo statum Regni nostri. de die in

Digitized by Google

diem. ad laudem et gloriam proficere confidimus. Quia ergo Piis ut decet celsitudinem nostram Uotis delectamur. et rationabiliter instituta libenter amplectimur. omnium fidelium dei et Imperii nostri. Praesentium videlicet ac futurorum piae deuotioni patere uolumus. qualiter generali curia Wirciburc celebrata. in qua cum imperii nostri Principibus. de discordia inter nos et nepotem nostrum Heinricum tunc ducem Saxoniae nuper orta tractauimus. uenerabilis Kitzingensis cenobii abbatissa uocabulo Bertha. eiusdem nominis tercia. in Pago Heitingesfelt nostris se obtutibus praesentauit. et sub nostrae immunitatis tuitione. cenobium cui praesidet constitutum esse commemorans. ut pro diuini cultus amore. et animae nostrae remedio. causam monasterii Kitzingensis. a venerabili wirciburgensium episcopo. uentilatam. rationabiliter terminatam. sed irrationabili quorumdam hominum conamine reuocatam. denuo audire. nostraeque maiestatis censura examinare. ac diffinire dignaremur. nostram excellentiam humiliter implorauit. Erat autem eiusdem causae talis allegatio. Largitione fidelium quorum deus corda tetigerat. longa retro antiquitate ad se deductam curtim quandam. Kitzingensis aecclesia in praescripto pago cum omni jure possederat. Uerum homines ad praedictum caenobium antiquissima conditionis linea pertinentes. tum per incuriam et negligentiam prouisorum eiusdem aecclesiae. tum per surreptionem seruilis auariciae seu perfidiae. agros eiusdem curtis quos annua statuti census pensione reddendos acceperant. paulatim distraxerunt. et quasi haereditariae possessionis jure ad se transmissos. eis qui subter notati sunt hominibus. cauteriato conscientiae suae foro utentes. uendiderunt. Tandem post longam et illicitam rerum ipsarum detentionem. perfidiae huius dolum. quibusdam conterminis. et quibus res innotuerat uicinis. inspirante deo detegentibus. utraque pars. uenditorum videlicet et emptorum. a praefata abatissa (abbatissa). coram honorabili antistite wirceburgensi Reginhardo. in jus publicum trahitur. facile. utpote de mani-

Digitized by Google

festis quae excusatione non indigent. dolum malum perpetrasse conuincitur. Judiciaria igitur censurae dictantis sententia ecclesia iniuste uendita recepit. suoque juri obligauit. Cum interim abbatissa. sano ut videbatur usa consilio. et ne aliqua in posterum oriretur contentionis occasio. pia sollicitudine volens praecauere. praesignata bona. praenotatis eorumdem bonorum emptoribus. haereditaria successione deinceps tenenda. hac pactione locauit. et concessit. ut annuatim de ipsis frugibus. in usum ancillarum dei. deo et gloriosae genitrici eius in praedicto loco famulantivm. duas boni vini carratas. una tantum urna minus persoluant. reliqua uero. libere et quiete possideant. Placuit insuper nomina ipsorum. et quantum quisque debeat. pro maiori cautela distingere. Habundans enim cautela necessaria est. Nomina autem eorum haec sunt. Cunrat beheim. III. urnas vini. wolmunt hasenschart. IIII. Meginher frater Goteboldi. II. Wicnant pfusel. III. Heribern. IIII. Burkart Kargehalz. III. Heribort niderhouin. III. Heinrich Kempho unam. Hii ergo dum statutae pensionis debitum paucis annis reddidissent. poenitudine quadam ducti resilierunt. et qui praefixus erat census dum minime solueretur. nobis ut praedictum est in pago Heitingesfelt commorantibus. abbatissam coram nobis in querimoniam uenire compulerunt. Uerum nos discussa plenius utriusque partis causa. et agnita ueritate. indefessa quoque precum instantia. tam abatissae (abbatissae). quam spectabilium qui aderant liberorum ac ministeríalium petitione deuicti. res prius ab episcopo recte et precise definitas approbamus. priora quoque utpote rationi consentanea quassare nec ualentes nec uolentes. ut praefati homines cum sua posteritate transactioni stent. et quantitatem praescripti vini indubitanter Kitzingensi aecclesiae persoluant. imperiali sanctione decernimus. et ne a quoquam hominum temerario ausu violetur. haec auctoritatis nostrae Pagina. immo uerius credatur. et stabilis omni aeuo. diligentius obseruetur. ipsam conscribi. signo nostro insigniri. et Sigilli nostri impressione

Digitized by Google

communiri praecepimus. adhibitis insuper huius confirmationis idoneis testibus.

Perseus maior decanus. Adelbertus custos. Gotefridus cantor. Liberi homines. Ludewicus comes de Ovtingen. Gerhardus et Bertholdus comites de Vraha. Adelbertvs aduocatus. Cunradus de bockesberc. Rupbertvs de Kastele. Adelbertvs de Arnstein. Cunrat de Wighartesheim. Arnolt de rotenburc. Ministeriales. Eggehart comes. Botho. Herolt in foro. Heinrich et Heinrich. tribuni. Kadeloch. Billunc. Sigefrid. Sigibert. de Heitingesfelt. et alii Plures.

Signum Domni Frederici Romanorum Imperatoris Invictissimi.

L. S.

Ego Gotefridus cancellarius vice christiani Maguntini Archiepiscopi. et totius Germaniae Archicancellarii. Recognoui et ss.

Acta sunt haec anno dominicae Incarnationis. Millesimo centesimo LXXX. Indictione. XIII. Regnante domno Frederico. Romanorum imperatore gloriosissimo. Anno Regni eius. XX. VIII. Imperii uero. XXVI.

Data Wirceburc. in Pago Heitingesfelt.

a) Sigillum impressum in parte inferiori nonnihil laesum, totam imaginem imperatoris et integram fere inscriptionem adhuc exhibet.

b) Monogramma imperatoris omissum est, quamvis annunciatum sit et spatium illi haud defuerit.

c) Indictio toto anno et annus regni currens usque ad quintam diem mensis Martii, annus autem imperii nonnisi a die 18. Junii indicato Christi anno 1180 conveniunt. Verumtamen cum curia Wirceburg-

Digitized by Google

gensis in ipso instrumento memorata iam mense Januario eiusdem anni celebrata fuerit, extentque alia ejusdem imperatoris diplomata Wirceburgi intra 25. et 31. Januar. data, merito etiam hocce instrumentum ad hoc ipsum temporis intervallum refertur, ita ut, quod saepe fieri solebat, annus imperii sex circiter mensibus sit anticipatus.

d) Locus Heitingesfelt, nunc oppidum, communiter dictum Heydingsfeld, tribus horae unius quadrantibus a Wirceburg distans, ab urbe ipsa, saltem in hoc instrumento, non discernebatur, quod datum dicitur Wirceburc in pago Heitingesfelt.

e) Ineditum, quamvis ab Ussermann in Historia episcopatus Wirceburgensis pag. 448. memoratum et extractum, qui ex quodam inventario Plassenburgico se ea, quae affert, desumsisse affirmat.

CCCCCXXXV.

Anno 1180. 13. Julii. Ratisponae.

Fridericus I. R. imperator, ad petitionem Adilberti Frisingensis episcopi, transactionem de translatione fori pontisque ad Veringen, olim inter episcopum Frisingensem et ducem Bawariae factam, iudicio principum revocat, atque eidem ecclesiae praedictum forum cum ponte restituit; insuper memorato episcopo licentiam concedit, de rebus, sumptibus ejus acquisitis, in utilitatem ecclesiarum pro ipsius arbitrio ordinandi.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus dei gratia romanorum imperator et semper augustus. Que imperiali statuuntur auctoritate. litteris competit annotari. ne vel transeuntium temporum antiquitate in obliuionem deueniant. uel prauorum hominum fraudulentis machinatio-

Digitized by Google

nibus indignam sui mutationem incurrant. Nouerint igitur vniuersi tam praesentis quam postfuturae aetatis fideles imperii. qualiter dilectus noster Adilbertus frisingensis episcopus ad maiestatis nostrae praesentiam accedens. humiliter nobis conquerendo significauit. quod nobilis uir Hainricus de bruneswic quondam dux bawariae et saxoniae. forum in Verigen cum ponte quod ecclesia sua a longe retro actis temporibus quiete possederat. destruxerit. et illud in uillam Munichen violenter transtulerit. Cuius siquidem rei veritas. etsi nostrae constaret serenitati. ipse tamen eam septem legitimis testibus in nostra comprobauit audientia. Sunt autem hi. Chuonradus salzpurgensis archiepiscopus. Chuono Ratisponensis episcopus. Bertoldus marchio ystriae. Gebehardus comes de sulzbach. Otto palatinus maior. et frater eius Otto iunior. Fredericus burcgrauius. Consequenter igitur super eadem causa a principibus curiae nostrae requisita sententia iudicatum est. quod praefati Hainrici factum temerarivm in irritvm ducere imperialis deberet auctoritas. Quocirca secundum iuris tenorem translationem praedicti fori in vacuum reuocantes. ipsum forum cum ponte memorato fideli nostro episcopo frisingensi suisque successoribus restituimus. et praesentis scripti priuilegio eis et suae ecclesiae in perpetuum confirmamus. item ad instantem praetaxati venerabilis episcopi postulationem. ex indulgentia imperialis clementiae permisimus. et benevolo approbavimus assensu. vt praedia quecumque sumptibus suis ipse conquisiuit. pro libitu suo ecclesiis vel aliis religiosis locis seu ad altaria quelibet posset contradere. et de eorumdem praediorum reditibus pro suo arbitrio ordinare. Et ut haec nostra constitutio in omne euum rata permaneat et inconuulsa. praesentem paginam in memoriam facti conscribi fecimus. et maiestatis nostrae bulla communiri. Testes huius rei. praedictus Chuonradus archiepiscopus. chuono Ratisponensis episcopus. Bertoldus marchio ystriae. Otto palatinus maior. Otto palatinus iunior. Gebehardus comes de Sulzbach. Fredericus

Digitized by Google

purcgrauius. item alii testes qui eidem negotio intererant. Diepaldus patauiensis episcopus. Hainricus curiensis electus. Gassidonius mantuensis episcopus. Gotefridus cancellarius. Ruodolfus notarius. Romarius praepositus haluerstatensis. Hainricus purcgrauius. Siboto comes de Niuwenburc. Hainricus de Altendorf. Deginhart de halenstain. Chuonrat purcgrauius de Nuorenberc. Fridericus de Truhendingen. et frater eius Albertus. Amelbreht de lochhusen. Hainricus Marschalchus de papinhaim. Burchardus camerarius. Atzo Camerarius. Regilo camerarius. Ruodolfus de Waldekke. Hainricus felix puer. Adilolt de dornibach. Egilwann de Ahedorf. et frater eius Hainricus. Ruodolfus de Riede. Hartwicus Marschalchus. Berhtoldus de Richershusen. Sibot de Holzhusen. Wolfherus de Holzhusen.

Ego Gotefridus imperialis aulae cancellarius vice domni Christiani Moguntinae sedis Archiepiscopi. Germaniae archicancellarii recognoui.

Signum domini Friderici romanorum imperatoris inuictissimi (*Monogramma*).

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini. M. CLXXX. Indictione. XIII. Regnante Frederico Romanorum Imperatore gloriosissimo. anno regni ejus. XXVIIII. Imperii vero XXVI. data Ratispone in sollempni curia. III Id. iulii. feliciter Amen.

a) Sigillum, quod ex multis filis dependet viridis coloris, in ora sua laesum est, totam autem imaginem imperatoris cum maxima parte inscriptionis adhuc exhibet.

b) Notae chronologicae omnes inter se conveniunt.

c) Editum saepissime: in Arnpekhii chronic. Baioar. libr. IV. c. 65. ap. B. Pez thes. anecd. III. III. 229. 230. in Hundii metrop. I. edit. monac. 115.

Digitized by Google

115. Ratisb. 78, in Londorp. actis publ. I. l. I. c. IV. p. 30. in Goldast. constitut. imper. I. 284. in Lunig spicileg. eccles. II. Theil 234. ab Arnpeck in Pez. thesaur. anecdot. III. III. 230. in Du Mont corps diplom. I. I. 105. iterum in Rousset Supplem. au corps diplom. I. I. 61. in Meichelbeck Hist. Frising. I. I. 365. cum sigillo delineato.

d) Conferatur Diploma 1158. 14. Junii, quod nova hac constitutione irritum declaratur, licet in re utriusque partis assensu et voluntate transacta.

CCCCCXXXVI.

Circa annum 1180.

Fridericus I. R. imperator capitulo cathedrali Wirceburgensi sententiam curiae suae denunciat: ut in absentia Gotefridi cancellarii sui, legationibus imperatoris praepediti, iura praeposituraе Wirceburgensis in manus ipsius capituli commissa, integra per illud serventur.

F. dei gratia Romanorum imperator semper Augustus. dilecto sancti Kiliani in Werceburch conuentui. gratiam suam et omne bonum. Nouerit uniuersitatis uestre dilectio. quod cum Godefridus cancellarius noster dilectus. Arduis imperii et nostris legationibus praepeditus. praeposituram werceburgensem. per hunc praesentem anni circulum. in fideles manus uestras commiserit. hoc imperialis nostra curia. iusta dictante sententia decreuit. ut omnia iura praenominate praepositure teneamini requirere. omnibus quoque vestris concanonicis. et ipsius praepositure hominibus. de iure ipsorum ad plenum respondere. et de iniuriis eorum usque in praesentiam ipsius cancellarii et praepositi. satisfacere. Quod equidem ratum tenentes. sigilli nostri impressione corroborauimus. et inconuulsum seruari uolumus.

Digitized by Google

a) Sigillum fractum est et maiori ex parte deperditum. Duo eius parva fragmenta, quae appendent ex segmento membranaceo, sibi iuncta, nonnisi manum dextram cum pede utroque imperatoris Friderici I., partem quoque vestimenti eius inferioris ac sedilis, tres demum litteras inscriptionis exhibent.

b) Omnes notae chronologicae deficiunt. Constat autem ex aliis instrumentis Wirceburgensibus, Godefridum iam inde ab 1171 cancellarium imperatoris, ac an. 1184 factum episcopum Wirceburgensem, saltem anno 1180 praeposituram maioris ecclesiae Wirceb. actu tenuisse, cnfr. Ussermann Hist. episcop. Wirceb. in catalogo Praepos. pag. 177. et v. Lang Regesta I. 311. an. 1180.; ex historia vero Friderici I. imp. patet, hisce legationibus, quales in instrumento memorantur, occasionem non defuisse inter an. 1173 — 1180.

c) Ineditum.

CCCCCXXXVII.

Anno 1181. 13. Mart. Werde.
Actum autem inter 27. Febr. usque 7. Mart. Nvorinberc.

Fridericus I. R. imperator concambium, inter ducem Bawariae, Ottonem, et abbatem de Prouiningen, Erbonem, factum confirmat, quo dux abbati mansum prope monasterium eius donat, ab eoque domum in civitate Ratisponensi recipit.

a) Sigilli appensi remansit vestigium, duplex foramen in membrana inferius complicata apparens, inserendoque funiculo aptum. Fragmentum autem sigilli ipsius separatim adiacet, filis suis destitutum, recens cerae ac papyro adglutinatum, partem sinistram imaginis et aliquas inscriptionis litteras eiusdem lateris exhibens.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, tam pro tempore negotii Norimbergae peracti, nimirum ad finem Februarii ac initium Martii

Digitized by Google

mensis; cnfr. Rettenpacher in annalibus Cremifan. p. 166., quam pro tempore instrumenti Werdae dati; cnfr. Gemeiner Fridrich I. 371. not. 1212.

c) Editum in Mon. Boic. XIII. 187. num. 20. ubi haec emendentur: p. 187. lin. 17. leg. 1181. p. 188. lin. 11. leg. Sunnilbach.

CCCCCXXXVIII.

Anno 1182. 11. Augusti. Nuremberch.

Fridericus I. R. imperator coenobio monialium Sctae Mariae (Scti Theodori) in Babenberg bona omnia, speciatim autem per concambium pro castro Hostete olim ab Eberhardo Babenb. episcopo acquisita aliaque plura nominibus expressa confirmat; insuper ius tuitionis sive advocatiae tam sibi, quam episcopo reservat.

(*Chrismon*). In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Fridericus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Ad uictoriosam imperatoriae maiestatis spectat excellentiam. generalem quidem omnibus aecclesiis. et deo militantibus impendere sollicitudinem et prouidentiam. specialem autem ordini monastico. et maxime sacratis deo uirginibus et uiduis. ob quietam rerum suarum possessionem. et sancti propositi custodiam. Vniuersorum igitur Christi. nostrorumque fidelium. tam futurorum quam presentium nouerit industria. quod dilectae consanguineae nostrae. Gertrudis quondam palatinae. necnon Irmingardis venerabilis abbatissae cenobii Sanctae Mariae in babemberc precibus inclinati. legittimam commutationem. bonorum babembergensis episcopatus. pro castro hostete. et ei pertinentibus. ab episcopo Eberhardo

Digitized by Google

debita instrumentorum sollempnitate celebratam. siue quae largitione principum. donatione fidelium. oblatione pauperum. uel titulo uenditionis. uel emptionis prouenerunt uel prouenient in posterum. nostrae sublimitatis auctoritate. perpetuo iure corroborando eidem conuentui confirmamus. ut ea iuris ac proprietatis integritate deinceps constent et permaneant ecclesiae. qua a principio donationis ei pertinuisse dinoscuntur. Ipsa etiam predia culta et incultá. exquisita et exquirenda. notariorum nostrorum diligentia subnotari praecipimus. Gundoldesheim. Burchardesdorf. vgesuelt. trepechendorf. decimam in Zodenruote. Trosendorf. Bolenze. Lizendorf. Gezendorf. Leste. curiam in Owe. hintesbrune. hirzheide. sex mansos iuxta fluuium vraha. in snephenruote. Diekereswinden. et sub ciuitate babembergensi. quattuor molendina. Memensdorf. Nuwenhusen. Butesvelt. Cunemundesdorf. Birkehe. Mirkendorf. Gusebach. Hagene. Stulen. Welsendorf. Gozwinesberch. Ilmenowe. Horwe. Mennembach. Borbette. Eschelenhorne. Lochin. Stetevelt. Mennenheim. Ruhelendorf. Duringenstat. Grophesrute. Virste. Gruntvelt. Alpach. Sidenhusen. Erkenbrehteshusen. quadraginta duo iugera uinearum. Ysolfestat. duo sconunge. houestet tres mansos. vraha duos. Lindenlohe. Sigelohestein. Attenwinden. Rotembach. Preterea eiusdem monasterii principale dominium. nostrae imperiali tuitioni et defensioni uendicamus. illorum uero bonorum quae a prima donatione sua. nulli seruitutis oneri nel iuri. aduocatiae sunt obnoxia. uolumus ut fauore eiusdem conuentus. speciali tuitionis nostrae gaudeant presidio. in partem huius sollicitudinis aduocato. quicumque est. uel futurus est. ipsius loci episcopo. Vt autem hec rata et inconuulsa permaneant. et perpetuae firmitatis uigorem obtineant. presenti pagina renouari statuimus. quam sigilli nostri impressione insignitam. idoneorum testium subscriptione confirmamus. Siquis uero contra hanc nostram institutionem. ausu temerario uenire presumpserit. sicut reus maiestatis. honoris sui periculo subiaceat. et centum libras

Digitized by Google

auri pro pena componat. Quarum medietas imperiali camerae. Reliqua uero pars cenobio Sanctae Mariae in babemberc iniuriam passo persoluatur. Huius rei testes sunt. Otto babembergensis episcopus. Hermannus Monasteriensis episcopus. Albertus frisingensis episcopus. Adelhogus hildeneshemensis. Rudolfus Imperialis aulae prothonotarius. Otto marchio Misnensis Marchio thieodericus de lusiz. Marchio Bertoldus de ystria Comes Fridericus de Abimberch. Cunradus de bockesberck. Heinricus Marscalcus de pappenheim. Albertus de hiltimburch. Rubertus de duorne. et alii quam plures.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris Invictissimi (*Monogramma*).

Ego Godefridus imperialis aulae cancellarius. uice Cristiani Moguntinae sedis archiepiscopi. et Germanie archicancellarii recognoui.

Acta sunt hec anno dominicae incarnationis M. C. LXXX. II. Indictione XV. Regnante domno Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno Regni eius XXXI. Imperii uero XXVIII.

Datum in sollempni curia Nvremberch. III. Idus Augusti feliciter AMEN.

a) Sigillum appensum, in parte inferiori nonnihil laesum, ex filis sericis chartae adhaeret, quorum color partim est flavus, partim viridis.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Commutatio inter Eberhardum II episcopum Bamberg. et abbatiam sanctimonialium in Bamberg facta iam fuit an. 1157., atque hic episcopus iam obiit an. 1172. 15. Julii.

d) Editum in Stumpf Archiv für Franken II. Heft 63 — 66. copiose extractum ab Ussermann in historia episcopatus Bambergensis 402 et 403.

e) Desumtum ex Archivo Bambergensi.

Digitized by Google

CCCCCXXXIX.

Anno 1182. 26. Septembr. Ratisponae.

Fridericus I. R. imperator, consilio et consensu Chuononis episcopi Ratisponensis, Ottonis ducis Bawariae et aliorum principum ac nobilium curiae suae, statuit omnimodam libertatem pontis lapidei, qui Ratisponae ultra Danubium protenditur et utriusque areae, capiti pontis adiacentis, ad spatium duodecim passuum.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Ad hoc diuina fauente clementia Imperii gubernacula regendo tenemus. ut cuilibet propria iura nostro moderamine illibata permaneant. et quae ad communem utilitatem sunt destinata. communi etiam utilitati sine aliquo grauamine. et speciali alicuius exactione. libere ualeant deseruire. Quia igitur mundo senescente. uitae mortalis minorata sunt tempora. et maxime quia turbae rerum non sufficit labilis hominum memoria. dignum duxit nostra Imperialis excellentia. successorum nostrorum nec non omnium christi fidelium tenaci memoriae sacris litteris nostris commendare. fauorabilem libertatem lapidei pontis. qui Ratispone ultra danubium protenditur. quam nostra liberalitate de eodem ponte statuimus. Cognoscat igitur quelibet generatio altera. quia de consilio et consensu. dilecti nostri. Chvononis Ratisponensis episcopi. et Ottonis ducis bawariae. et aliorum principum et Nobilium. curiae nostrae. nec non de maturitate consilii nostrae serenitatis. ad peticionem ciuium Ratisponensium. et Herbordi magistri eiusdem pontis statuimus. et concedimus omnimodam libertatem. super predictum pontem. ita scilicet. ut non liceat alicui ex

Digitized by Google

debito aliquid exigere. ab aliquo super eundem pontem transeunte. nisi propria uoluntate ad conseruationem uel restaurationem eiusdem pontis aliquis quicquam uoluerit conferre. Sanctimus etam plenariam libertatem areae utrique capiti pontis adiacenti. superius et inferius. ad spacium duodecim passuum. scilicet. ut nullus aliqua collatione. seu alicuius edificii structura. predictum spacium audeat occupare. sed ad omnimodam commeantium commoditatem. perpetua uacatione gaudebit. Rationabilis igitur consiliitenore perpenso. districta moderatione placet perscribere. ut a praedicto ponte. pontisque spatio predicto. nichil extraordinarium superinductumue. de cetero aliquid flagitetur. nulla necessitatis sarcina eius functionibus ascribatur. Si uero contra sanctionem nostram. aliquis sordido munere. uel noua exactione. pontem et eius spacium predictum uexare uoluerit. placuit nostrae spectabilitati. ut illius usurpationis contumelia. hoc ordine depellatur. ut si princeps fuerit. et ammonitus resipiscere noluerit. ad decem librarum auri quantitatem puniatur. Si uero principatum non habuerit. ad estimationem quinque librarum auri. mulcta ei imponatur. Quarum una medietas fisco. altera uero pontis procuratoribus assignetur. Et ne a fide et memoria successorum nostrorum. hoc statutum nostrum possit excidere. hanc inde cartam fecimus conscribi. et sigillo nostrae majestatis iussimus insigniri. Huius rei testes sunt. Cvonradus salzpurgensis archiepiscopus. Chvono Ratisponensis episcopus. Albertus frisingensis episcopus. Ruodolfus Imperialis aule prothonotarius. Otto dux bawariae. Otto palatinus comes de witelingesbach. Thitpoldus comes de leskemunde. Bertoldus marchio de voburc. Comes Fridericus de abemberc. Heinricus marscalcus de pappinheim. et alii quam plures.

Signum Domni Frederici Romanorum Imperatoris Invictissimi. (*Monogramma*).

Digitized by Google

Ego Godefridus Imperalis aulae cancellarius. uice Cristiani magontinae sedis archiepiscopi. et Germaniae archicancellarii recognoui.

Acta sunt hec anno dominicae incarnationis. M. C. LXXX. II. Indictione. I.

Regnante domno Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno regni eius XXX. I. Imperii uero. XX. VIIII.

Datum Ratisponae. VI. Kal. Octobris.

a) Sigillum appensum ex filis sericis adhaeret rubri coloris, et nonnisi in ora sua aliquatenus laesum est; filorum tamen pars non minima abrupta cernitur, tam super, quam infra sigillum appensum.

b) Indictio, quae dicitur caesarea, et annus regni currens, conveniunt cum anno chr. notato 1182; sed annus imperii abundat unitate, aut anticipatus est, octo mensibus et 21. diebus.

c) Editum in Gemeiner Regensburg. Stadtchron. I. 476. et in Ried. Cod. diplom. Ratisbon. I. 256. num. 279.

CCCCCXL.

Anno 1182. 7. Octob. Augustae.

Fridericus I. R. imperator monasterio Scti Ovdalrici apud Augustam omnes possesiones confirmat, quarum partem nominibus locorum ac donatorum exprimit.

a) Sigillum appensum ex filis sericis dependet, qnae partim sunt viridis, partim rubri et caerulei coloris; fractum quidem in ora sua est, totam tamen imaginem imperatoris, bene expressam et maximam inscriptionis partem adhuc exhibet, quod fusius descripsit Editor Tomi XXII. 196. in nota.

b) In-

Digitized by Google

b) Indictio, quae caesarea dicitur, et annus regni currens, conveniunt cum anno chr. notato 1182; sed annus imperii abundat unitate, aut anticipatus est octo mensibus et 11 diebus.

c) Editum in Mon. Boic. XXII. 193. num. 12. supra notato.

d) In iis, quae generalia sunt, convenit cum priori instrumento confirmatorio 1171. 22. Augusti.

CCCCCXLI.

Anno 1183. 13. Martii. Nuremberc.

Fridericus I. R. imperator abbati Aldersbacensi, qui advocatiam monasterii huius in curia imperatoris ab usurpatione Alrami de Kambe vindicavit, optionem tribuit, alium advocatum, adhibito episcopi Babenbergensis consensu, eligendi.

a) Sigillum appensum, dependens ex filis sericis, quorum color partim viridis, partim ruber est et caeruleus, in ora fractum est, quod nichilominus imaginem imperatoris et inscriptionem fere integras retinet.

b) Instrumentum simplicis notitiae, quale in ipso eius exordio indicatur, caret chrismate et divini nominis invocatione, monogrammate quoque imperatoris ac recognitione cancellarii, annis demum regni et imperii.

c) Indictio convenit cum anno chr. notato. 1183.

d) Editum in Hund. metrop. II. Edit. Mon. 62. Edit. Ratisb. 42. et in Mon. Boic. V. 358., ubi lin. ult. leg.: Scipfe, — Rotimburc.

Digitized by Google

CCCCCXLII.

Anno 1183. 30. Maii. Apud Egram.

Fridericus I. R. imperator concambio curiam et dimidium mansum in Brounnental a fratribus de Scheftilaren recipit, quibus vicissim curiam in Strazloch donat et confirmat.

a) Sigillum, quod appendebat, periit, remanentibus solis duobus parvis foraminibus in parte infima membranae complicata, destinatis utique insertioni funiculi, cui adglutinatum censeri debet sigillum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt; ita tamen, ut annus imperii anticipatus sit 17 diebus.

c) Editum in Mon. Boic. VIII. 518. ubi lin. penult. leg. dapifer de Rotimburch.

CCCCCXLIII.

Anno 1187. 17. April. Apud Augustam.

Fridericus I. R. imperator monasterio Sti. Uodalrici in Augusta tres curtes in Hurweling, pro anniversario suo et defunctae coniugis suae, imperatricis, ibi celebrando, donat, nec non donationem cuiusdam domus, eidem coenobio a Gerdrude de Trouwensheim tunc factam, testimonio suo confirmat.

a) Sigillum, quod appendebat, fractis filis decidit. Editor eiusdem instrumenti Mon. Boic. XXII. 197. in nota massam saltem cerae suo tempore ex filis membranae adhaesisse testatur, atque se coronam imperatoris in ipsa cera vidisse. Nunc autem massa cerae, et ipsa

Digitized by Google

fracta, innexis filis linteis potius quam sericis, varii, nimirum albi, rubri et caerulei coloris, separatim adiacet papyro involuta, nullum vestigium alicuius coronae aut alterius partis imaginis retinens; fila eiusdem quantitatis et coloris ipsi etiam membranae inferius complicatae innexa conspiciuntur atque ad sigillum primitus impressum spectare comprobantur.

b) Quae solemnibus instrumentis propria sunt, hic penitus exulant, nimirum: chrisma, invocatio divinitatis, Monogramma, recognitio, anni regni et imperii.

c) Indictio convenit cum anno chr. indicato.

d) Editum in Mon. Boic. XXII. 196 et sq. ubi pariter solemnis illa, in instrumento memorata, dedicatio ac translatio an. 1187. 8. April. sive 9 diebus ante datum hoc instrumentum peracta fusius declaratur.

CCCCCXLIV.

Anno 1187. 23. Septemb. Apud Walarhusen.

Fridericus I. R. imperator transactionem inter Udalscalcum Augustensem episcopum et canonicos Scti Mauritii Augustae super electione praepositi eiusdem Scti Mauritii ecclesiae, suo arbitrio factam, confirmat.

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator. et semper Augustus. Causarum compositiones earum maxime que coram nobis finem accipiunt. siue per justiciam siue per transactionem terminentur. necesse duximus scriptis memorialibus inserere. quatinus que rationabiliter decisa fuerint. status sui uigorem obtineant. et quae ad pacem sunt. in litem iterato non conualescant. Quocirca vniuersis praesentem paginam inspecturis. notum fieri uolumus. qualiter habita diutina lite inter dilectum nostrum Vdalscalcum augustensem episcopum et canoni-

Digitized by Google

cos Sancti Mauricij. super praepositura eiusdem ecclesiae. in qua fratres liberam sibi dicunt electionem. cuius etiam rei de causa fidelem capellanum nostrum Heinricum de Brence. in praepositum elegerant. episcopus vero in contrarium asserens. eandem praeposituram in heinricum de Emersacher. sine consensu et electione fratrum contulerat. talis per transactionem tandem intercessit compositio. praedictus episcopus. et canonici. nostro se submittentes arbitrio. in manus nostras uoluntarie compromiserunt. decisione quam nostrum super hoc deliberaret arbitrium. sine contradictione aut remurmuratione qualibet. se fore contentos. Vnde nos consilio fidelium nostrorum accuratius prouidere uolentes. ut tam episcopo in parte ista deferretur. quam etiam praedictae ecclesiae et fratribus. sua in electione conseruaretur iusticia. praehabitum omne discidium. hac transactionis pace terminauimus. Institutio ab episcopo facta in Heinricum de Emersacher. annullata est. Similiter et electio canonicorum in heinricum capellauum nostrum. penitus remissa. Ipsi vero canonici eundem heinricum de brence uidelicet cum consilio episcopi non cogente tamen. quasi a principio libera electione elegerunt. hac quidem forma intercedente. ut talis electio cum consilio praesentis episcopi. quoadusque uixerit. procedat. Post ipsum vero ecclesia Sancti Mauricij. electionis debita gaudeat libertate. Hanc igitur compositionis formulam praesenti paginae inscribi. et sigilli nostri inpressione iussimus communiri. Imperiali firmiter auctoritate sanctientes. nequis eam corrumpere audeat. aut in posterum temere ipsi contraire praesumat.

Testes. Conradus maguntinae sedis Archiepiscopus. Otto babenbergensis episcopus. Johannes Imperialis aulae cancellarius. Heinricus babenbergensis ecclesiae maior praepositus. Volricus praepositus de Swenhusen. Canonici maioris ecclesiae in augusta. Conradus de gundelfingen. Regenboto de Risensburc. Waltherus archidiaconus. Volricus de Steinhus. Ministeriales eiusdem ecclesiae. Teobaldus de husen. et Volricus filius

Digitized by Google

eius. Heinricus de Alchishusen. Sifridus de Donresberc. et frater suus Heinricus. Acta sunt hec apud walarhusen. Anno dominicae Incarnationis. M. C. LXXX. VII. Nono kalendas Octobris. Indictione VI.

a) Sigilli, quod appendebat, modica pars servata est, filis et reliqua parte perditis. Pars ista modica, sellae imperialis supremum cornu laevum, e regione eius globum imperialem ac inscriptionis incipientis hasce retinens litteras: EDERIC, non adiecta quidem, sed capsulae ligneae novissime ipsi praeparatae inclusa sicque adglutinata est membranae.

b) Omnia desunt, quae solemnibus instrumentis solent esse propria: Chrismon, invocatio divinitatis, Monogramma, recognitio, anni regni ac imperii.

c) Indictio, quae vocatur caesarea, respondet anno chr. notato 1187.

d) Ineditum, nec hucusque cognitum, cum illud ignoret Braun in der Gesch. der Bisch. von Augsb. II. Bd. 161 et 162 istius litis erronee ad an. 1190 memoriam faciens.

CCCCCXLV

Anno 1189. 17. Januar. Hanninbach.

Fridericus I. R. imperator in favorem fratrum de Berthirsgadime cultoribus sive colonis eorum in praedio Trifinrivte potestatem caedendi ligna in sylva, quae castro flozze et eidem praedio adiacet, etiam suis temporibus concedit, prout eam sub defuncto comite Gebehardo de Solzbach habebant.

Fredericus dei Gracia. Romanorum Imperator Augustus. Nouit Imperialis clementia personis relligiosis et earum locis stu-

Digitized by Google

dium impendere pietatis. ut quibus in temporalibus praebemus subsidium. ipsorum penes deum fiamus participes meritorum. Intellexímus quippe fratres de Berthirsgadime. a felicis memoriae Gebehardo comite de solzbach. obtinuisse. quod homines eorum in praedio Trifinrivte consistentes de uniuersis eiusdem praedij pertinentiis. potestatem haberent. in silua que adiacet Castro Flosze. iuxta quod idem praedium situm dinoscitur. de lignis ipsius siluae omnia faciendi que usibus ipsorum competerent. in comburendo et edificando. hoc excepto quod uendere ipsis non liceat. Nos itaque quibus cordi est ea que sacris locis conferuntur. pia liberalitate augere. praedictis fratribus hanc concessionem. temporibus nostris confirmandam duximus et praesenti pagina cum sigillo Imperiali roborandam. statuentes ut supra nominati praedii cultores. omnem quam sub Gebehardo Comite habebant. in silua illa. et nostris temporibus ac deinceps habeant libertatem ad ignes uidelicet domesticos. et ad edificia sibi facienda. Hoc firmiter inhibentes ne quicquam per uenditionem alienare presumant.

Datum in hanninbach. M. C. LXXXVIIII. Indictione. VII. XVI. Kalendas februarii.

a) Sigillum, quod appendebat et partim adhuc appendet ex duobus funiculis flavi coloris, fractum est, nec remansit nisi massa cerae posterior, sive a tergo sigillo et funiculis apposita.

b) Quae solemnitatis esse solebant, omnia hic desunt: Chrismon, divinitatis invocatio, Monogramma, recognitio, nota annorum regni et imperii, testes etc.

c) Indictio convenit cum anno indicato 1189.

d) Comes Gebehardus de Sulzbach in instrumento memoratus obiit praecedente anno 1188. 28. Octob., ultimus huius familiae, relictis solum filiabus, ex quibus Adelheidis comitissa de Cleve partem suam in flozze etc. imperatori hoc ipso tempore vendidit, adeo, ut imperator ipsius silvae apud flozze dominus tunc esset. Feudorum autem Bambergensium, ad quae Hanninbach pertinuisse videtur, exspectationem

Digitized by Google

iam an. 1174. 13 Julii obtinuerat idem imperator. Conferatur diploma desuper datum bino instrumento.

e) Ineditum, nec hucusque ullibi memoratum. Occurrit autem in libro cop. antiquissimo Berchtesgadensi fol. 17. ubi locus legitur Trieuinrivte.

CCCCCXLVI.

Anno 1189. mense febr. aut Martio.

Fridericus I. imperator ecclesiae Scti Johannis Baptistae in Staingaden omnes concessiones ac donationes, per avunculum suum ducem Welfonem vel per ministeriales ejus illuc factas vel adhuc faciendas, confirmat, suis etiam ministerialibus praedia ac beneficia illuc donandi licentiam facit, denique nomina praediorum exprimit, quae praedicta ecclesia tunc possidebat.

a) Sigilli aliquando appensi, sed perditi, unicum remansit indicium, incisura nimirum horizontalis in latitudine unius fere pollicis ad infimam membranae extremitatem adhuc apparens, segmento scilicet membranaceo pro appensione sigilli praeparata, iamque per ipsius sigilli olim appensi pondus in formam foraminis diducta

b) Insolita quaedam in hoc instrumento occurrunt:

1) Typus litterarum solito crassior ac major;
2) omissum in titulo imperatoris vocabulum: Romanorum;
3) nomen loci, de quo sermo, prima statim vice per abbreviationem scriptum;
4) Spatium vacuum unius paene lineae in contextu, ante nomina nimirum locorum;
5) negligentia quaedam scriptoris saltem bina vice commissa: in littera maiori S ad initium dicti spatii vacui superflua absque nota de-

Digitized by Google

letionis, et in alia littera minuscula r pariter superflua cum nota deletionis in nomine loci Wirdergeltingin;

6) alterum et quidem maius spatium vacuum 10 saltem linearum inter nomina locorum et notam anni; relictum utique testibus, monogrammati imperatoris, recognitioni cancellarii, notis loci ac diei ac mensis, annorum etiam regni ac imperii, ubi et quando datum sit instrumentum vel peractum negotium.

Quae quidem omnia chartae minus solemni, qualis hic habetur, nihil officiunt, sed illud solum innuunt, noluisse imperatorem tunc super hac re solemnem confirmationem edere, sed potius illam petentes Staingadenses ad filium suum Heinricum VI^tum remisisse, a quo etiam eodem anno 1189. Spirae 6. Septemb. talem confirmationem impetravere.

c) Adhuc mense saltem Martio datum esse hoc instrumentum docet aliud contemporaneum eiusdem tenoris instrumentum Friderici ducis Sueviae 29. Mart.

d) Editum Mon. Boic. VI. 497. num. 13. ubi pag. 498 et sq. num. 14 et 15 etiam indicata mox instrumenta Heinrici VI. regis et Friderici ducis habentur.

CCCCCXLVII.

Anno 1189. 29. April. Apud Werdam.

Fridericus I. R. imperator Heinrico Brixinensi episcopo eiusque ecclesiae argenti fodinas, super bona episcopatus eius, reperiundas, concedit, mediam tamen partem utilitatis sibimet reservat.

Fridericus. Dei Gratia Romanorum Imperator et semper Augustus. Majestatem Imperialem condecenter exornat fidelium suorum diligenter inspecta deuotio. ut quorum fidem per obsequiorum frequentiam experiatur. eorum commoditatibus praesta-

Digitized by Google

stabilis semper inueniatur. Hinc est quod cum non possimus nec debeamus clausis dissimulare oculis obsequia que fidelis princeps noster heinricus Brixinensis episcopus in rebus et persona inter tot praessuras tribulationum indefesso semper animo nobis exhibuit. porrectas nobis preces suas quas omnino repelli non decuit. congrue duximus admittendas. vniuersis igitur fidelibus imperii presentibus et futuris. notum fieri uolumus. quod eidem brixinensi episcopo ad emendandum statum suum. et ampliandas facultates suas. quibus hilari uultu nos uisitare consueuit. Imperiali auctoritate concedimus. ipsique ecclesie brixinensi perpetuo confirmamus. ut siquae forte argentifodine super bona episcopatui suo et sibi pertinentia repertae fuerint. mediam partem utilitatis ipse inde percipiat. reliqua autem medietas. nobis accedat. Hanc igitur concessionem nequis in posterum diminuere aut uiolare praesumat. presenti cartula cum sigilli nostri impressione eam confirmandam duximus ac roborandam. Cuius rei testes sunt Fridricus illustris sueuorum dux. Otto comes de burgundia. Bertoldus episcopus cicensis. Egilolfus praepositus Ratisbonensis. Comes heinricus de Altendorph. et alij quam plures.

Datum apud Werdam Anno domini M. C. LXXXIX. Indictione VII. III. Kal. Maii.

a) Originale archivo caesareo Austriaco redditum est, reservata copia, unde ista depromta sunt. Ad finem copiae vidimatae notatur, sigillum appendere illaesum.

b) Instrumentum istud ad chartas minus solemnes pertinere ipsum nomen: Cartula, quo illud imperator insignivit, edocet. Desunt igitur illi: Chrismon, divinitatis invocatio, Monogramma, recognitio, nota annorum regni ac imperii.

c) Indictio convenit cum an. Ch. indicato 1189.

d) Editum in Bar. v. Hormayr Geschichte Tirols I. II. 138. num. 47. ubi nomen Imperatoris: Frederícus legitur, cum copia legat: Fridericus, ex quibus lectionibus illa copiae nostrae erronea erit censenda.

Digitized by Google

CCCCCLVIII.

Anno 1189. 6. Septembr. Spirae.

Heinricus VI. rex ecclesiam Scti Johannis Baptistae in Staingaden in specialem recipiens protectionem, omnes concessiones et donationes, per proavunculum suum ducem Welfonem et per Heinricum ducem Saxonum vel per ministeriales eorundem et suos factas seu adhuc faciendas, confirmat, praediorum tunc possessorum nomina singillatim exprimit, ab exactione advocati eandem ecclesiam liberat, atque praeposito eius administrationem temporalium et coërcitionem excessuum indulget.

a) Sigillum appendens ex filis sericis rubri coloris in ora laesum est, qua laesione aliquae litterae inscriptionis omnino aut media sua parte evanuerunt, imagine regis adhuc integra.

b) Exulant in hoc instrumento Chrismon, Monogramma, recognitio, annus regni.

c) Indictio convenit cum anno Chr. indicato.

d) Imperator Fridericus absens, sed adhuc vivens memoratur: piae recordationis; nam obiit in Cilicia, regione Asiae minoris, 10. Junii 1190.

e) Editum in Hund. metrop. III. Edit. Mon. 359. edit. Rat. 247. et in Mon. Boic. VI. 499 sq. ubi p. 502. Lin. 2. leg.: Scefowe.

f) In iis, quae generalia sunt, convenit cum diplomate, quod Fridericus I. imper. eodem anno, mense febr. aut martio, monasterio Staingaden concessit.

Digitized by Google

CCCCCXLIX.

Anno 1191. circa finem mensis Aprilis.

Heinricus VI. imperator omnibus in chuculensi comitatu, in utraque regione fluminis Salzahe, manentibus praecipit: ne Berhtersgadmense coenobium super Salina in loco Toual inquietent, priusquam causam ipsorum coram imperiali vel regali audientia exposuerint.

He. dei gratia Romanorum Imperator et semper Augustus. omnibus in comitatu Chuchulensi in utraque regione fluminis Salzhahe manentibus. gratiam suam et omne bonum. Nulli fidelium incognitum esse debet. nec alicui prudentum dubium esse credimus. quod Kadmiae cuiuslibet metalli. et salinae. et quecumque per uenas subterraneas ad usus hominum prouenire possunt iuris sint imperii. Cognouimus etiam quod. quicquid horum intra terminos forestanos Berhthersgadmensis cenobii inuentum uel excultum est. aut inueniri vel excoli potest. a serenissimo ac piissimo patre nostro Friderico. Romanorum imperatore inuictissimo. et semper Augusto. cenobio praefato et fratribus inibi deo seruientibus. iure perpetuo est collatum. et imperiali priuilegio omni tempore tenendum et utendum in pace. est confirmatum. Vnde uniuersis tam maioribus quam minoribus in Chuchulensi comitatu. in utraque regione fluminis Salzhahe. et in circuitu eiusdem comitatus manentibus. sub districta interminatione praecipimus. nequis mortalium cuiuscumque conditionis. fratres praefati cenobii super salina in loco Toual sita. quam ipsi sub defensione et concessione praedicti genitoris nostri semper Augusti. quiete possederunt. et possident. audeat infestare. seu aliquibus fraudulentis aut uiolentis machinationibus praesumat inquietare. profecto scientes. quod siquis uesa-

Digitized by Google

nia uel ausu temerario ad iniuriam fratrum quicquam attemptare praesumpserit. deinceps. iudicium et iram dei omnipotentis et imperialis nostrae indignationis uindictam cum digna animaduersione in eum exercendam incurret. Siquis autem est spectabilium personarum. qui se iuris aliquid in eadem salina existimat habere. nullo temeritatis ausu sepedictos fratres super hoc praesumat inquietare. donec. si iuri suo confidit. coram imperiali uel regali audientia causam suam exponens quod iustum est rite exequatur. ne quis iure suo fraudulentis machinationibus aut uiolentis ullatenus fraudetur.

a) Sigillum olim appensum decidit et exceptis cerae fragmentis minutissimis periit; remansere autem fila serica viridis coloris membranae inferius complicatae innexa atque cum dictis cerae particulis, nullum imaginis aut inscriptionis vestigium exhibentibus, capsulae cuidam ligneae recenter inclusis, ipsi membranae, simul ac capsulae adstricta.

b) Mandatum istud caesareum caret notis chronologicis, inscriptio autem externa archivarii cuiusdam Berchtesgadensis notavit annum 1191, qui etiam ex historia Berchtesgad. apud Koch Sternfeld I. 81. et ex eo comprobatur, quod in titulo: imperator appareat correctura alio atramento, eadem tamen manu, facta, quo docemur, ad initium regiminis et primum adeptae coronae imperialis annum Heinrici VI. imp. hoc instrumentum pertinere.

c) Editum in den Berchtesgad. Processschr. ad finem num. 67. cum titulo: alia fundamenta clarissima, die freye Außfuehr Schellenperger Salz betreffendt; ac separatim antea in Tom. fol. 39 et 125. b.; ex eis autem a praedicto Domino de Koch Sternfeld in libr. Salzburg u. Berchtesgaden. II. Bd. 97. num. 11.

Digitized by Google

CCCCCL.

Anno 1192. 27. Januar. Ratisponae.

Heinricus VI. imperator donationem et resignationem, quam fidelis suus, ministerialis regni, Gothefridus de Herteshusin, de toto praedio ipsius in Bawarica Herscepte, videlicet in villa Herteshusin et tribus nominatis curtibus, illuc pertinentibus, ad ecclesiam Sctae Mariae in Undersdorf legitime fecit, adiecta conditione confirmat: ut praedictum praedium ab eadem ecclesia nunquam debeat alienari.

a) Sigillum appensum periit; remansere autem fila serica viridis et caerulei coloris, quamvis et ipsa potissima ex parte disrupta, membranae inferius complicatae adhuc innexa.

b) Indictio convenit cum anno Chr. indicato 1192.

c) Editum in Mon. Boic. XIV. 136 et 137. ubi p. 137. lin. 19. suppleantur tres omissi notabiles testes, ante Heinricum de Biburg: Comes Heinricus de Altendorf. Comes Cuonradus de Moseburc. Burkardus de Petra.

d) Prima istius fundationis confirmatio per Fridericum I. facta est 1166. 11. April, quacum haecce filii eius Heinrici VI. confirmatio fere in omnibus concordat.

Digitized by Google

CCCCCLI.

Anno 1192. potius, quam 1190. 8. Julii. Apud Heitingesvelt.

Heinricus VI. imperator fundationem coenobii in loco, antiquitus Moppen, tunc Sconaugia dicto, factam, cum conditione sive ordinatione a fundatore adiecta, confirmat, atque ipsum coenobium in singularem protectionem recipit.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Heinricus sextus diuina fauente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Imperialem decet munificentiam loca ecclesiastica et personas religiosas deo iugiter famulantes. pio protectionis ac defensionis nostre munimine confouere. et bona que (a) Christi fidelibus religiosis personis pro animarum remedio collata fuerint. nostre protectionis munimine ac presidio iugiter manutenere et protegere. Igitur ad noticiam uniuersorum imperii fidelium tam presentis etatis. quam successure posteritatis uolumus peruenire. qualiter Cuonradus abbas vvldensis de consilio capituli sui et ministerialium suorum per manum aduocati fuldensis Comiti Gerardo de Rinecke per concambium tradidit. uillam quandam que antiquitus moppen. nunc uero sconaugia nuncupatur. Quam sane uillam cum omnibus suis pertinenciis. fridericus de heselere a comite Gerardo et ab uxore sua Adelheide centum quadraginta Marcis comparauit. ibique monasterium in honore sancte dei genitricis construxit. in quo ancillas Christi. uirgines et uiduas pro anime sue remedio coniugisque sue et omnium Christi fidelium. instituit. Bona autem prenominata cum suis pertinenciis idem fridericus tuicionis et protectionis causa ecclesie beati Kyliani in wirceburch tradidit. ita libere. ut bona illa nullum habere debeant aduocatum. Tali autem condicione prefatus fridericus omnia bona sua

Digitized by Google

contulit ecclesie predicte in sconowe. ut ipse et uxor sua adelheidis quartam partem fructuum qui ibi prouenerint. tam in uino quam annona. annuatim debeant percipere. et ad suos usus quamdiu ipsi uixerint libere possidere. Preterea prefatus fridericus dimidiam partem aque. et mediam partem piscium. et partem dimidiam piscature que uulgo dicitur vach quamdiu ipse uixerit in sua debet habere potestate. Hec autem omnia et quartam partem scilicet preditorum fructuum. et aque et piscium que dicitur vach partem prenominatam. ambo habebunt et libere possidebunt fridericus et adelheidis quamdiu ipsi uixerint. Similiter quicumque de hiis duobus post alium superuixerit. omnia ea que dicta sunt libere possidebit. siue ipse sit. siue ipsa. Post mortem uero utriusque omnia libere ad usus ecclesie sconowe reuertantur. Hanc igitur bonorum donationem et eorum predictam ordinationem ratam habemus ipsamque presenti pagina confirmamus. Vniuersa quoque bona predicte ecclesie in sconowen. cum omnibus personis et omnibus pertinenciis. nec non et omnia que eadem ecclesia nunc habet aut possidet. siue in posterum habebit legitime. aut possidebit. in singularem nostre maiestatis recepimus protectionem. Statuentes et imperiali edicto firmantes. ut nulla omnino persona alta uel humilis. ecclesiastica uel secularis. hanc nostre confirmationis et protectionis paginam uiolare presumat. Quod qui fecerit. eterni iudicis iustam ultionem. et nostre maiestatis indignationem se non dubitet incursurum. Huius rei testes sunt. henricus wirceburgensis episcopus. Galterus troianus episcopus. Bertoldus burcgrauius de Hinnenberc. Fridericus burgrauius de nurenberc. Fridericus comes de abenberc boppo Comes de wertheim. Ropertus de castello. fridericus de Truhendingen. Robertus de durne. henricus pincerna de lutra. Cunradus dapifer de Rotenburch. et alii quam plures.

Signum domini Heinrici sexti Romanorum Imperatoris inuictissimi. (*Monogramma*).

Digitized by Google

Acta sunt hec anno dominice incarnationis. M. C. XC Indictione decima. Regnante Domino henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo. anno regni eius vicesimo III. Imperii uero eius anno secundo. Datum apud heitingesuelt per manum Sygloi Imperialis aule prothonotarii. VIII. Idus Julii.

a) Sigillum, quod appendebat ex filis pluribus sericis viridis et rubri coloris, nunc uno tantum filo tenui viridi, et ipso abruptioni proximo, membranae adhaeret, reliqua filorum parte dirupta; non tamen nisi in laeva ora aliquatenus laesum est ac totam imperatoris imaginem cum integra fere inscriptione exhibet.

b) Notatus chr. annus 1190 erronee positus est, omissis ex incuria duabus unitatibus, quibus supplendis spatium aliquod vacuum relictum videtur. Omnes nimirum reliquae notae chronologicae in annum Chr. 1192 concordant; anno autem 1190 necdum Heinricus (III.) episcopus erat Wirceburgensis.

c) Editum in Gudeni Cod. dipl. V. 355. et in Ussermanni Episcopatus Wirceburg. Cod. dipl. 53. num. 56.

CCCCCLII.

Anno 1192. 29. August. Wormatiae.

Heinricus VI. imperator constituit, ut matrimoniorum contractus inter ministeriales imperii et archiepiscopatus Moguntini libere et licite possint fieri et observari, divisis tamen liberis exinde genitis.

(*Chrismon.*) **In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus sextus. diuina. fauente clementia Romanorum Imperator et semper augustus.**

Sa-

Digitized by Google

Sagax et prouida futurorum antiquitas. hec imitationis exempla posteritati sue non inconsulte reliquit. ut ea que digna memoria inter aliquos condicta. contracta. uel indulta fuerint. cartis et cyrografis commendentur. vt quotiens per sacros apices Signata fuerint et recognita. omnis inde questio tollatur. omnis postmodum altercatio sopiatur. Inde est. quod nostre institutionis scripto ad noticiam presentium et futurorum transmittimus. ea que ad petitionem dilecti principis et consanguinei nostri CVONRADI. Maguntine Sedis Archiepiscopi. liberalitatis nostre gratia indulsimus. matrimoniorum contractus inter ministeriales Imperii et Archiepiscopatus Maguntini. absque impedimento libere ac licite posse fieri et obseruari. Videlicet. ut ubicumque inter ministeriales Imperii et Archiepiscopatus matrimonium contractum fuerit. liberi quos genuerint hinc exinde equaliter diuidantur. et inter liberos hereditas eorum equa similiter proportione distribuatur. Item. Si tantum unum heredem habuerint. et ille fuerit de conditione ministetialium Imperii. ducet uxorem alterius conditionis. de familia scilicet Archiepiscopatus. et econuerso et quos. heredes genuerint. Simili modo diuidentur. ut Imperium et Archiepiscopatus. in equam eorum participationem consentiant.

Hic itaque conditionis status et hec nostre celsitudinis institutio. ut incommutabiliter obseruetur. presentem inde paginam conscribi. et maiestatis nostre Sigillo iussimus insigniri. Statuentes. et Imperiali qua fungimur auctoritate precipientes. vt contra hoc nostre institutionis decretum. nulla persona alta uel humilis. ecclesiastica uel secularis. uenire presumat. uel aliquid huic nostre ordinationi contrarium. ausu temerario attemptare. Huius rei testes sunt. Johannes Archiepiscopus Treuerensis. Hermannus Episcopus Monasteriensis. Cvonradus Argentinensis Episcopus. Cvnradus Palatinus Comes de Rheno. Heinricus Dux Louanie. Albertus Marchio Missensis. Sigehardus Abbas Laurissensis. Arnoldus prepositus maioris ecclesie Maguntine. Burchardus prepositus sancti Petri.

Digitized by Google

Heinricus Abbas sancti Albani. Theodericus prepositus superioris traiecti. Fridericus prepositus sancti thome in Argentina. Heinricus maior decanus in Maguntina. Ruggerus Custos. Petrus scolasticus. Godefridus Cantor. Theodericus Comes de hohstaden. Heinricus Comes de spanheim. Heinricus Comes de sarebrugga. Gerlacus Comes de feltenze. Bertholdus Comes de Dietse. Godefridus Comes de Veihingen. Bertholdus de scowenburc. Hartmannus de budingen. Wernherus de Russeweg. Verungus de hehenriet. Cuno de minzenberc. Heinricus pincerna de Lutra. Sifridus de lapide et filius suus Wolframus. Dudo de Wizenowe. Dudo de birgestat. Drushardus Camerarius spirensis. et alij quam plures.

Acta sunt hec. Anno dominice Incarnationis. M. C. LXXXX. II. Indictione X. Regnante domno Heinrico sexto. Romanorum Imperatore Inuictissimo. Anno Regni eius XXII. Imperii uero II.

Signum Domni Heinrici sexti Romanorum Imperatoris inuictissimi (*Monogramma per quatuor ultimas lineas extensum*).

Ego Cvonradus Maguntine sedis Archiepiscopus. et totius germanie Cancellarius recognoui. Data Wormatie. IIII. Kalendas Septembris.

a) Sigillum, quod appendabat, petsit, remanentibus fragmentis filorum sericorum albi et viridis coloris, membranae inferius complicatae innexis.

b) Indictio et annus imperii conveniunt cum anno Chr. notato; annus autem regni, ex communi computo, decurtatus est duabus unitatibus.

c) Editum in de Gudeni Cod. diplom. I. 312. num. 114.; memoratum in Serarii Tom. I. rerum Moguntin. per Joannis p. 578. num. 4. et in Chronico Gottwic. I. 395 et 401.

CCCCCLIII.

Anno 1193. 20. Januar. Apud Werdam.

Heinricus VI. imperator donationem de possessionibus in villa Roudolvisstetin, a comite Theobaldo de Lechisgemunde ad altare novum Scti Blasii in coenobio Kaisheim, pro missa quotidiana, factam, et post eius obitum ab Agatha, uxore eius, renovatam, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine. sancte. atque indiuiduae. trinitatis. Heinricus. diuina. fauente. clementia. Romanorum. Imperator. Augustus. Imperpetu (in perpetuum). Quia rationabili fidelium nostrorum. Comitis Theobaldi. et uxoris suae Agathae comitissae de lechisgemunde dilectae cognatae nostrae peticioni clementia imperiali assensum prebemus. idcirco uniuersitati tam presentium quam futurorum notificari dignum duximus. qualiter ipse theobaldus cum uxore sua pro remedio animarum suarum parentumque suorum in cenobio kaisheim cum Abbatis fratrumque suorum assensu communi. in monasterio ipsorum in loco ubi sepulturam sibi comites elegerunt. altare in honore sancti martyris blasii consecrandum posuerunt. in quo altari missa omni die pro animabus eorum et omnium parentum suorum celebranda est. exceptis maioribus domini et beatae mariae festis. Ipsum quoque altare de propriis honeste possessionibus in uilla quae roudoluisstetin uocatur dotauit. et ad idem altare incessantur lampas cum indeficienti lumine debet permanere. Preterea censum uidelicet mille caseorum et centum agnorum qui eis a prefatis fratribus annuatim pendebatur. cum filii sui comitis bertoldi dextra. presentibus plurimis ministerialibus eorum. et aliis nobilibus hominibus ne aliquod a legitimis heredibus grauamen paterentur. benigne remiserunt. Cuius donationis atque remissionis testes hii sunt. Heinricus de spiliberc. Wicmannus et frater eius Wolframmus

Digitized by Google

de rorbach. Walcovn de greifisbach. Gebolfus et frater ejus Marquardus. de uivnfstat. Regil et omnes fratres eius. Sigefridus et Volricus de altoluisheim. Walcovn arnoldus de horburc. Egino de burcheim. Heinricus de eistetin. et filius eius heinricus de horburc. Meinwardus. Reimpoto de spiliberc. Covnradus de gnozisheim. Goteboldus et Otto frater eius de hemishouin. Rovmhardus. Otto de hergoltingin. Haec donatio facta est in Kaisheim. item in burcheim post mortem comitis antedicti uxor eius agatha prioris actionis donationem renouauit. Testes sunt. Regilo de altoluisheim. Otto de swininspivnde. Waltherus. Gotefridus Zolizo. Einwicus et frater eius gelfradus de stutheim. Volricus abbas de scira. Rovmhardus de Greifisbach. Geboldus de viunfstat. Covnradus de gannisheim. Super haec duo sibi anniuersaria instituerunt. ita ut specialis memoria eorum in omnibus missis habeatur quae diebus anniuersariorum a fratribus celebrantur. Conuentui etiam eisdem in anniuersariis ad refectionem caritas impendatur. et panis albus et uinum cum piscibus et caseo sufficienter duobus diebus uidelicet ante aniuersariam diem proximam et in ipsa die amministretur. Haec omnia de quinque uini carratis de curia Litun sumi a fratribus duobus ad hoc specialiter opus constitutis debent. nisi forte quod absit aeris intemperies penitus auferat. Quia uero compositio huius acti nostrae serenitatis auribus ita delata est. quod in presentia nostrae pietatis ac principum imperii per manum agathae ante dictae comitissae filiique sui bertoldi comitis ista donatio confirmata est. placuit ut etiam testes isti subscriberentur. Otto babinbergensis episcopus. Covnradus dux sueuorum. Philippus frater imperatoris. Gotefridus comes de rordorf. Fridericus de truhindingin. Heinricus de spiliberc. Bertoldus de hewin. Bertoldus de Wizinhorn. Bertoldus de chuningisberc. Eberhardus et Heinricus immerpris (immpris?) Volricus de hostetin. Otto de werdin, Gebolfus de uivnfstat. Regilo de altoluisheim. Otto de swininspiunde. Rovdolfus meinhunt de werde. Waltherus de eichilberc. Et ut huius nostrae con-

firmationis pagina auctoritate perpetua gaudeat. impressione sigilli nostri iussimus eam roborari. Acta sunt haec salsin anno ab incarnatione domini. M. C. LXXXX. III. Regnante Heinrico imperatore inuictissimo Romanorum. semper augusto. Anno regni eius. XX. III. Imperij autem II. Indictione XI.

Data apud werdam. XIII. Kalendas. februarii.

a) Sigillum, quod appendebat, periit, remanentibus filis sericis rubri et viridis coloris membranae inferius complicatae innexis.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ita tamen, ut annus regni numeretur completus ante quatuor menses et 5 dies.

c) Inter frequentes abbreviationes sive notas compendiarias, vix non semper eodem modo scriptas, illa explicatu difficilior, qua cognomen duorum testium Eberhardi et Heinrici indicatur, num legendum sit: Imerpris, sive imperatoris, sive imperialis scil. ministerialis?

d) Ineditum, indicatum autem et germanice explanatum a com. de Reisach. Geschichte der Grafen von Lechsgmund 35 et 36, ub notatur, comitem Theobaldum de Lechsgmund obiisse 1. Julii an. 1192. aut antea, illiusque uxorem Agatham fuisse ex genere ducum de Teck, qui descendunt ex ducibus de Zäringen.

CCCCCLIV.

Anno 1193. 28. Martii. Spirae.

Heinricus VI. imperator concambio praedium Merdingen, cum eius pertinentiis, sibi ac imperio acquirit ab ecclesia Pataviensi, cui vicissim cedit ac donat abbatiam monialium Beatae Mariae in Patavia, cum eius pertinentiis et cum omni iure, sicut imperium tenuit, videlicet cum advocatia et servitio regio, quod Kunegesture dicitur.

(*Chrismon*). In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Heinricvs sextus diuina fauente clementia. Romanorum Imperator et

Digitized by Google

tungon ympärille. Sitten otetaan pienin sopiva apu-kirjoitusmuste ohjaamaan kirjoitusta ja sen avulla tehdään ensimmäinen kirjoitus. Tämä kirjoitus on tehtävä niin, että kirjoitusmuste ei kosketa kirjoituksen tehtäessä mitään muuta kuin kirjoitettavaa tahnaa. Kirjoitus tehdään yhtäjaksoisesti, ilman nostamista, ja sen tulee olla niin suuri, että se peittää koko kielen yläpinnan. Kirjoituksen jälkeen, vie vielä sitkeämpi, mutta ohuempi kerros tahnaa kielen päälle ja peitä sillä kirjoitus. Tämä kerros on tehtävä niin ohueksi, että kirjoitus näkyy siitä läpi. Kun tahna on kuivunut, ota kirjoitusmuste pois ja tarkasta, että kirjoitus on tullut oikein. Jos ei ole, pyyhi kirjoitus pois ja kirjoita uudelleen. Kun kirjoitus on tullut hyvin, anna tahnan kuivua kokonaan, mieluiten yön yli. Kun tahna on kuivunut, ota kirjoitusmuste pois. Kielen pinnalla on nyt kirjoitus tahnan valkoisella pohjalla. Kirjoitus on nyt suojattu kielen pintaa vastaan, mutta ei ympäristöä vastaan

iam dicta beati Stephani ecclesia. et omnes succedentes ei in episcopatu pathauiensi. illam libere et absolute. qualibet exceptione remota cum omni iure suo. sicut Imperium tenuisse dinoscitur habeat in perpetuum et obtineat. et Imperium prenominatum allodium in merdingin situm cum omnibus appendiciis suis. et cum omni iure quo sepedicta ecclesia beati Stephani illud habuit hucusque et possedit. libere teneat et possideat. quod ut euidentius et clarius elucescat. presens inde autenticum scribi. et sigilli nostri munimine iussimus roborari. Statuentes. et Imperiali edicto sanctientes. ut nullus archiepiscopus. episcopus. dux. Marchio. Comes. vicecomes. Castellanus. aduocatus. nec aliqua denique persona. humilis uel alta. secularis uel ecclesiastica. hanc nostram donationem audeat infringere. uel aliqua temeritatis arrogantia. illi prosumat contraire. Quod qui facere attemptauerit. in ulcionem excessus sui Centum marcas argenti puri pro pena componat. medietatem camerae nostrae. reliquam uero partem predictae beati Stephani prothomartiris ecclesiae. siue eius episcopo. Huius rei testes sunt. Johannes treuerensis Archiepiscopus. Otto spirensis episcopus. heinricus Wormaciensis episcopus. Otto frisingensis episcopus. Galterus throianus episcopus. Manegoldus abbas de Thegerense. Adolfus maior prepositus in Colonia. Cunradus gosselariensis. prepositus. Lupoldus dux austriae. et Lupoldus eius filius. Cunradus dux sueuiae. Rudolfus palatinus comes de Thuingen. Emecho Comes de Liningen. Sigebertus comes de Werda. Sifridus comes de Morle. Albertus Comes de Eberstein. Rapoto comes de Ortenberc. Albertus comes de Bogen. Boppo comes de Wertheim. Gebehardus comes de Tolenstein. Fridericus et Burchardus comites de Zolre. Fridericus comes de Hohenburc. Robertus de durne. Godefridus de Winede. Cuno de Minzenberc. Marquardus dapifer de Annewilre. Heinricus Marscalcus de callendin. Heinricus pincerna de lutra. Cunradus Camerarius de Stoufe. Rapoto de lapide in austria. Otto de Ramesberc. Hademarus de Kunringen. Wichardus de sefelt. Wi-

chardus de Zebingen. herrandus de Wildonge. et alii quam plures.

Signum domini Heinrici sexti Romanorum imperatoris inuictissimi (*Monogramma*).

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini, M. C. XCIII. Indictione XI. Regnante domino heinrico sexto Romanorum imperatore inuictissimo. anno regni eius vicesimo III. Imperii uero II.

Datum Spirae. per manum Sigeloi Imperialis aulae prothonotarii. in sancto die pascae, V. Kal. aprilis.

a) Bullam auream appendisse testatur inscriptio exterior manu cuiusdam archivarii Pataviensis saec. XVII, quae nunc deest cum ipso funiculo, ex quo dependebat, remanentibus solum duobus foraminibus in membrana inferius complicata, quibus bulla cum funiculo erat innexa, Sigilli quidem, non autem bullae mentionem facit instrumentum; sed notandum, quod nec monogramma sive manus propriae signum in illo memoretur, licet ad finem contextus accurate expressum habeatur.

b) Notae chronologicae omnes inter se conveniunt, ita tamen, ut annus regni numeretur completus ante sex menses et 13 dies.

c) Editum in Hund. metrop. I. edit. Monac. 379 ed. Ratisbon. 251. et in Lünig Spicilegio eccles. II. Theil 778; copiose etiam extractum ab Hansiz in German. Sacr. I. 539 sq.

d) Diplomata Friderici I. imp, bina super eodem praedio Merdingen, ad quae hocce novi concambii diploma refertur, data sunt 1161. 29. Januar. et 3. Junii.

CCCCCLV.

Digitized by Google

CCCCCLV.

Anno 1193. 18. Maii. Uvrcebur (Wirceburg).

Heinricus VI. imperator monasterium Tegernse in mundiburdium imperii suscipiens, possessiones eius in basilicis et praediis, nominatim expressis, confirmat, ob subtracta bona a servitio regali vel imperiali illud eximit, certa iura abbati iudulget, certas leges et officia advocatis ipsius praescribit.

a) Sigillum, quod appendebat, decidit; sed excepta quadam cavitate in media imagine, adhuc integrum remansit et separatim adiacet, parte filorum diruptorum sericorum viridis ac caerulei coloris ipsi membranae inferius complicatae, parte illorum altera sigillo innexa.

b) Notae chronolgicae inter se conveniunt, ita tamen, ut annus regni numeretur completus ante octo menses et 3 dies.

c) Praeter aliqua consulto, ut videtur, in hoc diplomate omissa, in omnibus vix non de verbo ad verbum convenit cum priori confirmatione Friderici I. imperatoris 1163. inter 12. April. et 3. Maii, hoc solo discrimine, quod hic quaedam clarius sint expressa, et partim emendata, quae ibi errore calami erant vitiata; nec tamen in hoc instrumento amplissimo desunt similes calami errores.

d) Editum in Hund. metrop. III. Edit. Monac. 397. edit. Ratisb. 274. sed erronee ad XV. Kal. Jul. ex confirmatione subsequenti Friderici II. imp. an. 1230. mense Aprili, cui Henrici VI. confirmatio inserta est; ex ipso originali editum in Mon. Boic. VI. 195—200.

Digitized by Google

CCCCCLVI.

Anno 1193. 29. Maii. Prope Frankenvvrt.

Heinricus VI. imperator monasterium in Steingademe, in quo sepultus est quondam avunculus suus Welfo dux, singulari sua protectione vult esse munitum.

Heinricus sextus diuina fauente clementia Romanorum Imperator et semper Augustus. Notum facimus vniuersis Imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, quod monasterium in steingademe in quo sepultus est quondam auunculus noster Welfo dux. quia illud nostre specialiter pertinet maiestati. singulari auctoritatis nostre protectione. in omnibus bonis et hominibus suis perpetuo uolumus esse munitum. Statuimus igitur et districte precipimus. ut nulla omnino humilis uel alta secularis uel ecclesiastica persona predictum monasterium in bonis uel hominibus suis aliquo modo grauare audeat uel molestare. Quod qui facere presumpserit. gratiae nostrae grauem incurret offensam. Ad cuius rei certam in perpetuum cuidentiam. presentem cartam inde conscribi iussimus. et maiestatis nostrae sigillo communiri. Datum prope Frankenvvrt. IIII. Kalendas Junii.

a) Sigillum, quod appendet ex duplici fasciola, laesum est in omni sua per orbem extremitate. Hinc inscriptio fere tota evanuit, nec remansere nisi quatuor litterae versus finem eius partim integrae, partim dimidiae. Imago autem imperatoris, excepto capite, illaesa adhuc conspicitur et optime expressa.

b) Annus non expressus, deficientibus etiam aliis notis chronologicis, ex morte Welfonis ducis in diplomate memorata et ex loco ac die, quibus datum est, desumitur; obiit enim Welfo dux 1191. 15. Decembr., imperator autem 29. Maii nonnisi utroque anno 1192

Digitized by Google

et 1193 in vicinia urbis Frankfurt morabatur; praetulimus annum postremum ex fide cuiusdam, licet recentioris, libri copialis eiusdem monasterii (fol. 1. et 153).

c) Ineditum.

CCCCCLVII.

Anno 1193. 7. Junii. Wirceburc.

Heinricus VI. imperator pactum de matrimoniis ministerialium libere contrahendis, iam tempore Friderici imperatoris patris sui, inter ecclesiam Babenbergensem et defunctum Bertoldum marchionem de Andehse initum, ad petitionem trium filiorum huius marchionis, Ottonis Babenbergensis episcopi, Bertoldi ducis Meraniae et Bopponis praepositi Scti Jacobi Babenbergensis, renovat et confirmat.

Heinricus diuina fauente clementia. Romanorum Imperator. et semper Augustus. Serenitatis nostre conuenit equitati. oblatis petentium desideriis. facilem prebere assensum. presertim cum aliquid postulatur a nobis. cui non repugnat equitas postulati. Ad instantiam igitur dilectorum consanguineorum nostrorum. Ottonis Babenbergensis episcopi. et Bertoldi ducis Meranie. et Bopponis prepositi Sancti Jacobi babenbergensis. ex consensu etiam capituli iam dictae aecclesiae et ministerialium. pactum quod statutum fuit tempore diuae recordationis. patris nostri Friderici. Augustorum piissimi. inter Babenbergensem ecclesiam. et Bertoldum Marchionem de Andehse. patrem uidelicet predictorum ducis et prepositi. sacris apicibus nostris innouamus. et firmum esse. ac inmutabile sancimus, statuentes. ut quicumque de ministerialibus Babenber-

Digitized by Google

gensis accclesiac. uxorem duxerit de familia prefatorum ducis et prepositi. in Franconia. Bauwaria. et Carinthia. si prolem ex ea susceperit. primus filius. vel filia. conditionem patris sequatur. et postmodum geniti. ex equo diuidantur. et econuerso fiat ex parte sepius memoratorum fratrum. ducis et prepositi. ita tamen ut si inpares in numero filii. vel filie fuerint. conditio patris semper maioritate gaudeat. et sic liberi utrobique suscepti. patri et matri hereditario iure in totum succedant. Quod si premortuis omnibus aliis. unus tantum filius vel filia superstes fuerit. patris ille. vel illa. sequatur originem. Datum apud Wirceburc. VII. idus Jvnii.

a) Sigillum ex filis sericis rubri coloris appendet illaesum et bene expressum.

b) Notis chronologicis, praeter diem ac mensem, caret instrumentum; cum tamen Wirceburgi hoc die ac mense solum anno 1193 moratum fuisse imperatorem possit comprobari, ad eundem annum pertinebit.

c) Ineditum quidem hoc diploma est, mentio autem eius fit in instrumento eiusdem temporis ab episcopo Bamb. Ottone II. desuper confecto, inserto totius statuti de ministevialium connubiis contextu Mon. Boic. VIII. 166. inter Monumenta Diessensia.

CCCCCLVIII.

Anno 1194. 2. Januar. Wirciburc.

Heinricus VI. imperator, Monasterio Eberacensi bona quaedam nominatim expressa, ab Heinrico, episcopo Wirceburgensi restituta, confirmat, ipsumque monasterium in protectionem suam recipit.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus sextus. diuina fauente clementia romanorum imperator

Digitized by Google

augustus. Ne ea quae in presentia nostra. maiestatis nostrae nutu fiunt et approbatione. currentis lapsu temporis ueniant in obliuionem. seu nostrae posteritati ambiguitatem pariant. scripti nostri cautelam ut in sui uigoris statu persistant. necessario decernimus apponendam. Ad uniuersorum itaque fidelium imperii tam presentium quam futurorum peruenire uolentes noticiam. qualiter fidelis noster Heinricus wirceburgensis aecclesiae episcopus. quedam predia cenobii eberacensis. et fratrum inibi deo famulantium. quae minus caute et indebite sibi usurpauit. partem uidelicet curiae in waleswiden. et nemoris in uolburc. et quosdam mansos tam in hadolfeshiem quam in husen. in presentia nostra. eidem cenobio iniuriam se fecisse contestando restituit. suumque ei super hoc priuilegium ad maius robur et munimen contradidit. nos haec ipsa predia et alia quecumque iam dicto monasterio pertinentia. presenti scripto confirmauimus. ipsumque monasterium cum uniuersis sibi attinentiis. rebus et personis. quae nunc habet aut in posterum prestante domino iusto acquisitionis titulo poterit adipisci. in nostrae maiestatis recepimus protectionem. statuentes et imperiali decreto sanctientes. ut nullus episcopus. nullus dux. nullus marchio. nullus comes. nulla denique persona. humilis uel alta. secularis uel aecclesiastica. sepe dicto cenobio hanc confirmationis et protectionis nostrae paginam attemptet infringere. aut fratres ipsius cenobii et possessiones aliquo modo presumat inquietare. Quod qui fecerit. in ultionem temeritatis suae centum libras auri componat. medietatem camere nostrae. partem residuam sepe memorato cenobio et fratribus. Huius confirmationis nostrae testes sunt. clerici. Gardolfus halberstatensis electus. heinricus abbas fuldensis. Godefridus prepositus maioris aecclesiae in wirciburc. Godefridus decanus. Sigilohvs prothonotarius imperatoris. Dietricus prepositus in honoldesbach. wortwinus noui monasterii prepositus. Cvnradus de Froburc. Bertholdus prefectus de hennenberc. Fridericus comes de habenberc. Bobbo comes de wert-

Digitized by Google

hiem. Rubertus de castele. Rubertus de durne. Ludewicus et Godeboldus de frankesten. Godefridus de wineden. Sigibodo de cimere. Cunradus dapifer de rodenburc. hengilhardus de winesberc. heinricus filius bodonis. heltehadus scultetus. hegilhardus de bibelrieth.

Signum Domini Heinrici Sexti romanorum inuictissimi Imperatoris (*Monogramma*).

Acta sunt haec Anno dominice incarnationis. M. C. XCIIII. Indictione XII. Regnante domino heinrico sexto. Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno regni eius. XXV. Imperii uero tercio.

Datum apud Wirciburc per manum Sigiloi Imperialis aule prothonotarii. Quarto Nonas Januarii.

a) Sigillum appendet ex filis sive parvis funiculis sericis flavi et rubri coloris, prorsus illaesum et optime expressum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in libr. Privilegia Eberacensia num. 42. Cnfr. alius lib. Immedietas Eberacensis. p. 244.

CCCCCLIX.

Anno 1194. 18. Mart. Apud Nurenberc.

Heinricus VI. imperator ecclesiae maiori Babenbergensi allodium quoddam, situm in quinque locis nominatim expressis, ab Ottone de Lobdeburc solenniter ei traditum, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis Heinricus sextus diuina fauente clementia romanorum imperator et

Digitized by Google

semper augustus. Ea que coram celsitudinis nostre presentia iuste ac rationabiliter acta sunt. ne processu temporis aliquo casu *in* obliuionem deueniant. aut prauorum hominum retractatione scindantur. debitam a nobis merentur recipere firmitudinem. *Inde* est quod ad noticiam tam presentis etatis quam successure posteritatis peruenire cupimus. qualiter fidelis noster. *Otto* de Lobdeburc uir ingenuus. una cum vxore sua ac liberis. Babenbergensi maiori ecclesie contradidit allodium suum per manus *nost*ras presentibus Eberardo Mersburgensi episcopo. Sygeloo prothonotario. Timone preposito. Cunrado cellerario heinrico de Muchele. Roper*to* de Durne. Godfrido de Wineden. heinrico de Wida. Ecgehardo et heinrico de Strazberc. Ottone de Sletene. Friderico de Muchele. Chunrado de Ranis. et Alberto de Conze. in sollempni curia nostra Salfelden. ubi copiosus fidelium imperii numerus aderat. hoc autem per Salemannum suum Albertum de Vrheim factum est consensu et uoluntate uxoris et liberorum Ottonis. qui coram nobis abdicarunt dictum allodium situm in Husen. Sconungen. Otloeshusen. Barcdorf. et Teienfelt. Nos itaque omnia hec que premisimus. ecclesie Babenbergensi. auctoritatis nostrae munimine confirmamus. cum uniuersis hominibus uillis. uineis. agris. pratis. pascuis. siluis. molendinis. piscationibus. aquis. aquarumque decursibus. cultis et incultis. et omnibus pertinentiis suis. Statuimus igitur ut nullus omnino hominum hanc nostram confirmationem infringere audeat. uel ecclesiam dictam in hiis que prememorata sunt aliquo inquietudinis modo perturbare. Quod qui facere attemptauerit. XXX. libras auri componat quarum medietas camere nostre. reliqua persoluatur iniuriam patientibus. Ad cuius rei certam in perpetuum euidentiam. presentem cartam inde conscribi. et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Huius rei testes sunt. Henricus dux et episcopus Boemorum. Otto Babenbergensis episcopus. Otto frisingensis episcopus. Cunradus Tridentinus episcopus. Euerardus Mersburgensis episcopus. Cun-

Digitized by Google

radus comes palatinus de Reno. Cunradus dux Sweuorum. Albertus marchio Misnensis. Fridericus burcrauius de Nurenberc. Fridericus Comes de Abenberc Boppo Comes de Wertheim. Eberardus Marscalcus de Aneboz et alii plures.

Signum domini Heinrici sexti Romanorum Imperatoris Inuictissimi. (*Monogramma*).

Acta sunt hec anno dominice Incarnationis. M. C. XC. IIII. Indictione XII. Regnante domino Heinrico sexto Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno regni eius. XX. IIII. Imperii uero tercio. Datum apud Nurenberc per manum Syloi prothonotarii. XV. Kalendas Aprilis.

a) Sigillum appendet adhuc ex aliquibus filis sericis, prorsus illaesum et bene expressum; filorum tamen, quae sunt flavi et rubri coloris, pars maxima interrupta est, quorum fragmenta alia cerae, alia autem membranae inferius complicatae annexa manserunt.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ita tamen, ut annus regni numeretur completus ante sex menses et 3 dies.

c) Adiacet copia antiquissima, vix non coaeva, membranae inscripta, ex qua lacunae quaedam litteris cursivis indicatae suppletae sunt; nam charta originalis in utraque ora corrosa est, a muribus, ut videtur.

d) Ineditum.

CCCCCLX.

Digitized by Google

CCCCCLX.

Anno 1194. 22. Mart. Apud Nurenberc.

Heinricus VI. imperator coenobium Berhtersgademense in suam tuitionem suscipiens, omnes illi possessiones, specialiter autem forestum circa cellam, terminis descriptum, a comite quondam Peringario de Sulzpahc ei traditum, nec non aquam in fonte Halle, a comite Gebehardo, filio Peringarii comitis, sex annis ante obitum ipsius illuc traditum, confirmat simulque liberam advocati electionem concedit.

(*Chrismon*). In nomine sancte et indiuiduae trinitatis Heinricus sextus diuina fauente clementia Romanorum Imperator et semper augustus Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris. quod nos ad imitationem serenissimi patris nostri Frederici recordabilis memorie Romanorum quondam Imperatoris Augusti. pro salute quoque ac remedio animae ipsius et nostrae cenobium Berhtersgademense cum omnibus personis ibidem deo famulantibus et uniuersis eiusdem loci appendiciis et possessionibus in protectionem nostram recepimus. et omnia que idem Cenobium sub imperiali defensione nominati patris nostri hactenus possedit. uel nunc possidet sub nostrae tuitionis tutamine deinceps statuimus permanenda. Specialiter autem et nominatim forestum quod circa cellam undique tenditur. et ea que intra terminos ipsius foresti que iuris erant imperii. in uenationibus piscationibus pascuis. cultis et incultis. et que in salis uel in cuiuslibet metalli uenis subterraneis. inueniri aut elaborari potuerint. salinam quoque in

Digitized by Google

loco qui dicitur Goldenpah Itemque salinam que est inter Toffal et locum qui dicitur Riue. et omnia que habent intra terminos foresti designatos. priuilegio a diuo patre nostro collato. cum omni iure eiusdem foresti. quod Comes Engelbertus suique parentes longis retro temporibus per terminos subtus notatos possederant. post eos etiam Comes Peringarius de Sulzpahe. qui idem forestum prefate ecclesiae plusquam triginta annis ante Imperium clementissimi patris nostri tradiderat firma eis eorumque successoribus et illibata omni tempore permaneant. Termini autem quibus ipsum forestum cingitur hii sunt Primus incipiens in riuulo qui dicitur Diezpah et inde in medium alueum fluminis. quod dicitur Sala. descendens pertingit ad uillam Walwes. ad Abietem in cimiterio stantem. et inde transmeans ad adiacentem paludem que dicitur vilzmos. peruenit ad uillam que uocatur Aneua. ubi fontes decurrunt in fluuium Salzahe. et inde ascendendo per medium alueum fluuii pertingit ad superiorem Skarcinpach. inde scandens Varmenecge. et usque Swalwen. peruenit ad uerticem qui Gelich appellatur. inde ortum riui Cuningespach pertransiens vertices montium Ouzinsperc et Pochersrukke per medias ualles et montes inde uenit ad uerticem montis viskunkel. inde per medium montium cacumina sicut aque hinc et inde decurrunt reuertitur ad ortum riui Diezpach. per quem sicut ab utraque parte ad ipsum aque decurrunt ad predictum flumen Sale descendendo finitur. Aduocatiam quoque ipsius loci. tam a fundatorum heredibus quam ab aliquo hominum. nisi quem prepositus et fratres utiliter duxerint eligendum usurpari modis omnibus inhibemus. Porro si is qui electus fuerit. grauis eis et inutilis extiterit. ipsum repellendi. et meliorem in locum eius substituendi. liberam eis concedimus facultatem. Omnia quoque que liberalitate regum uel imperatorum. largitione principium oblatione fidelium. predictae ecclesie collata sunt. uel in posterum fuerint collata. specialiter uero aquam in fonte Halle quam Comes Gebehardus filius Peringarii comitis de Sulzbach sub presentia et auc-

Digitized by Google

toritate memorati patris nostri eidem cenobio sex annis ante obitum suum potestatiua manu tradidit. Imperiali auctoritate ipsi ecclesie et fratribus confirmamus. Solita quoque imperialis clementiae nostre auctoritate omnia eiusdem ecclesie noualia a porta qua silua uersus Halle clauditur. usque in riuum qui dicitur Riutmagie et ultra usque in riuum Wizpah cum omnibus colonis suis ab omni iure comitum et iudicum eximimus. et liberos esse concedimus. et ut a prefate ecclesiae preposito. tam in secularibus quam in spiritalibus regantur. iubemus. Insuper ne aliquis ducum uel comitum uel quorumlibet iudicum super prefata aqua Halle. quam ut dictum est Comes Gebehardus ipsi ecclesiae tradidit. uel quam imperiali largitione possident. uel super omnibus que in nostram specialiter defensionem presenti scripto suscepimus. propter cuiusquam querimoniam in iudiciis eos inquietare presumat interdicimus. quoniam justum est. ut que imperialis maiestatis auctoritate confirmata sunt. uel munificentia tradita. imperiali nichilominus iudicio si quid querimonie natum fuerit rationabiliter terminetur. Decernimus ergo ut nullus mortalium. uel cuiuscumque professionis aut potestatis homo super quolibet horum prefatum cenobium aut fratres inquietare. aut qualibet infestatione uexare presumat. Si quis autem ausu temerario hanc nostrae constitutionis paginam infringere attemptauerit. seueritatem diuini judicii et imperialis indignationis uindictam se nouerit incurrere. et in ultionem sue temeritatis. XXX. libras auri componat. quarum medietas camerae nostrae reliqua monasterio persoluatur. Ad cuius rei certam in perpetuum euidentiam. presentem cartam conscribi iussimus et Sigillo nostro communiri. Huius rei testes sunt. Otto Babenbergensis episcopus. Otto Frisingensis episcopus. Euerardus Mersburgensis episcopus. Bertoldus dux Meranie. Philippus frater noster. Fridericus Burcrauius de Nurenberc. Boppo Comes de Wertheim. Otto Lancrauius de Steueningen. Rupertus de Durne. Godefridus de Wineden. Rapoto

Digitized by Google

de Bilstein. Hiltebrandus de Slegeltal. Eberardus marscalus de Ancboz et allii quam plures.

Signum domini Heinrici sexti Romauorum imperatoris invictissimi. (*Monogramma*).

Acta sunt hec anno dominice incarnationis. M. C. XC. IIII. Indictione XII.

Regnante domino heinrico sexto Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno regni eius. XX. IIII. Imperii uero tercio. Datum apud Nurenberc per manum Sigeloi Imperialis aule prothonotarii. XI. Kalendarvm Aprilis.

a) Sigillum, quod appendebat, periit; indicia illius olim appensi sola restant duo foramina inserendo funiculo apta et conspicua in membrana inferius complicata.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt, ita tamen, ut annus regni numeretur completus ante sex menses et dies 7.

c) Ineditum. Confirmatio tamen praecedens Friderici I. imper. 1156. 13. Junii, hic memorata, impressa habetur in Hund. metrop. II. Edit. Monac. 177. edit. Ratisb. 122. et in v. Koch-Sternfeld. Salzburg und Berchtesgaden II. 20. num. 7., quacum haecce confirmatio in plerisque convenit; quaedam autem nova illi accesserunt; praeprimis autem aqua in fonte Halle, a comite Gebehardo II. de Sulzbach sex annis ante obitum ipsius scilicet 1183. mense Maio tradita, super qua donatione notitia coaeva habetur in codice traditionum Berchtesgadensium antiquissimo fol. 41; sexto post hanc donationem anno obiit idem comes, scilicet 1188. 28. Octobr.

Digitized by Google

CCCCCLXI.

Anno 1195. 16. Julii. Apud Wormatiam.

Heinricus VI. imperator Monasterio Eberacensi parochiam in Svaba (Schwabach), olim per Fridericum (ducem) de Rodenburc collatam, quae tandem in suam devenit potestatem, restituit et cum praedio in eodem loco Svaba confirmat.

H. dei gratia romanorum Imperator et semper augustus et rex siciliae. Ea quae nobis relatione certissima multorum fidelium nostrorum indubitanter constant. ad noticiam deferri cupimus uniuersorum. tam presentium quam futurorum. quod cognatus noster felicis memoriae Fridericus de Rodenburc. sub manu salamanni nobilis scilicet uiri cvnradi de wighardesheim. predium suum in svaba. cum eiusdem loci. parrochia. et omnibus aliis eidem predio attinentiis. pro reconpessatione (recompensatione) diuina. contulit monasterio et usibus fratrum in ebera deo famulantium. Ita sane cenobio predicto parrochia in svaba est collata. ut statim post parrochiani qui tunc eam temporis habuit decessum. in usum et sustentationem fratrum transiret eberacensium. Verum postea iam dicti fratres iniuste a parrochia predicta alienati. tandem in nostram deuenit potestatem. De hac itaque re ab abbate et fratribus suis conuenti. et sepius ab aliis fidelibus nostris admoniti. tandem resipuimus. et pro remedio animae nostrae et serenissimi patris nostri Friderici diui augusti. et omnium parentum meorum. ius quod prius habuerant fratres eberacenses in parrochia predicta. eis reddidimus. et ut eam sicut primitus acceperant. ad utilitatem et sustentationem sui prout melius

Digitized by Google

iudicauerint ordinent atque disponant. et ita iure perpetuo possideant. pagina presenti decernimus. ac sigillo nostrae maiestatis. testibus etiam idoneis adhibitis eis confirmauimus. Verum idem predium in svaba cum predicta parrochia in nostra imperiali defensione accipimus. decernentes et inconcusse affirmantes. ut penitus nullam ullius eberacenses et incole predii eiusdem patiantur exactionem. nec ullum habeant aduocatum. nisi eum solum qui romanum tenet imperium. uel quem ipsi fratres ad sue defensionis elegerint subsidium. Huius nostrae concessionis et confirmationis testes isti sunt. Cvnradus frater noster dux sueuiae. Item Cvnradus patruus noster palatinus. Fridericus prefectus de nurenberc. Bobbo comes de wertheim. Robertus de castele. Robertus de durne. dibboldus de luchenberc. Cvnradus de rodenburc. et Cvnradus de stolberc. Godefridus de wincden. Henricus et albertus de wighardesheim. Datum apud wormatiam. XVII. kalendas AVGVSTI.

a) Sigillum appendet ex filis sericis flavi et caerulei coloris; laesum est aliquantulum in ora inferiori, qua laesione aliquae inscriptionis litterae perierunt.

b) Exceptis mense et die, nullae in hoc instrumento occurrunt notae chronologicae. Nichilominus cum imperator simul nominetur rex Siciliae, quo titulo Heinricus non usus est ante 23. Octob. 1194., quo coronam Siciliae in urbe Palermitana suscepit, cumque inter testes legatur Cunradus palatinus comes Rheni 8. Novemb. 1195 defunctus; hinc vix ullum remanebit dubium, quin ad an. 1195 pertineat hocce diploma.

c) Editum in pluribus Scriptis Falkensteinii, Annal. Thuringo — Nordgav. Nachlese IX. 228 — 247. eiusd. chronic. Saabac. Hte Auflr 11 — 15. eiusd. Antiq. Nordgav. Cod. Prob. 40 et 41 nam 22. in Sinold Schütz corp. hist. Brandenb. syllogo dipl. 50. num. 20. in

Digitized by Google

Hanselmann Diplom. Beweis über Hohenlohe 572. in libr. Immedietas Eberacensis 244 et Privilegia Eberacensia. num. 43.

d) Desumptum ex Archivo Onoldino.

CCCCCLXII.

Anno 1199. 10. Julii. Apud Argentinam.

Philippus rex monasterio in Ensdorf silvas in Woluinlohe et Gadirs confirmat, quas Ludewicus dux Bawariae ab imperio et a rege in feudo tenebat, et concambio curtis in villa Bouhbahc, imperio et regi traditae, acquisitas eidem monasterio donabat, Diepoldo Lantgravio de Luckinber earumdem silvarum Salmanno constituto.

a) Sigillum appendet ex filis sericis, quae viridis sunt coloris et maxima ex parte disrupta; sed laesum est in omni fere ora, ita ut inscriptionis nonnisi primum vocabulum: Philippus, totum adhuc legatur; imago tamen regis integra permansit.

b) Indictio convenit cum anno Chr. notato 1199, aliae notae chronologicae non indicantur.

c) Editum in Meilleri Miraculo mundi sive annal. Ensdorf. 336 et in Mon. Boic. XXIV. 42. num. 18. ubi p. 43. lin. 15. leg.: rotinburc.

Digitized by Google

CCCCCLXIII.

Anno 1199. 14. Septembr. Apud Maguntiam.

Philippus rex Hertwico episcopo Eistedensi, consanguineo suo, eiusque ecclesiae privilegium de dividendis pueris, ex matrimoniis ministerialium regni regisque ac ecclesiae procreandis, largitur, simulque nundinas, in civitate Eistedensi per quatuordecim dies annuatim celebrandas concedit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Philippus secundus Diuina fauente clementia Romanorum Rex et semper augustus. Cum eis qui in nostro et Imperii laudabiliter desudant obsequio, pia duxerimus occurrere remuneratione. et circa ipsorum commodum. curam et operam. habere curauerimus deligentem. eorum nobis sinceritatis affectum reddere non ambigimus obligatiorem. et plerosque per hoc ut nostris se uelint ardentius inferre seruiciis. Sollercius credimus inuitare. Inde est quod nos considerantes dilecti consanquinei nostri Hertwici Eistedensis episcopi fidem. et pure dilectionis affectum quem erga nos gerit. iugiter. et obtinebit in posterum. quamque fideliter ipse. et aecclesia sua. hactenus affuerunt predecessoribus nostris recolentes. ad uniuersorum Imperii fidelium. tam presentis etatis. quam posteritatis successure noticiam duximus perferendum. quod nos permittimus et concedimus Regia auctoritate nostra prenominato Eistedensis aecclesiae presuli suisque in euum successoribus. ut quocienscumque contigerit. quod ministeriales nostri. siue mas-

Digitized by Google

masculus fuerit siue femina. pertinentes Imperio. aut nobis ex hereditate contraxerint matrimonium. vel iam contraxerunt. cum ministerialibus aecclesiae prenotate. pueri descendentes ab eis eque diuidantur. ita quod prior natu. siue masculus fuerit siue femina. conditionem patris sequatur. secundus vero natu. conditionem matris. et sic de reliquis ab ipsis procreandis fiat. vel iam procreatis. et si pares fuerint. medietas Imperio vel nobis uel heredibus nostris. reliqua pars aecclesiae Eistedensi pertineat. Si uero pueri procreati fuerint inpares. solus ille qui superest. et si fuerit unus tantum. et non plures. paternam eos uolumus assequi conditionem. Hec omnia Imperio. nobisque et nostris heredibus. aecclesiam sepe dictam. et eius episcopos uicissim decernentes observare. Concedimus ad hec eidem episcopo. et suis successoribus. ut in ciuitate Eistedensi nundinas aunuales celebret. per quatuordecim dies duraturas. sicut olim ibidem celebres fuisse memorantur. uniuersis negociatoribus pacem prouidentes. et sub nostra eos uolentes eundo ad prefatum forum. et redeundo habere securitate. Statuimus igitur. et Regia auctoritate firmiter obseruandum decernimus. ut nulla persona alta vel humilis. aecclesiastica uel secularis. hanc nostre concessionis diualem paginam. infringere. uel ei quoquo modo audeat contraire. quod qui fecerit. in ultionem transgressionis. quinquaginta libras auri conponat. quarum medietas. fisco nostro residua uero pars. iniuriam passis persoluatur. ad cuius rei maiorem euidenciam. hoc presens priuilegium conscribi. et bulla nostra aurea fecimus insigniri. Huius rei testes sunt. Tharatasiensis archiepiscopus. Monasteriensis episcopus. Chunradus wirceburgensis episcopus. Imperialis aule cancellarius. comes Fridericus de Abenberc. comes Boppo de Werdheim. comes Heinricus de Ortenberc. Chuno de Mincenberc. Drushardus. Wernherus de Bonlande. et frater suus Philippus. Chunradus dapifer de Rotenburc. Fridericus da-

Digitized by Google

pifer de walpurc. Ludewicus de Nichastel. Nidingus de wirceburc. et alli quam plures.

Signum Domini Philippi secundi Romanorum Regis inuictissimi. (*Monogramma.*)

Ego Chunradus wirceburgensis episcopus. Imperialis aule cancellarius. uice domini Maguntini. tocius germanie archicancellarii recognoui. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini. M. C XC VIIII. Indictione II. Regnante domino Philippo secundo. Romanorum Rege gloriosissimo. Anno regni eius primo.

Datum apud Magunciam. per manum Cvnradi Regalis aule prothonotarii. XVIII. kalend. Octobris.

a) Sigillum sive potius bulla aurea, in diplomate memorata, periit sive avulsa est; remansere autem fila serica rubri, viridis et albi coloris membranae inferius complicatae innexa, sed partim disrupta; nodi quoque, inter quos bulla filis annectebatur, adhuc conspiciuntur.

b) Indictio et annus regni iam completus respondent anno Ch. notato 1199.

c) Tarantasiensis archiepiscopus, Aimo, praeterito anno 1198. 15. August. vel ut alii volunt, 5 Septemb. Philippum regem inunxit, ac longiori tempore cum eodem rege in Germania degisse videtur. Cnf. Raumer's Hohenstaufen. III. 107. 111.

d) Ineditum.

Digitized by Google

CCCCCLXIV.

Anno 1200, ex nostro stylo, qui fuit 1199. ex calculo Italico, vocato Florentino, 15. Mart. Apud Nourinberc.

Philippus rex civitatem Lenggirsheim, cuius homines semet ipsos imperio regique libere contradiderunt, sub specialem recipiens protectionem, civibus praedictis maiorem inter officiatos regios apud Nourinberc praeficit, forum insuper qualibet feria quinta hebdomadae et duas alias nundinas, per triduum duraturas, nec non electionem sculteti, a sculteto regio Nourinbergensi confirmandi, concedit.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Philippus Secundus diuina fauente clementia Romanorum Rex et semper Augustus. Maiestas regia ea consueuit fidelium suorum uota admittere. per quae et illorum commoditatibus prouidetur. et suis etiam exinde atque Imperialibus accrescit proficuis. Quaproptet omnibus Imperii fidelibus tam posteris quam modernis notum facimus. quod accedentes ad praesentiam nostram apud Novrinberc fideles nostri homines de lenggirsheim liberam habentes ex antiquo facultatem accipiendi sibi tam rerum suarum quam personarum defensorem cum humilitate a nobis postularunt ut eos et antedictum podium cum universis pertinentiis suis sub regalem tuitionem nostram curaremus accipere ad obsequendum semper Imperio nobisque et successoribus nostris semet ipsos libere contradentes. Ipsorum itaque ex innata nobis clementia iustis inclinati peticionibus sub specialem culminis nostri cum personis et rebus eos accipientes protectionem. numquam de manu nostra et Imperii

quos consilium genuerunt per convocationem aliquam non diu- turnam, quam ad hoc fecerunt, quod tunc vidua effectus sum. Quod ut ratum et inconcussum permaneat, sigilli mei munimine praesentem cartulam roboro, et ut petita exactio ea quoque ratione, qua ego eam petii, ab omni exactione sit libera, sigilli mei impressione confirmo. Actum anno ab incarnatione verbi Dei millesimo centesimo septuagesimo primo, indictione quarta, epacta tertia, concurrente quinta, regnante Philippo rege Francorum anno regni ejus duodecimo, Balduino comite Flandrensi et Hainoensi anno comitatus ejus octavo, Balduino Hainoensi comite anno ejus primo. Hujus rei testes sunt: Balduinus comes Flandrensi et Hainoensi, Hugo de Oisi, Walterus de Fontanis, Hugo de Pomeriis, Gerardus de Rosoi, Hugo de Bailleul, Gerardus de Rosoi, Walterus de Fontanis, Hugo de Pomeriis

inscriptionis mediae ac desinentis penitus aut ex parte evanuerunt; imago tamen regis permansit illaesa.

b) Indictio III. et annus regni tertius, non a coronatione germanica sed ab electione, nimirum 5ta die Martii 1198 numeratus, conveniunt potius anno chr. 1200, quam 1199. Primus inter testes, Conradus A. episc. Moguntinus, mense martio 1199. nondum ex Asia in germaniam redux, ac bellorum ratio a Philippo rege adversus aemulum Ottonem annis 1198 et 1199 gestorum annum 1200, quam 1199 verosimiliorem reddunt. Dicendum ergo, annum hic ex calculo Italico, dicto Florentino, numeratum atque a 25 Martio inceptum nostro anno Ch. 1200 respondere. Notandum insuper XVIII. Kal. April. errore calami positum pro Idibus Martii.

c) Editum, cum specimine aeri inciso in Schütz corp. hist. Brandenburg. Sylloge p. 51. num. 21. et in Häberlin neuesten Reichsgesch. III. Vorrede S. 17.

d) Desumptum ex archiv. Bamb.

CCCCCLXV.

Anno 1200. 15. Mart. Apud. Nuorenberc.

Philippus rex monasterio Eberacensi praedium cum parochia in Suabach, iuxta formam pristinae donationis ac confirmationis, per Fridericum ducem de Rotenburc et Heinricum VI. imperatorem factarum, confirmat, insuper ab omni exactione et ab annua pensione monachos eorumque colonos liberat.

Philippus dei gratia romanorum rex et semper augustus. Tam publicorum serie instrumentorum quam fidelium nostrorum

fideli relatione comperimus et certificati sumus. quod pie memorie consanguineus noster Fridericus inclitus dux de rotenburc. predium suum suabach cum attinente parrochia. et omnibus eiusdem parrochiae pertinentiis. consensu et astipulatione cvnradi tunc temporis eistetensis episcopi. in vsus contulit eberacensium fratrum. Postea vero cum idem (iidem) fratres iam dictae aecclesiae possessionem iniuste amisissent. et in potestatem dilecti fratris nostri heinrici gloriosi romanorum imperatoris deuenisset. Suggestione fidelium suorum quibus ab olim rei ueritas innotuit. fratribus illis quod iniuste perdiderant. iuste restituit. cuius suae restitutionis pariter et pristinae donationis confirmationem. sub debitae sollemnitatis testimoniorumque coniuentia per imperialia meruerunt priuilegia. Nos igitur per omnia factorum suorum uestigia imitari uolentes. predictum predium secundum formam donationis et confirmationis ipsis concessam. nos similiter ipsis una cum attinente parrochia per omnia confirmamus. uolentes ut tam antedicti consanguinei nostri ducis donatio. quam dilecti fratris nostri confirmatio quia utraque iuste ac legitime facta est. perpetuae firmitatis robur et uigorem optineat. Preterea pie profitemur. totam possessionem illam svabach. predium scilicet cum parrochia. dilectis nobis eberacensibus fratribus. regali defensione nos uelle tueri. neque alium eis in eisdem bonis aduocatum esse uolumus. quam romani sceptri maiestatem. aut quem ipsi fratres sue pacis prouisorem prouiderint. Omnem etiam exactionem. et annuae pensionis molestiam. seu quicquid huiusmodi quieti eorum inportunum esse potuerit. tam ab eis quam a colonis eorum auctoritate nostra perpetuo remouemus. pro certo affirmantes. nos semper in promptu habere. omnem eorum injuriam condigna prosequi ultione. Huius nostre professionis atque confirmationis idonei existunt testes. Cvnradvs cancellarius noster. Timo babenbergensis episcopus. Diethelmus constantiensis episcopus. Ropertus de castello. Fridericus prefectus de nvorenberc. Boppo co-

Digitized by Google

mes de wertheim. Engilhardus de winsberc. Vlricus de durne. Wolfradus de crutheim. Cvnradus de rotenburc. Hermannus de lapide. Cvnradus de stolberc. et fratres eius heinricus et Lvdewicus. Datum apud nvorenberc. XVIII. kal. aprilis. anno tercio regni nostri.

a) Sigillum appendet ex filis sericis rubri, caerulei et viridis coloris; sed fractum est in quatuor partes: unum ex fragmentis minoribus periit, residua duo maiora cum altero minore chartae et filis adhaerent, simulque sibi admota imaginis partem sûperiorem a capite ad genua usque regis, inscriptionis autem litteras quasdam primas, medias ac ultimas exhibent.

b) Annus Chr. non est expressus. Nichilominus curia Norimbergae medio mense Martio habita, annusque regni tertius ad annum chr. 1200 hoc instrumentum pertinere demonstrant; nam praesto sunt alia diplomata huius regis 15 et 18 Martio 1200 Norimbergae data, quae omne desuper dubium removent. Notandum tamen etiam illud est, errore calami XVIII. Kal. Aprilis, qualis in Calendario Romano non datur, positum esse pro Idibus Martii, aut si malueris, abundare numerum kalendarum unitate, ita, ut legendum sit XVII. Kal. April. h. e. 16. Mart.

c) Diploma Heinrici VI. imp. in hoc instrumento memoratum datum est 1195. 16. Julii, quod cnfr.

d) Editum in Falkensteinii chronico Schwabacens. 15. in eiusd. Antiq. Nordgaviens. cod. diplom. 42. num. 24. in Schütz corp. histor. Brandenburg. sylloge Diplom. 54. num. 22 et in Privileg. Eberacens. II. 4. num. 45.

CCCCCLXVI.

Anno 1200 ex nostro stylo, qui fuit 1199. ex calculo, qui florentinus vocatur. 18. Mart. Norinberc.

Philippus rex monasterii Aldersbacensis advocatiam sibi imperioque annectit, postquam fratres eiusdem monasterii ipsum regem in advocatum elegerunt, Alramo de chambe, filio Alberti, et haeredibus eius ab eadem advocatia prorsus remotis.

a) Sigillum nonnihil laesum in ora inferiori, de caetero bene expressum, appendet ex filis sericis rubri, viridis et caerulei coloris.

b) Annus regni non est notatus; indictio autem potius anno chr. 1200 convenit, quam 1199. Neque historia bellorum, quae rex Philippus in Germania Rhenana adversus Ottonem IV. regem annis 1198 et 1199 gessit, cariam eius Norimbergae 1199 habitam verosimilem reddit. Accedit, quod Conradus Episcopus Moguntinus primus in hoc instrumento testis nonnisi anno 1200 mense Martio regem Philippum convenire potuit, eodem mense prioris anni nondum ex Asia Germaniam redux. Restat ergo, ut annus in charta notatus numeretur ex calculo Italico, dicto Florentino, quali hoc tempore usi sunt etiam Galli, Philippo adversus Ottonem confoedevati, incipientes annum Chr. a 25 die mensis Martii.

c) Editum in Hund. metr. II. Edit. Monac. 64. Edit Ratisb. 43. erronee ad 15 April. et in Mon. Boic. V. 361 num. 8. ubi pag. 362. lin. 4. leg.: Geuehardus, lin. 8: XV. Kal.

CCCCCLXVII.

Digitized by Google

CCCCCLXVII.

Anno 1200. 5. Julii. Apud Wirziburc.

Philippus rex quosdam nominatos cives sive habitatores villarum Uruirsheim, Ibitsheim, Urahc, Stokheim et Westheim, qui semetipsos imperio regique libere contradiderunt, in imperii suamque protectionem recipit, atque ab alio servitio liberat, praeter statutam siliginis mensuram, quam annuatim ad Nourinberc repraesentabunt.

Philippus. secundus dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus. Protectione regia merentur defendi. qui cum sincera deuotione ad sinum gratiae nostre confugiendo Imperii et nostris obsequiis sese mancipatos semper esse desiderant. Eapropter ad uniuersorum Imperii fidelium tam presentium quam futurorum noticiam duximus perferendum. quod fideles nostri Ciues de vruirsheim Conradus. Meginwardus. Wolframus. Lodwicus. Conradus de Ibitsheim. Meinwardus et Conradus filius eius et Heinricus de vrahc. Lodwicus de Stokheim walcovnus de westheim. et Heinricus nec non alii consortes eorum et conciues de uilla prememorata cum essent homines liberae conditionis allodia sua et predia quae etiam libera fuerunt et ad nullius spectauere dominium nec non semetipsos. nostra confisi protectione et prout eis licitum fuit facere Imperio contradiderunt nobis et successoribus nostris cum bonis eorum et prediis in perpetuum seruitvros pertinere. Ad maiorem itaque commoditatis suae securitatem et ut inantea Imperio et nobis obligatiores sint. iam dicti ciues quos nec nobis neque alicui succescorum nostrorum a fisco Imperiali licitum erit alienare. in festo sancti Michahelis annuatim persoluent et

representabunt apud Novrinberc ad seruitivm nostrum sedecim Maldra siliginis et dimidium ad mensuram uillae suae. quicumque etiam maior fuerit inter officiatos nostros apud Novrinberc is profecto et non alius preficiatur sepedictis hominibus ut ad honorem Imperii eos manuteneat et defendat. Ad cuius rei euidentiam hanc paginam conscriptam impressione sigilli nostri corroborari iussimus. firmiter sub pena gratiae precipientes ut nullus contra hoc serenitatis nostrae statutum uenire audeat. uel sepedictos homines quos in protectionem nostram recepimus perturbare. Testes huius rei sunt. Albertus Rindismul. Herdegenus et albertus lupi. Liupoldus de Grindelahc. Rovdgerus Cupfirlin. Reimarus officiatus de meglindorf. Heinricus studigil et alii quam plures.

Datum apud wirziburc Anno ab Incarnatione domini *Mil*lesimo CC. III. Nonis Julii. Indictione. III.

a) Sigillum ex quadruplici fasciola, artificiose ex filis sericis rubri et flavi coloris contexta, appendet, quod tamen valde laesum est, praecipue in ora sinistra, ita, ut imaginis caput cum manu laeva et pars potior inscriptionis modo desint.

b) Indictio obscurius scripta legi etiam potest VI., qualem legit editor paulo post laudandus. Verum tunc etiam annus chr. legi deberet 1206. Omnia autem sibi constant, si legatur annus 1200, cui concordat indictio III. et numerus III. Nonis praepositus trahatur ad ipsum mensem Jul., ac legatur III. Nonas Jul.

c) Edidit Haeberlin in der neuesten Reichsgesch. III. Vorrede S. 28, non tamen totum, communicante sibi Spies ex archivo Blassenburgensi.

Digitized by Google

CCCCCLXVIII.

Anno 1200. 28. Novembr. Apud Ulmam.

Philippus rex, a praeposito et fratribus Sctae Crucis apud Augustam pecuniam CC. marcarum mutuans, ipsis villicationes suas Otringen et Durenkeim pro annua pensione XX. librarum Augustensis monetae obligat, insuper ministerialibus suis licentiam concedit, res mobiles vel immobiles dictis fratribus conferendi.

(*Chrismon*). In. Nomine. sancte. et. Indiuidue. Trinitatis. Ph. secundus Diuina fauente clemencia Romanorum Rex et semper Augustus. Augustalis eminencie laudabilis stabilitas. inter ceteras quibus decenter ornatur uirtutes. usque adeo circa vniuersa gesta sua florem constancie consueuit obseruare. quod nil quod statuit. seu quod clementer admittit. ob ullum in futurum emergentem casum sinit aliquatenus irritari. uel preter rationis tramitem immutari. Quam ob rem et nos in omnibus actis nostris ueram constanciam uolentes esse comitem. ea que rationabiliter a nobis statuuntur ne per tractum temporis in errorem deducantur. litterarum indiciis. decreuimus perennari. Nouerint igitur vniuersi tam presentis aetatis quam in euum successure posteritatis homines. quod nos a preposito et fratribus uiuifice crucis apud augustam necessitatem habentes accredere peccuniam. cc. marcas examinati argenti. apud ipsos mutuauimus. pro quibus in annua pensione. xx. libras augustensis monete. de uillicationibus nostris otringen et durenkeim ipsis obligauimus. indulgentes ut ipsi eam pensionem annuatim pacifice percipiant. quoaddum nos uel heredes nostri si nos decedere contigerit. pre-

taxatas. cc. marcas ipsis cum integritate persoluamus. et persoluto uel a nobis uel ab heredibus nostris ipsis hoc argento. ea obligatione cessante. ipsa bona uel ad nostrum uel heredum nostrorum domanium reuertentur. hanc igitur obligationem memoratis fratribus confirmantes. de regie etiam benignitatis largitate. sepedictis fratribus indulgemus et concedimus. ut quicumque de ministerialibus nostris pro salute uel sua uel parentum suorum ecclesie uiuifice crucis siue de mobilibus siue immobilibus suis aliquid conferre decreuerint. nos id gratum et ratum habentes ipsi ecclesie regia auctoritate confirmamus. Statuentes. et regio districto firmiter precipientes. ne alicui de cetero persone ecclesiastice uel seculari. alte uel humili hanc nostre concessionis diualem paginam licitum sit infringere. uel ei aliquo inprobitatis ausv contraire quod qui facere presumpserit. l. libras auri examinati componat. quarum medietas injuriam passis reliqua vero medictas camere nostre persoluatur. vt autem hec obligatio atque concessio. inconuulsa et inviolabilis obseruetur presentem exinde paginam conscribi iussimus. et nostri sigilli karactere communiri. huius rei testes sunt. vdescalchus augustensis episcopus. Comes Ludowicus de helfenstein. Comes vlricus de berge. Comes albertus de dilingen. Kadelohus. de kirchperc. Berhtoldus de Nifen. hiltebrandus marscalchus de rehperc. Swiggerus de mindelberc. Cuonradus spannagel. et alii quam plures.

Signum Domini Ph. secundi Romanorum Regis Inuictissimi. (*Monogramma*).

Ego Cunradus imperialis aule cancellarius recognovi. Acta sunt autem hec regnante domino ph. secundo gloriosissimo Romanorum rege. Anno ab incarnatione domini. M. CC. anno regni eius tercio. Datum per manus Sifridi regalis aule

Digitized by Google

prothonotarii apud ulmam. IIII. kalendas decembris. Indictione. III.

a) Sigillum, quod appendebat, periit; remansere autem fila serica viridis et rubri coloris membranae inferius complicatae innexa.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum, memoratum tamen in Braun Gesch. der Bisch. v. Augsb. II. 172. et in nota Zz ibidem ex chronica S. Crucis.

CCCCCLXIX.

Anno 1201. 8. Septemb. Babinberc.

Philippus rex Conrado Wirceburgensi episcopo, consanguineo ac cancellario suo, ipsiusque ecclesiae castrum Steinecg cum pertinentiis eius donat et confirmat.

Philippus. diuina fauente clementia Romanorum Rex et semper Augustus. vniuersis fidelibus imperii presentibus et futuris. gratiam suam et omne bonum. Notum facimus discretioni uestrae. quod nos carissimi consanguinei nostri. C. venerabilis Wirceburgensis episcopi Imperialis aule cancellarii. merita propensius attendentes. tam ipsi quam ecclesiae sue ob ipsius fauorem. donauimus absolute et libere castrum Steinecg. cum omnibus pertinenciis et iure. quod nos in castro eodem habuimus. Quam ob rem regali edicto sanctimus ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae donationis et confirmationis infringere. uel ei ausu temerario contraire. Quod qui facere attemptauerit. a fauore regalis gratie se nouerit alienum. Ad cuius rei certam in posterum euidentiam presentem inde cartam conscribi. et maiestatis nostre sigillo

Digitized by Google

iussimus communiri Datum Babinberc in die coronationis nostre.

a) Sigilli fracti nonnisi fragmentum parvum superest, quod appendet ex segmento membranaceo, et reliquis omnibus partibus deperditis, pectus tantum ac utramque manum regis cum parte sedilis exhibet.

b) Annus aliaeque notae chronologicae non exprimuntur. Locus autem, Babenberc, ac dies coronationis regis Philippi II. ad annum 1201 et in diem 8. Septembr. sive festum Nativ. B. Mariae V. referendum esse hoc instrumentum persuadent. Constat enim hoc die an. 1198. Moguntiae coronatum esse dictum regem ex chronico Erfurt. S. Petrino apud Menken Scr. rer. Germ. III. 231; solemnis autem curia eiusdem regis Babenbergae eodem die ac sequenti septimana tempore Conradi I Wirceburg. episcopi, nimirum ab an. 1198 usque 1202. 3. Decemb., nulla alia habita est, quam illa anni 1201, in qua aliud diploma huius regis, adhuc ineditum, datum fuit Eberhardo archiepiscopo Salisburgensi 14. Sept 1201. Acta vitae S. Cunegundis cap. 23. narrant, Philippum regem propter translationem B. Virginis (Cunigundis) conventum Babenbergae indixisse, quam translationem 9. die Septembris peractam fuisse aliunde patet, licet ambigatur, utrum an. 1201. aut 1202 illa contigerit; cnfr. Ussermann Hist. Bamb. 134 et 135 cum citatis ab eo auctoribus.

c) Ineditum, memoratum autem in Fries ap. Ludewig Gesch. v. W. 536 et Grebner hist. univ. II. 1061.

Digitized by Google

CCCCCLX .

201. 8. Septembr. Babinberc.

Philippus rex vasallis, ministerialibus et burgensibus in Wirzeburc mandat: ut ipsorum episcopum Conradum, consanguineum et cancellarium suum, honorificenter recipiant, eique fideliter serviant, ob cuius amorem ei eiusque ecclesiae feodum dimittit, quod ab eadem ecclesia hucusque tenuit, iure haereditario ad se devolutum.

Phil. dei gratia Romarorum Rex. et semper augustus. uassallis. ministerialibus. et burgensibus. in wirzeburc. gratiam suam e t omne bonum. Cum a progenitoribus nostris. successiua uicissitudine feodum quod ab herbipolensi ecclesia tenuimus. multis retroactis temporibus. ad nos usque. constet iure hereditario. deuolutum. pro dilectione. quam erga dilectum consanquineum nostrum. Conradum dominum uestrum venerabilem. wirceburgensem episcopum. imperialis aule Cancellarium iamdudum gessimus et gerimus. ne quis scrupulus. cuiuslibet contradictionis. in hac parte possit de cetero reperiri. ipsum feodum quod nostra auctoritate nobis uendicauimus. tam ipsi quam ecclesie liberum omnino dimittimus. et absolutum. Mandamus igitur uniuersitati uestre. et iniungimus studiose. ut ipso sicut decet in ecclesia honorificenter recepto. seruiatis ei fidelter et deuote. scituri quod et fructosus erit ecclesie. et quicumque fidelis dilector eius fuerit. in omnibus negociis suis. maiestatem nostram habebit propiciam. nam hoc ob amorem eius. ad commodum uestrum. et ecclesie fecimus. quod pro nullo mortalium fecissemus.

a) Sigillum deperditum est, remanente segmento membranaceo, ex quo dependebat.

Digitized by Google

b) Desunt quidem notae omnes chronologicae; nichilominus membrana ipsa eiusque forma, character scripturae, modus adpendendi sigillum ex segmento membranaceo, ipsa denique absoluta et libera dimissio feodi, nomine non expressi, adeo conveniunt cum diplomate super castro Steinecg eidem episcopo Conrado Babinberc in die coronationis suae (nimirum 8 Sept. 1201) ab eodem rege dato, ut locus ambigendi haud supersit, utrumque instrumentum simul eodem loco ac tempore fuisse exaratum. Accedit argumentum ex historia ipsius Conradi episcopi Wirceb., qui nuper eodem. an. 1201 aut fine anni 1200 Papae Innocentio III. reconciliatus hac apud Wirceburgenses tunc egebat regia commendatione.

c) Ineditum.

CCCCCLXXI.

Anno 1201. 14. Septembr. Apud Babinberc.

Philippus rex Euirhardo (Eberhardo) Salzpurgensi archiepiscopo eiusque ecclesiae abbatias regales Kiemisse et Sewe, cum earum pertinentiis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine. Sanctae. et indiuiduae. trinitatis. Philippus. secundus. diuina. fauente. clementia. Romanorum. Rex. et semper. Augustus. Regiae maiestatis discretio licet omnibus sibi deuotis ad ea quae iuste postulauerint beniuolum preberc teneatur assensum. eorum tamen commodo et honore propensius inherere debet. quorum fides et obsequia magnifica Imperiales suosque profectus augere possunt et multipliciter promouere. Adtendentes igitur Dilecti principis nostri Euirhardi uenerabilis Salzpurgensis Archiepiscopi quam erga nos gerit purae fidei et dilectionis constantiam. et prouida consideratione pensantes quod prudentiae suae studium pariter consilium nobis et Imperio plurimum possit proficere. Vni-

Digitized by Google

Vniuersis Imperii fidelibus tam posteris quam modernis notum facere decreuimus. quod nos regia liberalitate donauimus Sibi et aecclesiae Salzpurgensi nec non ipsius ibidem in aeuum successoribus abbatiam Kiemisse et abbatiam Sevve cum fundis et omnibus appendiciis earum et cum omni iure quod hucusque in ipsis habuimus et predecessores nostri diui Romanorum Imperatores habuerunt tam in feudis quam in aliis iusticiis et rationibus pertinentibus ad Imperium. omnia hec Archiepiscopo predicto et aecclesiae suae iure perpetuo possidenda relinquentes. Statuimus igitur et regia auctoritate districte precipimus. ut nulli umquam personae humili uel altae aecclesiasticae aut seculari licitum sit hanc maiestatis nostrae donationem infringere. uel aecclesiam salzpurgensem aut eius Archiepiscopos super ea aliquo improbitatis ausu molestare. quod qui facere attemptauerit, pro pena transgressionis auri examinati libras centum componat dimidium Fisco Imperiali reliquum aecclesiae salzpurgensi persoluatur. Ad cuius rei noticiam presens exinde priuilegium conscriptum sigilli nostri Charactere iussimus communiri. Testes hii sunt Hertwicus bremensis Archiepiscopus. Vodilscalcus Augustensis episcopus. Diethalmus constantiensis episcopus. Conradus Ratisponensis episcopus. Wolfgerus pattauiensis episcopus. Bernhardus dux Saxoniae. Hermannus lantgrauius Thuringiae. Heinricus marchio morauiae. Comes Didericus de Landisperc. Rovdolfus Comes palatinus de Twingen. Godefridus marchio de Rovmisperc. Comes Volricus de berge. Comes Lodwicus de Wirtinberc. Waltherus de Langinberc. Albertus de entse. Hadmarus de Chunringen. Wichardus Dapifer de Zebingen. Hertnidus de Orten. Covno burcgrauius de Weruin. Waltherus pincerna de schipfen. Lodwicus de Nicastel et alii quam plures.

Signum. Domini. Philippi. secundi. Romanorum Regis. inuictissimi (*Monogramma*).

Digitized by Google

Ego Conradus Herbipolensis episcopus et Imperialis aulae Cancellarius recognoui. Acta sunt hec Anno ab Incarnatione domini Millesimo. CC. primo. Indictione Quarta. Regnante domino philippo secundo. Romanorum Rege glorioso. Anno regni eius quarto.

Datum apud babinberc. XVIII. Kalendas Octobris.

a) Sigillum, quod appendebat, periit; remansere autem fila serica caerulei coloris membranae inferius complicatae innexa.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum, memoratum tamen in utraque charta Eberhardi Archiepiscopi Salzburg., qua tum monasterium Seon, tum parthenonem chiemsee confirmat an. 1202. Mon. Boic. II. 131. et 449.

CCCCCLXXII.

Anno 1201. 20. Septembr. Apud Nourinberc.

Philippus rex monasterium Steingaden sub specialem suscipiens protectionem, donationes, per ducem Welfonem, Heinricum VI. imperatorem et ducem Suevorum Conradum, atque ipsum regem aliosve illi factas, confirmat, possessiones nominatim exprimit, suisque ministerialibus licentiam concedit, seipsos et bona ipsorum eidem monasterio offerendi.

a) Sigillum appendet ex filis sericis rubri coloris, laesum quidem, superiorem tamen et imaginis et inscriptionis partem exhibens.

b) Indictio, quae caesarea dicitur, annusque regni conveniunt cum anno indicato 1201.

c) Editum in Hund. metrop. III. Edit. Monac. 360. edit. Ratisb. 243 et 249. in Mon. Boic. VI. 505. num. 20. ubi p. 507. lin. 9. leg.

Digitized by Google

Vmiste; lin. 21. leg. Meranie. lin. 22. leg. Mindilberc. lin. ult. leg. XII. Kalend. Octobr.

d) In potioribus hoc diploma convenit cum priore, nimirum Heinrici VI. imp., tunc adhuc regis 1189 6. Septembr., cuius etiam mentio fit in hoc ipso instrumento.

CCCCCLXXIII.

Anno 1203. 21. Febr. apud Egram.

Philippus rex monachos in Waltsahsen ab onere collectae liberat, quam ritu aliorum Burgensium hactenus de domo eorum in civitate Egra solvere consueverunt.

Ph. dei gratia Romanorum rex semper Augustus. vniuersis fidelibus suis ad quos hec littere peruenerint gratiam suam et omne bonum. Ea que religiosis domibus. personis quoque deo ibidem in religionis habitu Iugiter seruientibus in cursu rerum temporalium ad utilitatem prouenire possunt et comodum (commodum). regie maiestatis benignitas pium duxit et salubre operis effectu adimplere. hac pia consideratione adhibita. ut nostrum Imperium temporale eorum oratione cottidiana. ab omnium regnorum auctore robur et debitum iusti vigoris recipiat incrementum. et nos sub pace et pacis tranquillitate. post mundanarum rerum transsitum (transitum) regni celestis et hereditatis eterne sancta eorum suplicatione fieri mereamur heredes. hinc sane est. quod nos ad noticiam omnium fidelium nostrorum uolumus peruenire. quod dilecti nostri Monachi in Waltsahsen apud ciuitatem. nostram egram domum quandam habuerunt. vnde ipsi monachi secundum Consuetudinem Ciuitatis. quando nos aliquam collectam ciuitati imposuimus. qualemcumque partem que ipsis monachis imponebatur ratione domus eorum pro ritu aliorum burgen-

Digitized by Google

sium hactenus sólucre consueuerunt. pro salute igitur nostra. et ob remedium animarum parentum nostrorum. hoc onus huius collecte ipsis alleuiare uolentes. Mandamus et officiatis nostris et burgensibus in egra precipimus. ut quandocumque ipsi aliquam collectam nobis uel requirere. uel dare debeant. nichil ab ipsis monachis in Waltsahsen ratione domus eorum quam apud egram habent requiratur uel exigatur. et hoc beneficio ipsos uolumus in perpetuum gaudere. Sub pretextu et obtentv quoque gratie nostre firmiter precipimus. ut nemo sit qui hanc nostram concessionem et indulgentiam prefatis monachis factam audeat infringere uel immutare. Quod qui contumaciter facere presumpserit. iram et indignationem nostram grauiter se sciat incurrisse. Datum apud egram. VIIII. Kalendas. Marcii. Indictione. VI.

a) Sigillum appendet ex segmento membranaceo, sed valde laesum est, praecipue in parte superiore; imago tamen regis, excepto capite, fere integra apparet cum aliquibus litteris inscriptionis.

b) Annus ab inc. non est expressus, quem autem Indictio VIta indicat, nonnisi anno Chr. 1203 tempore huius regis conveniens.

c) Ineditum, nonnisi obscure memoratum a Bruschio in monaster. 248.

CCCCCLXXIV.

Anno 1203. 28. Februar. Apud Babinberc.

Philippus rex Monasterio Alderspacensi liberam advocati electionem confirmat, quam dictante sententia iuxta Ordinis Cisterciensis consuetudinem in praesentia regis obtinuit.

a) Sigillum illaesum et bene expressum appendet ex filis sericis rubri et viridis coloris.

Digitized by Google

b) Annus ab inc. non est expressus, indicatus autem per Indictionem VI^am^, quae durante regimine Philippi II nonnisi anno Ch. 1203 convenit.

c) Editum in Hund. metr. II. Edit. Monac. 63. edit. Ratisb. 43. et in Mon. Boic. V. 362.

CCCCCLXXV.

Anno 1205. 9. Martii. Herbipoli.

Philippus rex approbat et confirmat obligationem reddituum Herbipolensis ecclesiae, quam pro liberatione Wilhelmi Aquensis praepositi Heinricus Herbipolensis electus fecit, securos reddens creditores, quod bona ipsa in alios sumptus non convertantur, nisi ad redemptionem pignorum et obsidum ecclesiae, qui Boloniae detinentur.

Ph. dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus. Vniuersis fidelibus Imperii presentem paginam inspecturis. gratiam suam et omne bonum. Hiis que ad profectum liberatonis. dilecti nostri Wilhelmi Aquensis prepositi pertinent et conducunt. gratuito affectu operas nostras et auxilia impertiri commode cupientes. ad notitiam uniuersitatis uestre. presentium insinuatione transmittimus. quod nos et ratam habemus et presentis scripti munimine confirmamus. obligationem redituum et bonorum herbipolensis ecclesiae. quam fecerit dilectus nobis. ipsius herbipolensis ecclesie electus. alicui persone uel aliquibus personis. pro pecunia ad absolutionem nominati prepositi. sufficiente. nec uolumus quod bona ipsa in sumptus alios deducantur. nisi ad redemptionem pignorum et obsidum ecclesiae. qui Bolonie detinentur. Ne autem huius pecuniae creditores. processu temporis. in reditibus obligatis. iniuria

Digitized by Google

aliqua uel molestiis agitentur. et ipsi prouentibus eorum in pace gaudeant. statuimus. ut si prefatum electum. ante liberationem illorum redituum mori contigerit. non liceat successori eius obligationem ipsam infringere. uel creditori aut creditoribus in bonis predictis uiolentiam importare. Si uero decedente electo. discordes fuerint successuri episcopi electores. et ex eorum discordia reditus episcopatus ad manus nostras deuenerint. indubitanter non mutabimus hanc ordinationem. sed semper eam faciemus inuiolabiliter obseruari. huius rei testes sunt. Cunradus Ratisponensis electus. Imperialis aule cancellarius. Otto maior prepositus et totum capitulum Wirceburgensis ecclesie. Gebehardus castellanus Magdeburgensis Albertus comes de Werningerode et alii quam plures. Ad huius rei certam euidentiam presentem cartam conscribi et sigillo regio iussimus communiri. Datum Herbipoli anno domini M. CC. V. Indictione VIII. VII. Idvs Marcii.

a) Sigillum, quod appendebat, periit. Sola remansit fasciola duplex, artificiose contexta ex filis sericis rubri et albi coloris, ac membranae inferius complicatae innexa.

b) Indictio respondet anno indicato.

c) Ineditum saltem in lingua originali; nam versio eiusdem instrumenti germanica edita est a Frisio in Ludewig Geschichtschr. v. Wirzburg p. 545 et in Lünig spicilegio eccles. II. Theil. p. 945. Urk. 25.

Digitized by Google

CCCCCLXXVI.

Anno 1205 ex nostro stylo, qui fuit 1204 ex calculo Florentino 10. Martii. Apud Herbipolim.

Philippus rex coenobium Berhtersgadmense in suam protectionem recipiens, omnes illi possessiones, specialiter autem forestum circa cellam, terminis descriptum, a comite quondam Peringario de Sulzpahc ei traditum, nec non aquam in fonte Halle, a Comite Gebehardo, filio Peringarii comitis, sex annis ante obitum ipsius illuc traditam, confirmat simulque liberam advocati electionem concedit.

(*Chrismon.*) In nomine. sanctae. et. indiuiduae. trinitatis. Philippus. secundus. diuina. fauente. clementia. Romanorum. Rex. et. semper. Augustus. Diuinae remunerationis copiosum promeremur beneficium. si aecclesiarum dei profectibus intenderimus et circa commodum earum curam et operam adhibuerimus diligentem. Eapropter omnibus Christi fidelibus presentis aeui et futuri duximus innotescendum quod progenitorum nostrorum Friderici patris nostri et Heinrici fratris Romanorum Imperatorum exempla feliciter imitantes. pro salute quoque ac remedio animae nostrae et eorundem progenitorum nostrorum Cenobium Berhtersgadmensium cum omnibus personis deo ibidem famulantibus et uniuersis eiusdem loci appendiciis et possesionibus in nostram recepimus protectionem. et omnia quae idem cenobium temporibus antedictorum Imperatorum possedit uel nunc possidet firma ei et illabata permanere decernimus. Specialiter autem et nominatim confirmamus eisdem fratribus forestum quod circa cellam undique ten-

Digitized by Google

ditur et ea quae intra terminos ipsius foresti quae erant Imperii in uenationibus. Piscationibus. pascuis cultis et incultis. et quae in salis uel in cuiuslibet metalli uenis subterraneis inueniri aut elaborari poterint (potuerint). Salinam quoque in loco qui dicitur Goldenbahc. et salinam quae est inter Toual. et locum qui dicitur Riue. et omnia quae habent intra terminos foresti designatos. priuilegio a diuo patre nostro collato cum omni iure eiusdem foresti quod Comes Engilbertus suique parentes longis retro temporibus per terminos subtus notatos possederant. Post eos etiam comes Peringarius de Sulzbahc qui idem forestum praefatae aecclesiae plusquam triginta annis ante Imperium clementissimi patris nostri tradiderat firma eis eorumque successoribus omni tempore permaneant. Termini autem quibus ipsum forestum cingitur hii sunt. Primus incipiens in riuulo qui dicitur Diezbahc et inde medium alueum fluminis qui dicitur Sala. descendens pertingit ad uillam walwes ad Abietem in cimiterio stantem. et inde transmeans ad adiacentem paludem quae dicitur uilzmos. peruenit ad uillam quae dicitur Aneua. ubi fontes decurrunt in fluuium Salzahc. et inde ascendendo per medium alueum fluuii pertingit ad superiorem Schreinpahc. inde scandens Varmnekki et usque Swalwen. peruenit ad uerticem qui Gelihc appellatur. inde in Ortum riui Chunispahc pertransiens uertices montium Ovzinsperc et bockisrucki per medias ualles et montes. inde uenit ad verticem viskunkel. inde per medium (media) montium cacumina sicut aquae hinc et inde decurrunt reuertitur ad ortum riui Diezpahc. per quem sicut ab utraque parte ad ipsum aquae decurrunt ad predictum flumen Sale descendendo finitur. Aduocatiam quoque ipsius loci tam a fundatorum heredibus quam ab aliquo hominum nisi quem prepositus et fratres utiliter duxerint eligendum usurpari modis omnibus inhibemus. Porro si is qui electus fuerit grauis eis et inutilis extiterit. ipsum repellendi et meliorem in locum eius substituendi liberam eis concedimus

Digitized by Google

mus facultatem. Omnia quoque quae liberalitate Imperatorum largitione principum oblatione fidelium praedictae aecclesiae collata sunt uel in posterum fuerint collata. specialiter uero Aquam in fonte Halle quam comes Geuehardus filius Peringarii comitis de Sulzbah sub praesentia et auctoritate memorati patris nostri eidem cenobio sex annis ante obitum suum potestatiua manu tradidit regali auctoritate ipsi aecclesiae et fratribus confirmamus. Solita quoque regalis clementiae nostrae auctoritate omnia eiusdem aecclesiae noualia a porta qua silua uersus Halle clauditur usque in riuum qui dicitur Riutmagic et ultra in riuum Wizpah cum omnibus colonis suis ab omni iure comitum et Judicum eximimus et liberos esse concedimus. et ut a praefatae aecclesiae praeposito tam in secularibus quam in spiritualibus regantur iubemus. Insuper ne aliquis ducum uel comitum uel quorumlibet Judicum super praefata aqua Halle quam ut dictum est comes Geuehardus ipsi ecclesiae tradidit uel quam Imperiali largitione possident uel super omnibus quae iu nostram specialiter defensionem suscepimus propter cuiusquam querimoniam in iudiciis eos inquietare praesumat interdicimus. quoniam iustum est ut quae regali sanctione confirmata sunt regali nichilominus Judicio si quid querimoniae natum fuerit terminetur. Nulli igitur omnino hominum licitum sit super praefatis possessionibus sepedictum cenobium inquietare. aut hanc confirmationis nostrae diualem paginam reuocare inirritum. quod qui fecerit Centum libras auri componat dimidium fisco nostro reliquum monasterio passo iniuriam. Testes hii sunt. Heinricus Herbipolensis electus. Geuehardus burcgrauius magdeburgensis. Lambertus et Ernestus comites de Glichen. heinricus marscalcus de Kallindin. Heinricus dapifer de Walpurc. Waltherus pincerna de Schipfe et alii quam plures.

Signum domni philippi secundi. (*Monogramma.*) Romanorum regis inuictissimi.

Digitized by Google

Ego Conradus Ratisponensis electus regalis aulae cancellarius recognoui.

Datum apud Herbipolim Anno dominicae Incarnationis Millesimo. CC. IIII. VI. Idus Marcii. Indictione VIII.

a) Sigillum, quod appendet ex filis sericis rubri coloris, fractum est in tres partes; fragmenta autem, noviori tempore sacculo coriacio inclusa sibique aptata, totam fere imaginem et inscriptionem exhibent.

b) Indictio respondet anno Ch. 1205, cui consonant locus, Wirceburg, ubi rex Philippus hoc anno 9. Martii, scilicet die hoc datum instrumentum praecedente, morabatur, (cnfr. Frisium apud Ludewig Geschichtsch. v. Wirzb. 545. et Lünig Spicileg. eccles. *II. Theil.* 945) et inprimis Conradus cancellarius, tunc electus episcopus Ratisponensis, qui nimirum praedecessorem suum 23. April. 1204 defunctum excepit et confirmationem atque consecrationem suam inter 10. Mart. et 30. Jul. 1205 obtinuit, quibus obtentis non iam electus, sed episcopus scribitur, ut patet ex diplomate Philippi II. ap. Ried. cod. dipl. Rat. I. 286 et 287. Num. 305. Unde etiam liquet, a scriptore huius instrumenti annum dominicae incarnationis ex calculo, dicto florentino, qui initium anni a 25. Martii duxit, fuisse notatum, quod passim alias quoque licet observare.

c) Insrumentum istud confirmatorium in omnibus, vix non de verbo ad verbum, convenit cum confirmatione praecedente Heinrici VI. 1194. 22. Mart., hic expresse memorata.

d) Editum in Hundii metrop. II. Edit. Monac. 178. edit. Ratisb. 122. et Lünig Spicileg. eccles. III. Theil. 11.; extractum in v. Koch-Sternfelds Salzburg und Berchtesgaden. II. 32. n. 14.

Digitized by Google

CCCCCLXXVII.

Anno 1205. 14. April. Apud Nourinberc.

Philippus rex monasterium Wizinahc, olim ab illustri Erbone fundatum, sub specialem recipiens protectionem, possessiones eius, nominibus expressas, confirmat, illique liberam abbatis et advocati electionem concedit.

(*Chrismon*). In nomine. sanctae. et. indiuiduae. trinitatis. Philippus. secundus. diuina. fauente. clementia. Romanorum. Rex. et. semper. Augustus. Inter cetera quae maiestati nostre occurrunt negocia potissimum uidetur et uitae utriusque conducere felicitatem. si locis deo dicatis et personis religiosis regiae defensionis patrocinium impertimur. ut amotis ab eis insultantium molestiis pro sospitate nostra et regni nostri incremento deum liberius ualeant interpellare. Quapropter vniuersis Christi fidelibus tam presentis aeui quam futuri duximus innotescendum. quod nos diuinae retributionis intuitu aecclesiam sancti Bonifacii episcopi et martyris quae uocatur Wizinahc sitam in diocesi babinbergensi quam olim uir illustris Erbo nomine et uxor eius Guilla et neptis sua Hademovda fundauerunt. cum omnibus personis deo ibi famulantibus prediis quoque et mancipiis sub specialem magnitudinis nostre recepimus protectionem confirmantes eidem monasterio predia quae inpresentiarum possidet et quae in posterum procurante domino iusto acquisitionis titulo poterit adipisci. Possessiones autem quas iam obtinet propriis uocabulis duximus exprimendas. uidelicet Wizinahc in quo ipsum monasterium constructum est. Niderendorf. Diedungisdorf. Saluenberc. Hideboldisdorf. cum Castro in eodem fundo sito. Crummenaba. Eppinruit. Snephenruit. Cretsinruit. Herbindorf. Preterea

in prouincia quae manua dicitur Churenberc. Bockisruit. Nvvenruit. Paffinruit. Sibinlinden. luibinstat. Rampogen. Rovtinbahc. Tudenwiden. albiwinsperc. Votelnhovin. Pultisheim. Tuskindorf. Woluisbahc. Helhenuelt. Nerdesdorf. Moseten. Thecgingen. Husen. Winsperc superius et inferius. Rotinbahc. Movsinsezc. lugelingc. Gerwardisdorf. Wisinsdorf. Methchis. Schozhardis. Kemnaten. Cappelle. Spiehersdorf. Imminrut. Scagastberge. Erlinstruot. De cetro constituimus et regia auctoritate sanctimus ut nominata predia fratribus sub monastica regula deo illic militantibus firma semper et integra conseruentur. nullique hominum liceat aecclesiam illam temere perturbare. aut eius possessiones auferre. uel ablatas rettinere uel iniuste datas suis usibus uendicare. minuere. uel temeraria uexatione fatigare. sed omnia tuta maneant et quieta eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus profutura. Nullus ibi abbas qualibet surreptione uel uiolentia preponatur. quem non communi consensu fratres. uel eorum pars consilii sanioris. uel de suo uel de alieno si oportuerit collegio secundum dei timorem et Beati Benedicti regulam elegerint. Volentes etiam sepedictorum fratrum quieti et commodo clementer prouidere. permittimus ipsisque indulgemus quatenus eorum communi consilio. curiae quoque nostrae requisito fauore et consensu. Abbas aduocatum quem sibi pro tempore utiliorem prouiderint eligat et instituat. Qui si postmodum monasterio inutilis et fratribus grauis extiterit. alium quem uoluerint preficiant. Nulli quoque abbatum aliquam prorsus aduocatiam alicui concedere liceat ne forte locum et occassionem rapiendi quae sua non sunt laicalis persona manu inueniat inportuna. et ut omnia hec rata semper et illibata permaneant. hanc diualem paginam exinde conscriptam sigillo nostro iussimus communiri. Testes hii sunt. Lodwicus dux bawarie. Didericus marchio missnensis. Comes Sifridus de Orlamunde. Comes Albertus de Werningirode. Guntherus et heinricus Comites de Swarzinburc. Gunzilinus de Kro-

Digitized by Google

zuc. Diepoldus lantgrauius de luckinberc. Heinricus Marscalcus de Kallindin. Heinricus dapifer de Valpurc. Chovno de Minzinberc et alii quam plures. (*Monogramma.*)

Ego Conradus Ratisponensis ecclesiae electus Regalis aulae Cancellarius recognovi.

Datum apud Novrinberc Anno dominicae Incarnationis Millesimo. CC. V. XVIII. Kalendas Maii. Indictione VIII.

a) Sigillum, quod appendet ex filis sericis viridis et rubri coloris, fractum est per medium, ita, ut, dimidia parte dextra perdita, tantum, quae sinistrorsum caelata sunt, remanserint imaginis et inscriptionis fragmenta, adhaereantque filis atque membranae.

b) Indictio respondet anno Chr. indicato 1205.

c) Hoc instrumentum in omnibus fere convenit cum priori confirmatione Conradi II. an. 1146. mense Jan. aut Febr.; plures tamen possessiones in hac nova confirmatione accesserunt.

d) Originale latinum adhuc ineditum; edita autem est versio germanica in Scholliner Dissert. de fundatoribus monasterii Weissenoe et ex eo in Ussermanni Cod. probat. Episcopatus Bamberg. 141. num. 157.

CCCCCLXXVIII.

Anno 1205. inter menses April. et Junium.

Philippus rex Conrado Ratisponensi episcopo, imperialis aulae cancellario, liberam testandi facultatem concedit, nec non ius redimendi possessiones in provinciola Bruts, quas ab ecclesia Ratisponensi in beneficio rex tenet et Gotfrido comiti pro centum marcis obligavit.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Phylippus dei gratia Romanorum rex semper augustus. Omnibus quidem in

Digitized by Google

seruicio imperii desudantibus et maxime qui nostra funguntur legatione. ad remotiores partes propter honorem imperii promouendum. laboribus et fortuitis casibus exponere se non dubitarunt. benignum impertiri debemus fauorem. et petitionibus eorum quas uel animabus suis uel ecclesiasticis utilitatibus prospiciendo nobis porrexerint. bonam uoluntatem. nos decet prebere et assensum. Dilecti igitur et fidelis nostri Conradi ratisponensis episcopi imperialis aule cancellarii quem ad partes ytalie pro utilitate et honore imperii transmisimus. petitionem sicut dignum fuit exaudientes. personaliter sibi concedimus. ut de omnibus rebus ecclesie sue mobilibus que post obitum episcopi fisco cedunt imperiali. plenam et liberam prout uoluerit testandi. disponendi et ordinandi. uel etiam successori suo relinquendi habeat potestatem. Quamuis quoque iure imperii omnia ad nos pertinere debeant si eum decedere contigerit. ob eius tamen dilectionem nichil nobis ex omnibus que reliquerit uolumus uendicari. quicquid de ipsis ordinauerit ratum ac firmum habituri. Concedimus sibi preterea ut possessiones in prouinciola Bruts quas ab ecclesia ratisponensi in beneficio tenemus. quas nos Gotfrido comiti pro centum marcis obligauimus. ipse redimat. fructibus qui exinde proueniunt. tamdiu ad usum ecclesie percipiendis. donec nos easdem ab ecclesia redimamus. Hanc vero conditionem interponentes ut quando dictam pecuniam memorato episcopo uel successori suo persoluerimus. iure beneficii sicut prius eas habuimus nobis absque impedimento remittantur. Vt autem huius concessionis nostre indulgentia penes nos rata et irreuocabilis permanere debeat. presentem paginam sigillo nostro dignum duximus insigniri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis. M. CC. V. Indictione VIII.

a) Sigillum, quod appendebat, periit; remansere autem fila serica, partim disrupta, rubri coloris, membranae inferius complicatae innexa.

Digitized by Google

b) Indictio notata respondet anno indicato. Locus, dies ac mensis desunt. Ex serie tamen rerum anno 1205 gestarum tam Philippi regis, quam Conradi IV. episcopi Ratisbonensis concludere licet, memoratam in instrumento legationem ad primos sex menses eiusdem anni pertinere, nimirum post repetitam Philippi II. inunctionem 12 Jan. 1205 Aquisgrani per Adolphum archiepiscopum Colon. peractam, et ante 30. Julii eiusdem anni, quando Conradus IV episcopus Ratisbon. in Germania iterum atque cum Philippo rege Augustae fuit. cnfr. Ried. Cod. dipl. Ratisb. I. 286. num. 305.

c) Editum a Ried. in Cod. diplom. Ratisb. I. 288. num. 306.

CCCCCLXXIX.

Anno 1205. fine mensis Maii aut initio Junii. Nurenberc.

Philippus rex monasterium Ebera ab exactione collectarum civilium de curia eius in Wirceburc liberum esse declarat et statuit.

Philippus dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus. In priuilegiis predecessorum nostrorum scilicet. Gloriosi regis Cunradi. et incliti patris nostri Friderici. nec non et beate memorie fratris nostri Henrici liquido recognouimus. quod singuli temporibus suis. curiam quam fratres de Ebera in Wirceburc habent. Regia potestate. a dacia et collectarum exactionibus. que ab aliis curiis et domibus eiusdem ciuitatis plerumque extorquentur. prorsus liberam fecerunt et absolutam. Nos igitur illorum affectum. et pietatis fauorem. quem circa prefatum Monasterium et fratres ibidem deo seruientes habebant sequentes vniuersis regni nostri fidelibus. tam futuris quam presentibus. significare dignabimur. quod eandem gratiam et libertatem quam memorati Reges. predicte curie. pia liberalitate indulserunt. nostra auctoritate ita inviolabiliter

Digitized by Google

Roboramus. ut nec fratres illi. uel quicumque vinum eorum vendiderint. quod ipsi utique suo labore annuatim conquirunt. quicquam ciuilis persoluant seruicii. sed donata libertate quiete potiantur. Statuimus ergo vt nulla potestas. nullum commune. nulla denique persona secularis uel ecclesiastica. Hanc libertatem tot Regum priuilegiis confirmatam. violare presumat. Quod quicumque fecerit. tremendam diuine vltionis sententiam. et Regie indignationis experietur offensam. Datum in Nurenberc. per Cunradum Regie aule cancellarium. Anno ab incarnatione. domini. M. CC. V. indictione VIII. Hii sunt testes. Eckeberdus episcopus babenbergensis. Gundelaus. decanus. Henricus cellerarius Maioris ecclesie in babenberc. Comes Rubertus de castelo. Megelaus de dagestein. Henricus marscalcus. et Vlricus dapifer Regis.

a) Sigillum, valde laesum, appendet ex segmento membranaceo. Praedicta laesione tota pars inferior sigilli destructa est; remansit autem imaginis pars superior, nimirum caput et pectus regis cum utraque manu eius, nec non initium ac finis inscriptionis.

b) Indictio respondet anno Chr. notato. Mensis ac dies non sunt expressi. Locus tamen Nurenberc, ex fide aliorum diplomatum huius anni, mensis Junii initium aut Maii finem indicat.

c) Editum in privilegiis Ebrac. II. p. 4. num. 44. Extat eius transsumtum in lib. Cop. Eberac. anni 1409. Fol. 259. b.

CCCCCLXXX.

Digitized by Google

CCCCCLXXX.

Circa annum 1205. 11. Junii. Apud Erbipolim.

Philippus rex curiam in Haitingensveld, ad monasterium Waltsahsen pertinentem, ab omni exactione collectae hactenus usitata eximit.

Philippus dei gratia Romanorum rex et semper Augustus. Quoniam de ratione regie maiestatis nostre vniversos dei famulos benigno fauore tenemur et uolumus respicere. ac in uisceribus pietatis et equitatis Modis omnibus ipsos fouere. et in augmentum religionis collatione continuorum subsidiorum accendere. Maxime tamen hos quos a progenitoribus nostris pie memorie Romanorum Imperatoribus familiarius nouimus esse dilectos diligentius intendimus promouere et honorare. Nos itaque uestigiis pie recordationis patris ac fratris nostri inherere cupientes. ad peticionem tocius capituli in waltsahsen curiam in haitingensueld ipsis attinentem ab omni exactione collecte. que hactenus ibi fiebat. exemimus. et super huius concessionis nostrae perpetua obseruancia presentem paginam conscribi iussimus signo maiestatis nostre ipsam munientes. ac precipientes ne quisquam de hiis qui nostre attinent iurisdictioni ullam ibidem ulterius exigere presumat collectam.

Datum. apud erbipolim. XI. die Junii.

a) Sigillum, quod appendet ex filis sericis viridis et albi coloris, laesum est in ora sua, qua laesione omnes paene inscriptionis litterae evanuerunt; nichilominus vix non tota regis imago integra adhuc conspicitur.

b) Annus ac indictio non indicantur. Cum Waltsassenses similem exemtionem an. 1203. 21. Febr. apud Egram obtinuerint, cumque Rex

Digitized by Google

Philippus II. tum hoc, tum sequentibus annis 1204. 1205 et 1206 Wirceburgi ac in civitatibus vicinis aliquoties fuerit, quod ex variis eius diplomatibus constat, ad eorumdem annorum intervallum hoc instrumentum pertinebit.

e) Ineditum.

CCCCCLXXXI.

Anno 1205. 30. Julii. Augustae.

Philippus rex transactionem de dividendis pueris, ex connubiis ministerialium ecclesiae ac ducis ducatusque procreandis, inter Chunradum Ratisbonensem episcopum et Lodewicum ducem Bawariae initam, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Philippus dei gratia romanorum rex semper augustus. Quoniam pro pace diffundenda et statuenda in uniuersis imperii prouinciis. coronam ac dyadema regni suscepimus. facilem assensvm prebere principibus merito inducimur. ad confirmandvm id auctoritatis nostre priuilegio. quod ab ipsis pro bono pacis nouerimus institutvm. Huius ergo intuitu rationis notum esse uolumus. quod Chunradus Ratisponensis episcopus et imperialis aule cancellarius. et Lodewicus ynclitus dux bawarie. pro pace inter ecclesiam et ducem confirmanda et perpetuo tenenda. inter se in hoc conuenerunt. quod ministeriales ecclesie et ducis tam proprii quam ducatui attinentes uicissim nuberent. et pueri equaliter diuiderentur. Hoc modo distinguentes. quod primus puer masculus uel femina patrem sequatur. et sit cum sequentibus pueris si pares fuerint. in equali diuisione. Si autem impares fuerint pveri. senior patrem sequatur sine diuisione. reliquis nichilominus diuidendis. Si unum tantum genuerint puerum masculum uel feminam. idem

Digitized by Google

patrem sequatur. et nubat post matrem. et eiusdem pueri quos genuerit. simliter diuidantur. Item si officialis episcopi velut Marscalcus. Dapifer. Pincerna. Camerarius uel alter quilibet uxorem de ministerialibus ducis duxerit. uel officialis ducis ministerialem episcopi uxorem duxerit. senior filius qui patrem sequitur habeat patris officium. et si solus sit nubat in potestatem domini cuius erat mater. ita tamen quod pueri quos genuerit diuidantur. Si uero solus non est sed plures sunt pueri. ipse nichilominus habeat officium. cum reliquis pueris secundum quod supradictum est diuidendus. Hoc igitur statutum ratum habentes. et auctoritate regia approbantes. presentem paginam rei geste seriem continentem. et subscriptione testium roboratam. sigilli nostri impressione pro petitione et uoluntate partium placuit confirmare. Testes sunt Albertus comes de Dilingin. Gotfridus marchio de Rumsperch. Egeno iunior comes de vra. Bertholdus comes de greifispach. Albertus comes de calwin. Heinricus dapifer de walpurch. Heinricus de smalnecke. Tiedo de rauinspurch. Heinricus camerarius frater eiusdem. Hermannus de Matzinsiez. Albero de summirovwe. Eberhardus de Tanne. et Bertholdus frater eiusdem. et Eberhardus ipsorum nepos similiter de Tanne. Heinricus et Chunradus de Egirdiewilrie. Swikerus de Mindilberch. Engilscalcus et Hermannus de hegeneberch. Chunradus snannagil. Wirnto de blankinstein. Chunradus de hohenvels. Chovnradus de Chirhdorf. Chunradus de Zeizinchoven. Chunradus de Gundlinchoven. Chunradus de wisint. Alhardus cranz et Alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. V. Indictione VIII.

Signum Domni Phylippi Romanorum Regis inuictissimi.
(*Monogramma.*)

Ego Chunradus ratisponensis episcopus imperialis aule cancellarius cognoui.

Digitized by Google

Data per manum domni Sifridi regalis aule prothonotarii. In ciuitate Augustensi. Tercio Kalendas Augusti.

a) Sigillum fractum et in ora dextra laesum appendet ex filis sericis rubri coloris. Fragmenta autem tria inter se adhuc cohaerent et totam regis imaginem cum maiori parte inscriptionis exhibent.

b) Indictio respondet anno indicato.

c) Editum in Ried Cod. dipl. Ratisb. I. 286. n. 305.

d) Desumtum ex Archivo Ratisb., ex quo adest etiam versio germanica antiquissima, saltem ex saec. XIV. incipiente.

CCCCCLXXXII.

Anni 1205 fine vel 1206. initio.

Philippus rex confirmat transactionem, inter Chunradum episcopum Ratisbonensem et Ludewicum ducem Bawariae factam, de pace et mutua amicitia servanda, de iuribus et iudiciis in civitate Ratisbon. communiter exercendis etc.

In nomine. sancte. et. indiuidue. trinitatis. Amen. Phylippus. dei. Gratia. Romanorum. Rex. semper. Augustus. Quoniam pro pace ordinanda et iustitia terris facienda coronam et regimen imperii suscepimus facilem assensum prebere tenemur. hiis que bono pacis fuerint preordinata. Huius igitur rationis intuitu. notum fieri uolumus uniuersis. quod cum Ratisponensis episcopatus. cum ducatu bawarie ab imperio. monetam. thelonea. et quedam iuditia habeat communia. super quibus dissensiones et bellorum asperitates. frequenter exurgere consueuerant. dilectus noster Chunradus Ratisponen-

Digitized by Google

sis episcopus imperialis aule cancellarius. et consanguineus noster Lvdewicus nobilis dux Bawarie. huic morbo remedium adhibere uolentes. communicante sibi meliorum terre baronum et ministerialium consilio. in hoc conuenerunt amicabiliter. quod fide coadunati sunt. sic. quod se inuicem perpetuo pacti sunt diligere. et alter alteri prestare promisit auxilium contra quemlibet. excepto nobis. et nostris in imperio successoribus. episcopus etiam excepit coadiutores ecclesie Ratisponensis. De iure quoque et iuditiis et aliis agendis in ciuitate. in unum sic conuenerunt. ut quicquid in ea simul uel singulariter habere debeant. ab hominibus eorum quos ad hoc procurandum deputauerint. sine lite et controuersia utrique ius suum in hoc conseruetur. Preterea conductum simul prestabunt. et lucrum inde acceptum pariter diuident. et quicumque contra uelle ipsorum aliquem uel aliquos conducere presumpserit. illud ambo prohibebunt. Collectas etiam super ciuitatem generales. et lucra simul diuident. hoc excepto. si homo episcopi uel ducis domino suo singulariter aliquid tribuat. uel pro aliquo delicto bonis mediantibus ad gratiam suam redeat. in quo auxilium unius alteri necessarium non habetur. Item. Si aliquis episcopo adtinens se opponit ne ei seruiat. uel duci econverso. ambo promiserunt. illum compellere ad seruiendum. et lucrum simul diuidere. ita tamen quod dux exactionem faciat in hominem suum secundum consilium et moderationem episcopi. et episcopus econuerso secundum consilium ducis idem facere tenetur. Item de manifesto conflictu in ciuitate et de indicendo foro rerum uenalium qualiumcumque. et de omnibus unionibus quarumlibet uenditionum. modum simul statuent. et lucrum simul diuident. et neuter sine altero uel alterius uoluntate. aliquid de hiis statuet. uel mutabit uel remittet. Similiter de uenditione salis dux quod statuerit de consilio episcopi ordinabit. Item de moneta Ratisponensi statuerunt quod nulla umquam post eam fiat. quod si factum fuerit. dux ad consilium et uelle episcopi prohibebit. De or-

Digitized by Google

dinatione vero pacis sic statuerunt in prouintia. ut quicquid inter eos uel ipsorum coadiutores. uel utriusque ministeriales emerserit. ita quod unus alteri dampnum intulerit. dampnificatus sine talione. VI. ebdomadis se contineat. et conqueratur episcopo si ducis est. et econuerso. et plenariam recipiat satisfactionem. Si uero dampnificatus hoc transgreditur. ita quod pro dampno sibi illato aliud dampnum fecerit. factum duplo restituat. et pro sibi illato nullam habeat emendationem. Sed si dampnificatus sine talione iniurias suas conqueritur. et sacramentum calumpnie premiserit. ille in quem agitur. dampnum restituat. testimonio iuramenti trium denominatorum. et si negare uoluerit simili modo negabit. Item si agens in alium sacramentum calumpnie premittere noluerit. ille qui pro reo habetur. sola manu se poterit expurgare. Item. Si dampnificans pertinatia uel paupertate satisfacere contempserit. excommunicetur ab episcopo. et a duce proscribatur. et a tali dampnatione non liberetur. nisi prius de excessibus dignam exhibeat satisfactionem. Talem enim ultra solam noctem uel prandum (prandium) nullus in domo sua recipiat uel detineat. sed qui eum detinuisse culpatus fuerit. et tertia manu se expurgare noluerit uel nequiuerit. satisfaciat pro ipso. Item qui satisfacere tenetur pro quocumque excessu. citabitur peremtorie. a iudice per. VI. ebdomadas. et si die constituto se presentauerit infra. XII. dies postea satisfaciat. et satisfactionis sue certitudinem faciat coram iudice per fideiussores. Si autem se citatum aliquis nescierit. et hoc probauerit non dampnetur. sed satisfactio ab eo accipiatur supradicta. Item qui in alium sine querimonia uiolenter per reisam insultum fecerit. dampnum quod fecit integre restituat. et pro dedecore insultus reddat quinque talenta. De predictis igitur excessibus. si aliquis coram episcopo uel duce uel aliis iudicibus quibus hoc commissum est. conuenerit. sicut supra constitutum est. et ipsi iudices hoc iudicare neglexerint. uel noluerint. ipsi pro eo quod non iudicauerunt. omni occassione et contradictione

Digitized by Google

remota. loco rei infra dies. XII. satisfaciant. et actori dent fideiussores. et illi qui pro tali facto inimici fuerant fiant amici. De castro quoque Chvofstein statuerunt. ut illud uel simul habeant uel destruant. et ambo prohibeant ne reedificetur. Hec autem constitutio episcopi et ducis. de uniuersis que superius memorantur. iuditiis. concordia et lucris. durabit quamdiu ambo uixerint. si vero successor episcopi hoc statutum cum duce conseruare uoluerit. et apud eum ut ita sit optinere potuerit. quecumque statuta sunt per omnia rata habeantur. et dux in familari consilio electionis episcopi. sicut unus ex canonicis. uel ministerialibus recipendus est et audiendus. Ne autem huius concordie amicitia et statuti quod fecerunt episcopus et dux. posse uel debere retractari forte putaretur ab aliquibus. dux quia bono zelo et intuitu pacis ista fieri uoluit pium propositum beata decorauit memoria. unde pro reuerentia beati Petri. et anime sue ac parentum suorum remedio. hec predia. scilicet castrum Kelheim. et Livtoldum cum pueris. et omni familia et posteritate sua. castrum Lengenvelt. castrum Stovfe. castrum Stevenngen. Castrum wolfheringen. Castrum Bartsperch. castrum durchelenburch. et castrum Landeshvote. cum omnibus ministerialibus et tota familia. et redditibus eis adtinentibus. si sine prole legitima decesserit. Ratisponensi ecclesie perpetuo possidenda donauit. Deuotionem ergo ducis adtendens Ratisponensis ecclesia. quod ipsam pie respexerat. partes suas interposuerunt. ita. quod episcopus ducem benefitio lantgrauii quod uacabat eodem tempore situm in montanis. hac conditione inbenefitiauit. quod ei non liceat redditus eiusdem benefitii alicui umquam inbenefitiare. Adiecit etiam dux. si esset de concessione nostra et sibi forte placeret in posterum. episcopatui ducatum. eo decedente sine herede condicere. quod sibi concederetur beneficivm proximo uacans ab aliquo principum. exceptis tribus. benefitio scilicet. quod nos ab ecclesia tenemus. et benefitio maioris ecclesie aduocatie. et benefitio comitis de

Digitized by Google

hohenburch. et curie sue tanta daretur pecunia. pro consilio. quanta data est cum ipse castra et predia sua ecclesie disponeret. sed si hoc non faceret. tamen media pars benefitii. quod uacauerit ab aliquo principum tribus predictis exceptis. sine peccunia consilii sibi concederetur. Hiis igitur omnibus Ratisponensis episcopus. et chorus. et ministeriales. quia ad pacem esse uidebantur. praebuerunt assensum. Nos uero tum quia laudabilia sunt. hec quecumque statuta sunt. inter Ratisponensem ecclesiam et ducem. tum quia ad pacem tendunt totius prouintie. approbantes et ratą habentes hanc presentem paginam rei geste seriem continentem. sigilli nostri impressione. et subscriptione testium reddidimus confirmatam.

a) Sigillum in tres partes fractum, cuius duo remanserunt fragmenta, superius et sinistrum, appendet ex filis sericis rubri coloris.

b) Locus peracti negotii et notae chronologicae desunt. Cum vero praevia compositio inter episcopum Ratisb. et ducem Bavar., quae hic confirmatur, prout ex Originali exhibetur a Ried. Cod. dipl. Ratisb. I. 289. n. 307, data sit indictione nona anno 1205, quae notae chronologicae pro more Italorum currunt inter 24 Sept. 1205 et 24 Mart. 1206; hinc verisimiliter ad initium anni 1206 istud instrumentum referendum erit, quod ob defectum solemnitatis brevi post compositionem ipsam tempore conscriptum ac signatum esse credendum est. Post contextus enim ultima verba spatium duodecim saltem linearum omnino vacuum reperitur, destinatum utique testibus inscribendis, quorum subscriptio in ipso contextu memoratur, atque ideo pro solemnitate necessaria habebatur, notandis denique tempori et loco peracti negotii. Quae omnia cum desint, diploma et negotium ipsum imperfecta remansisse indicant. Cnfr. Gemeiner Regensb. Stadt Chronik I. 294.

c) Editum in Hund. metr. I. ed. Mon. 232. ed. Ratisb. 155. et ex eo in Lünig spicil. eccl. II. Theil. 825. Extractum brevissime a Ried in Cod. Ratisb. I. 292. num. 308, qui ultimam tantum contextus partem, ipsa confirmationis verba continentem, affert, omissa tamen clausula: et subscriptione testium.

CCCCCLXXXIII.

Digitized by Google

CCCCCLXXXIII.

Anno 1206. 15. Januarii. Apud Erishaim.

Philippus rex monasterio Raittenhaslach augiae in Ettenowe partem, terminis descriptam, donat.

a) Sigillum, quod appendet ex duplici fasciola, contexta ex filis sericis albi et viridis coloris, laesum est in ora sua dextra; nichilominus dimidiam inscriptionem, nimirum incipientem, et totam regis imaginem exhibet utramque optime expressam.

b) Annus hand notatur, desumitur autem ex indictione nona, quae respondet anno Chr. 1206.

c) Editum in mon. Boic. III. 120. num. 18. monumentorum. Raitenhaslacensium, ubi p. 121. lin. 10. leg. Rorowe; lin. 13. leg. Erishaim.

CCCCCLXXXIV.

Anno 1206. 15. Februar. Apud Wirzeburch.

Philippus rex Heinrico Herbipolensi electo et successoribus eius indulget: ut per totum episcopatum et ducatum ecclesiae Herbipolensis utatur servitiis proprietatum hominum liberorum et hominum ecclesiae ipsius, secundum antiquam consuetudinem.

Philippus. dei gratia Romanorum Rex et semper augustus vniuersis huius paginae inspectoribus. gratiam suam et omne bonum. Aeternae uitae premia et imperii temporalis absque dubio commoda promeremur. cum ea quae a diuis antecessoribus nostris tradita sunt ecclesiis et indulta. illibata firmissime

conseruamus et scripti nostri munimine ne aliquando in recidiue dubietatis scrupulum relabantur. confirmare curamus. Inde est quod dilecti nobis Heinrici venerabilis herbipolensis Electi merita pariter et obsequia pre occulis habentes recognoscimus ei simulque indulgemus ut per totum episcopatum et ducatum suum nullo penitus contradicente utatur seruiciis proprietatum hominum quos uulgus appellat liberos et hominum ecclesiae suae. secundum antiquam consuetudinem ecclesiae et episcoporum qui eisdem usi sunt. Precipimus etiam et sanctimus. ne quis iudex publicus aut aliqua omnino persona huic indulgentiae et recognitioni audeat contraire uel nominatum electum aut successores suos in requisitione aut perceptione memorati seruicii inpedire. Quod si quis facere attemtauerit indignationem regiam cum pena debita se nouerit incursurum. Ad cuius rei certam in posterum euidentiam presentem cartam conscribi et sigillo regio iussimus insigniri. Huius rei testes sunt Otto Wirzeburgensis ecclesiae praepositus. Godefridus praepositus de Muggestat. Gerlahus Noui Monasterii praepositus. Gozwinus de Triperch. Cvno canonicus. Deodericus Marchio Missenensis. Gebhardus Burggrauius Magdeburgensis. Guntherus et Heinricus comites de Keuernberch. Bertholdus Burggrauius de Hennenberch. Boppo comes de Struphe. Lampertus et Hernestus comites de Gelihe. Albertus de Antsae. et Albertus de Hiltenburch Marquardus et Heinricus de Grunbach. Cunradus de Stoleberch. Fridericus de Kezzelberc. Heinricus Marschalcus de Lvre. Volggerus de Salzperc. et alii quam plures.

Datum apud Wirzeburch. XV. Kal. Martii. Anno dominicae incarnationis M. CC. VI Indictione

a) Sigillum, nonnihil laesum tam in ora et inscriptione, quam in imagine, appendet ex filis sericis viridis et rubri coloris.

b) Indictioni additus olim fuit numerus, qui tamen rasus conspicitur, quin currens indictio nona sit suppleta.

Digitized by Google

c) Editum in Schultes dipl. Gesch. des Hauses Henneberg. Tom. I. Probat. p. 85. et 86.

CCCCCLXXXV.

Anno 1206. 1. Junii. Apud Nuorenberc.

Philippus rex Cunrado Brixinensi episcopo argenti fodinas in uno montium iurisdictionis eius concedit; reservata tamen sibi portione debita, si quaestus honestior provenerit.

Ph. dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Notum facimvs vniuersis presentem paginam inspecturis quod nos adtendentes sinceram deuotionem quam dilectus fidelis noster. Cvnradus. Brixiensis episcopus hactenus nobis gessit et multo studio semper negociis nostris intendere pro posse suo procurauit. ut ipse condignum sui obsequii gaudeat se recepisse fructum. Tvm ad peticionem dilecti principis nostri patriarche acquilegiensis. tum etiam ob specialem qua ipsum amplexamur dilectionem. montem unum vbicumque ipse eum in iurisdictione sua reppererit in quo spes sit argentifodine sibi concedimus. ita tamen ut si quandocumque domino dante questus in eo monte honestior prouenerit fisco regali de questv eiusdem montis pars et portio debita assignetur. vt autem huius donationis nostre seu concessionis donatio robur habeat debitum presentem exinde pagina (paginam) conscribi iussimus et regie maiyestatis karactere consignari. Datum apud Nvorenberc. Kalendis iunii Indictione VIIII.

a) Sigillum, nonnisi in ora dextra paulisper laesum, appendet ex duplici funiculo, contexto ex filis sericis albi et rubri coloris.

b) Annus non est expressus; desumitur autem ex Indictione nona, quae respondet anno Chr. 1206.

c) Editum a L. B. de Hormayr Geschichte von Tirol I. Bd. 2te Abth. pag. 199. num. 79. ad annum 1205, haud dubie erronee.

Digitized by Google

CCCCCLXXXVI.

Anno 1207. 9. Mart. Apud Ratisponam.

Philippus rex civibus Ratisponensibus varia iura concedit: ne inpignorentur, nisi pro concivibus; ius se expurgandi a crimine, quod destructionem domus ipsorum videtur inducere; facultatem eligendi magistrum sive Hansgrave; alia quoque iura et bonas consuetudines ipsis largitur et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuidue trinitatis Ph diuina fauente clemencia Romanorum Rex semper augustus Regalis excellencie immensa benignitas fidelium suorum uotis pia sedulitate consueuit occurrere. et eorum commodis pariterque honoribus sollertius prouidere quos ad sua obsequia didicit maiori deuotione se frequenter exhibere. Inde est quod nos aduertentes diutinam fidem pariterque deuotionem quam ciuitas ratisponensis hactenus nobis exhibuit et domino dante vlterius est exhibitura honorem et communem utilitatem ipsius ciuitatis vniuersitati ciuium de liberalitate nostra concedimus et confirmamus. ut nemini licitum sit uel pro episcopo uel pro duce seu cuiuscumque alterius conditionis homine ciues Ratisponenses impignorare seu aliquod eis grauamen sub pondere uerbi illius quod uulgariter caphant dicitur irrogare. nisi dumtaxat pro hiis hominibus qui communi iure ipsorum reguntur. et conciues eorum sunt. cum eisque consuetudines suas in dandis collectis et aliis que ad usum spectant ciuitatis obseruant. Item quicunque ciuium in iudicio pulsatus fuerit super eo quod uel in domo sua homici-

Digitized by Google

dium commissum sit. uel. quod proscriptum aliquem in domo sua collegerit. seu quodcunque aliud crimen in domo sua commissum sit quod destructionem ipsius domus in iure uideatur inducere is qui super hoc pulsatus fuerit si nulla tunc forma pacis statuta fuerit sola manu sua prestito sacramento se expurgabit. si vero aliqua pacis forma statuta fuerit. et actor ordine iudiciario causam suam prosequutus fuerit reus tertia manu denominatorum se expurgabit uel examine frigide aque innocentiam suam probabit. Item quicunque passis naufragium res in aqua mersas auferre presumpserit sub pretextv iuris quod gruontiure dicitur tanquam proscriptus habeatur. Item quicunque siue clericus siue laicus seu etiam iudeus de ratispona peccuniam aliquam seu quodcunque commercium uel in ciuitate uel extra ciuitatem ad negociationem aliquam tradiderit is cum aliis ciuibus ciuitatis omne onus collectarum portabit. Item quicunque in ciuitate teatrvm ludi manifestum habuerit. tanquam proscriptus habeatur. et ipsa etiam domus proscripta iudicetur. Item ciues ratisponenses facultatem habebunt ex arbitrio suo eligendi magistrum qui uulgariter Hanisgraue dicitur. ut ille de officio suo iura et consuetudines ipsorum in nundinis requirat. et si infra ciuitatem is aliquid ordinare disposuerit id non nisi secundum ciuilia instituta et ex consensv urbanorum fiat. Item omnia iura et bonas consvetudines uel a patre uel a fratre nostro ipsis concessas nos quoque ipsis concedimus et confirmamus. Statuentes et regio edicto precipientes ut nulli unquam persone licitum sit hanc nostre confirmationis paginam infringere seu aliquo temeritatis ausv eis obuiare. quod qui facere presumpserit. XL libras auri in penam sue presumptionis componat. medietatem camere nostre residuam uero medietatem iniuriam passis. Testes autem huius rei sunt. E. Salzpurgensis archiepiscopus. O. Frisingensis episcopus. M. pattauiensis episcopus. L. dux bawarie. O. Comes palatinus de witthelinspach. Comes Rapoddo et Comes. H. de ortenberc. Comes Cvnradus de Moseburc.

H. marscalchus de Kallendin et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini. M. CC. VII.

Signvm Domini Ph. secundi Romanorum regis inuictissimi. (*Monogramma*).

Ego Cvnradus regalis aule cancellarius et ratisponensis episcopus recognoui. Datum apud ratisponam per manus Sifridi regalis aule prothonotarii VII. Idus. Marcii. Indictione. X.

a) Sigillum illaesum appendet ex filis sericis rubri coloris.

b) Indictio respondet anno notato 1207.

c) Editum a Gemeiner in opusculo: Ueber den Ursprung der Stadt Regensburg. 68. num. 2, antea ab eo germanice extractum in *opere*: Reichsstadt Regensburgische Chronik I. 295 et 296.

CCCCCLXXXVII.

Anno 1207. 9. Mart. Apud Ratisponam.

Philippus rex monasterio Rotensi venas ferri, in bonis eius repertas, concedit.

a) Sigillum, nonnisi in ora inferiori aliquatenus laesum, appendet ex duplici funiculo filorum sericorum viridis coloris. Imago regis tota et pars maior inscriptionis residua bene sunt expressae.

b) Annus non est expressus, desumitur autem tum ex indictione, quae respondet anno chr. 1207, tum ex alio diplomate eiusdem regis eodem in loco ac eodem die dato universitati civium Ratisponensium, in quo annus 1207 legitur expressus. cnfr. Gemeiner über den Ursprung der Stadt Regensburg 68.

c) Editum in Pez Cod. epistolar. II. 65. num. 110. et in Mon. Boic. I. 369. ubi lin. 16. legatur. VII. Idus.

Digitized by Google

CCCCCLXXXVIII.

Anno 1207. 3. Augusti. Apud Wormatiam.

Philippus rex monasterio in Reitenhasela donationem Salinae in Mulbach, ab Eberhardo Salzburgensi archiepiscopo illi factam, omniaque iura Salinariorum, ei ab eodem archiepiscopo concessa, confirmat, nec non ipsum monasterium in defensionem regiae potestatis suscipit.

a) Sigillum, quod appendet ex quadruplici funiculo filorum sericorum viridis coloris, laesum est in omni fere ora; qua non obstante laesione imago regis tota et maior pars inscriptionis remansere.

b) Indictio non est notata.

c) Editum in Mon. Boic. III. 129. num. 20 monumentorum Raitenhaslacensium; ubi p. 123. lin. 23. leg. (Pataviensis), quod vocabulum in autographo male scriptum est: Pataviengensis.

CCCCCLXXXIX.

Anno 1207. circa 14. Octob.

Philippus rex testatur, in sua praesentia Heinricum comitem de Lechesgemundi, cum in manus Eberhardi Salzpurgensis archiepiscopi omnia, quae in Karinthia habuit, resignaret, quaedam excepisse, castrum Lenginberch cum praediolis Itilsdorf, Ursen et Linte.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Phylippus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Qvecumque fiunt coram hominum multitudine de quocumque negocio. illa ut maiori firmitate gaudeant. solent tam eorum in quorum fiunt presentia subscriptione. quam sigilli et scripture testimonio

Digitized by Google

roborari. Notum ergo fieri uolumus tam postfuturis quam presentibus quod cum in presentia nostra nobilis uir Heinricus comes de Lechesgemunde in manus domni Eberhardi salzpurgensis Archiepiscopi precise resignaret omnia que in Karinthia habuit. scilicet predia castra Ministeriales et Beneficia. excepit quoddam castrum Lenginberch nomine cum uno ministeriali et alia familia attinenti. et prediolis computatis ad redditus XX. marcarum. sic nominatis Itilsdorf. Vrsen et Linte. cultis et incultis pratis et pascuis. De castro autem cum predictis omnibus liberam potestatem sibi retinuit ex eis quodcumque placuerit faciendi. Huius rei testes sunt domnus Conradus spirensis episcopus. Domnus Bernhardus dux saxonie. Domnus Didericus marchio misinensis. Comes Conradus de Plain. Comes Albertus de werginrode. Burcgrauius de Megedeburch. Comes Betericus de dorinburch. Heinricus marscalcus de chalindin. Heinricus de walpurch dapifer. et frater eius Fridericus. Heinricus de Ravenspurch camerarius. Pincerna de Schipfe. Heinricus de smalnekke. Magister coquine de Rotinburch. Marscalcus ducis saxonie. Conradus de wisint. Heinricus Tunze et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis. M. CCVII. Indictione XI.

a) Sigillum, in ora inferiori nonnihil laesum, excepta inscriptione integrum et bene expressum, appendet ex duabus fasciolis, quae sunt contextae ex filis sericis rubri et flavi coloris.

b) Indictio, dicta caesarea, respondet anno Chr. notato post 24. Septembr. Aliud tamen diploma eiusdem regis super dicta compositione et terminus primae solutionis, ibi ad festum Purificationis sequentis anni 1208 constitutus, post festum S. Michaelis, sive post 29. Septembr., et quidem circ. 14. Octobr. quando in Saxonia Philippus rex versabatur, illud instrumentum referendum esse persuadent.

c) Editum in Ried. Cod. dipl. Ratisb. I. 294 n. 210. ex Orginali, sed hinc inde satis vitiose.

CCCCCXC.

Digitized by Google

CCCCCXC.

Anno 1207. circ. 14. Octob.

Philippus rex testatur, in sua praesentia super quadam lite inter Eberhardum Salzpurgensem archiepiscopum et Heinricum comitem de Lechisgemunde sequenti modo esse transactum: Archiepiscopus comiti statutis in locis ac terminis duo millia, octingentas et quinquaginta marcas Frisaciensis monetae dabit, atque de persolutione pecuniae ipse rex fideiussit, archiepiscopus autem cum quibusdam nominatis ministerialibus sufficientem cautionem iureiurando praestitit.

Phylippus dei grati Romanorum Rex semper Augustus. Notum sit omnibus quod in presentia nostri transactio cuiusdam litis facta est inter domnum Eberhardvm salzpurgensem archiepiscopum et nobilem uirum Heinricvm comitem de Lechisgemunde. pro qua ipse Archiepiscopus daturus est comiti quandam summam pecunie. scilicet duo milia et Octingentas et quinquaginta marcas Frisaciensis monete. et tales debent esse denarii. quod v. ferta ualeant unam marcam puri argenti. Hec autem pecunia tota debet persolui in ciuitate Ratisponensi et assignari cancellario uel nunciis quos ipse ad hoc destinauerit. siue comes uiuat. siue medio tempore moriatur. Si vero cancellarius moritur ante pecuniam persolutam. ipsa pecunia assignabitur domno Heinrico de spilberch et ipsi comiti in ciuitate werde. Ista enim tempora deputata sunt persolutioni. in purificatione sancte Marie proxima. dabuntur M. CC. L. marce. Postea in pentechosten. M. marce. Postea in festo sancti mychaelis dc. marce. Vt autem predicta pecunia per-

Digitized by Google

soluatur statutis temporibus. nos pro salzpurgensi ecclesia tali modo fideiussimus. quod siue archiepiscopus uiuit siue interim moritur. ipsa pecunia nichilominus cancellario a successore Archiepiscopo uel ab ecclesia pro comite persoluetur. Hoc ipsum igitur iurauit archiepiscopus cum quibusdam suis ministerialibus Friderico de pettowe. Ekehardo de Tanne. Burchgrauio de salzpurch. Gerhoho de bercheim. et iurare debent pro eodem facto Abbas sancti Petri. et ex canonicis regularibus et ministerialibus ecclesie. quoscumque ad hoc elegerit cancellarius. Ad faciendam quoque sufficientem cautionem debite pecunie statutum est et firmiter promissvm. si ipsa non persoluatur statuto tempore. quod et archiepiscopus et qui cum eo iurauerunt uel adhuc iurabunt intrent ciuitatem Ratisponensem. et nunquam inde recedant donec debitum reddatur. Huius rei testes sunt Domnus spirensis episcopus. Dux Bernhardus de Anhalt. Marchio misinensis. Comes Albertus de werginrode. Burcgrauius de megedeburch. Comes Betericus de dorinburch. Marscalcus de Chalindin. Dapifer de walpurch. Pincerna de schipfe. Camerarius de Ravenspurch. Heinricus de smalnekke. Fridericus de walpurch. Magister coquine de Rotinburch. Marscalcus ducis Bernhardi. Conradus de wisint. Heinricus Tunzo. et Alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. VII. Indictione XI.

a) Sigillum, in ora superiori nonnihil laesum, appendet ex duabus fasciolis, quae sunt contextae ex filis sericis rubri et flavi coloris.

b) Indictio, dicta caesarea, et terminus primae solutionis, ad festum Purificationis anni sequentis 1208, indicant annum notatum 1207 et quidem post festum Scti Michaelis, nimirum circa 14. Octob., quando in Saxonia Philippus rex versabatur, quod ipsi testes principes innuunt. Cnfr. diplomata apud Raumer Gesch. der Hohenst. II. 558. allata.

c) Editum in Ried cod. dipl. Ratisb. I. 295. num. 311. ex originali, nimirum archivi Ratisbon.; sed in quodam loco nimis negligenter.

Digitized by Google

CCCCCXCI.

Anno 1207. 2. Novembr. Nurenberch.

Philippus II. rex contractum illum confirmat, quo Otto dux Meraniae, pro feudo comitis F. de Bilestein, tunc ecclesiae Pataviensi vacante, et pro quadam summa pecuniae, eidem ecclesiae castrum Windeberge cum eius pertinentiis tradit, comitatum etiam a ponte Reggenbrugge et a flumine Danubio usque ad terminum Boemiae imperio resignat, quem rex statim ecclesiae praedictae absolute possidendum confert.

In nomine. sancte. et. indiuidue. trinitatis. Philippus. diuina. fauente. clementia. Romanorum. Rex. et. semper. Augustus. Ea que in presencia regie maigestatis rite et rationabiliter gesta sunt. ne longa temporum successione in obliuionem deducta contingat euanescere. litterarum ea indiciis in perpetuam memoriam hominum decet et incongruum non est perhennare. Ad noticiam itaque uniuersorum tam presentis etatis quam in euum successure posteritatis hominum peruenire uolumus qualiter constitutis in presencia nostra dilecto fideli nostro. Manegoldo pattauiensi episcopo. et Ottone Duce Meranie. ipse dux pro feudo comitis F. de bilestein. ecclesie pattauiensi. tunc uacante. et pro quadam summa peccunie. videlicet. Mille octingentis marcis. castrvm windeberge cum ministerialibus omnibus siue inbeneficiatis immo omnibus hominibus quocumque iure ipsi castro pertinentibus. cum omnibus quoque possessionibus terris. uidelicet. cultis et incultis. pascuis. pratis. siluis. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. uenationibus et demum cum vniuersis pertinenciis suis. ecclesie pattauiensi per manus nostras in perpetuam proprietatem contradidit. Comi-

Digitized by Google

tatum etiam quendam qui durat a ponte qui regenbrugge dicitur. usque ad fluuium qui Ildse nuncupatur. et a fluuio danubii. usque ad terminum boemie. quem memoratus dux potestate et iure tenebat imperii in manus nostras resignauit. et nos eundem comitatum nobis libere resignatum. statim pattauiensi ecclesie perpetuo libere et absolute possidendum contulimus. Has igitur donationes tam a nobis ipsis quam a prefato duce pattauiensi ecclesie rationabiliter factas. sicut congrua ordinatione eas exequvtioni mandatas esse recognoscimus. sic quoque ipsi ecclesie inuiolabiliter in euum possidendas regia auctoritate confirmamus. Statuentes. et regio districto firmiter precipientes. ut nulli unquam persone alte uel humili ecclesiastice uel secculari licitum sit hanc nostre confirmationis diualem paginam infringere. seu aliquo ei improbitatis ausv obuiare. Quod qui facere presumpserit Regio mandato in sue presumptionis penam centum libras. auri purissimi componat. quarum medietas fisco nostro reliqua vero medietas iniuriam passis persoluatur. Testes autem huius rei sunt. wolfgerus patriarcha acquilegensis. Cvnradus spirensis episcopus. Ekkebertus babenbergensis episcopus. Bernardus dux Karinthie. Diepoldus langrauius de Luggenberge. comes meinhardus de Gorze. comes Lvdewicus de ottingen. Heinricus dapifer imperii de walpurc. Heinricus marescalkus de kallendin. Heinricus camerarius de Rauenspurc. waltherus pincerna imperii. Heinricus de smalnekke et alii quam plures.

Signum. Domini. Philippi. secundi. Romanorum. Regis. inuictissimi. (*Monogramma.*)

Acta sunt autem hec anno domini M. CC. VII. Regnante philippo Secundo glorioso Romanorum rege augusto. Anno regni eius. Nono. Ego. Cvnradus Ratisponensis episcopus et regalis aule cancellarius recognovi. Datum per manus Sifridi regalis aule prothonotarii. IIII. Non. Nouembris. Indictione. X.

Digitized by Google

a) Sigilli avulsi, olim autem appensi, supersunt vestigia, fila nimirum serica viridis et rubri coloris, membranae inferius complicatae innexa.

b) Indictio ordinaria, et annus regni, ante unum vel, iuxta alterum illius inchoandi morem, ante aliquot menses completos, conveniunt anno Chr. indicato 1207.

c) Editum in Hund. metrop. I. edit. Monac. 379. edit. Ratisb. 252., in Lünig spicileg. eccl. II. Theil. 779, in Hansiz Germ. sacr. I. 351. occurrit etiam in libro cop. III. dicto Lonstorfiano fol. 74., ubi tamen littera initialis comitis de Pilstein forsitan consulto et melius per C. (Chunradi) exprimitur, nam F. (Fridericum) comitem de Pilstein scimus supervixisse an. 1209. ex Diplom. ap. Ried. cod. Ratisb. I. 298 num. 316.

d) Locus peracti negotii non expressus desumi potest ex quodam diplomate a Raumer Hohenstaufen II. 558. ex operibus Bar. de Hormayr II. 99. relato, nam saltem 4. Novembr. huius anni 1207 Norimbergae fuit Philippus rex.

CCCCCXCII.

Anno 1208. 8. Martii. Hagenowe.

Philippus II. rex monasterium Burense (Benedictoburanum) sub specialem recipit protectionem, et eius privilegia confirmat.

a) Sigilli avulsi remanserunt vestigia, filia serica caerulei coloris, membranae inferius complicatae innexa.

b) Annum Chr. non expressum Indictio notata manifestat.

c) Editum in Meichelbeck chronico Benedictoburano I. 108 et in Mon. Boic. VII. 111. n. 23.

CCCCCXCIII.

Anno 1208. 15. Novembr. apud Vrankinfort.

Otto IV. rex Lodewico duci Bawarorum eiusque haeredibus donat et confirmat ducatum Bawariae, sicut vivente antecessore suo tenuit, insuper curtem Moringen illi concedit, tam partem genitoris sui, quam partem filiarum quondam regis Philippi, denique feoda, quae interfectores regis Philippi, nominibus expressi, ab imperio tenuerunt, et nemus Bazhart, cum castro Nwenburc, similiter illi concedit et confirmat.

Otto. quartus dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus. Notum facimus aetati presentium et posteritati futurorum Christi fidelium. quod nos inspecta deuotione quam circa promotionem nostram illustris uir Lodewicus dux bawarorum fidelis et dilectus noster erit omni tempore habiturus. regia munificentia donamus et presentis paginae priuilegio confirmamus tam ipsi quam vniuersis sibi successuris heredibus Ducatum Bawariae cum uniuersis terris et possessionibus quas idem dux adhuc uiuente antecessore nostro in manu sua et possesione tenuit. tam cum hominibus quam cunctis eis pertinentibus. Insuper concedimus eisdem curtem Moringen quae olim illustrissimi genitoris nostri extitit cum pertinentiis eius et partem illam quae contingit filias quondam. Ph(ilippi) regis simul eidem duci et heredibus suis tradimus et donamus per excambium uel alio quolibet modo disposituri. quod dictae regis filiae nominatam hereditatis suae porcionem grato assensu in manus nostras resignabunt. Sic quoque dispositum est et statutum ut dictus Dux cum Curte memorata a nobis teneat Ducentas marcas in liberis reditibus et si de hac

Digitized by Google

summa quicquam defuerit. nos de aliis reditibus nostris in bawaria defectum illum supplebimus. Si autem in bonis ipsis aliquid de summa prescripta superfuerit. illud in nostros usus cedet et cum fratribus nostris. H. palatino Comite Rheni et. W. duce taliter ordinauimus. quod de bonis et hominibus quondam incliti patris nostri aduersum ducem bawarie et heredes eius numquam actionem habebunt. Item feoda quae interfectores regis Ph(ilippi) marchi (marchio) Hystriae et palatinus comes de Witlingispahc ab Imperio tenuerunt. sepedicto duci et heredibus suis concedimus et confirmamus. nemus quod uocatur Bazhart cum Castro Nwenburc ad opus ducis omni iure conseruaturi sicut ipse dux nos instruere poterit et docere. Ad cuius rei certam euidentiam et perpetuam in posterum firmitudinem fide data promisimus et iurare fecimus in animam nostram Comitem Adolfum de Schowinburc. Cunradum de Dicka. Bernhardum de Hurstimar nobiles uiros. et fidelem nostrum Gunzilinum dapiferum quod cuncta quae premissa sunt inuiolabiliter curabimus obseruare. et cum sigillo nostro sigilla principum quae postulauit huic cartae iussimus adhiberi.

Datum apud vrankinfort Anno dominicae Incarnationis Millesimo CC. VIII. Indictione XII. XVII. Kalendas Decembris.

a) Appendebant olim undecim sigilla ex filis sericis varii coloris, quorum sex perierunt, remanentibus solummodo eorum filis; quinque autem residua hoc ordine, incipiendo a manu scribentis sinistra, se excipunt:

tertium equestre in omni ora laesum et attritum, dependens ex filis viridis coloris, quod ex aliquibus inscriptionis litteris cognoscitur esse Theoderici marchionis Misnensis;

quartum pariter equestre fractum, cuius pars superior cum omn fere inscriptione periit, similiter dependens ex filis viridis color

septimum fractum, quod est ipsius regis, cuius in thron

dentis imago restat, perdita omni inscriptione, aeque ex filis viridis coloris dependens;

decimum episcopale fractum, cuius pars sinistra residua persuadet esse Cunradi episcopi Spirensis, ex filis etiam viridis coloris dependens;

undecimum ac ultimum etiam episcopale, totum adhuc et nonnisi in parte inferiori laesum ac detritum, est Hartberti episcopi Hildesheimensis, et ipsum dependens ex filis viridis coloris;

ex illis, quorum sigilla perierunt, primus, secundus et nonus fila viridis coloris adhibebant, quintus et octavus fila violacei coloris, sextus autem fila rubri et albi coloris.

b) Indictio, caesarea dicta, respondet anno indicato 1208.

c) Editum ab Aettenkhofer in der k. Geschichte der H. v. Bayern 157. num. 1.; antea vero a Scheid in Orig. Guelf. T. III. praef. p. 35, et in Lory Lechrain II. 6, num. 7, quorum uterque subiungit testes, quorum sigilla sunt appensa; ast non ex originali, nec bona fide, cum nullus tunc Cunradus episcopus Frisingensi ecclesiae praeesset, sed Otto.

CCCCCXCIV.

Anno 1208. 23. Novembr. Wormatiae.

Otto IV. rex coenobio Berhtersgadmensi omnes possessiones, nominatim forestum circa cellam et aquam in fonte Hallis, liberam etiam advocati electionem confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine. sanctae. et. individuae. trinitatis. Otto quartus. diuina. fauente. clementia. Romanorum. Rex. et semper. Augustus. Copiosum eternae retributionis promeremur beneficium. si aecclesiarum dei profectibus diligenter intendere curauerimus et circa commodum earum curam et operam impen-
e efficacem. Quapropter vniuersis christi fidelibus presentis

tis aeui et futuri duximus innotescendum. quod nos antecessorum nostrorum Romanorum Imperatorum et regum opera pietatis commendantes et eorum uestigia imitari cupientes. diuinae remunerationis intuitu et pro salute nostra Cenobium Berhtersgamensium cum omnibus personis deo ibidem famulantibus et vniuersis eiusdem loci appendiciis et possessionibus in nostram recepimus protectionem. et omnia quae idem cenobium temporibus antecessorum nostrorum Imperatorum et regum possedit et nunc possidet quaeue in posterum dante domino poterit adipisci firma ei et illibata decernimus permanere. Specialiter autem et nominatim confirmamus eisdem fratribus forestum quod circa cellam undique protenditur et ea quae intra terminos ipsius foresti quae erant Imperii in uenationibus. piscationibus. pascuis. pratis cultis et incultis et quae in salis uel in cuiuslibet metalli uenis subterraneis inueniri aut elaborari possunt. Salinam quoque in loco qui dicitur Goldinbahc et salinam quae est inter Toual et locum qui dicitur Riue et omnia quae habent intra terminos foresti designatos priuilegio ab antecessore nostro Friderico diuae memoriae Romanorum Imperatore collato cum omni iure eiusdem foresti quod comes Engilbertus suique parentes longis retro temporibus per terminos subtus notatos possederant. Post eos etiam comes Beringarius de sulzbahc qui idem forestum prefatae aecclesiae plusquam Triginta annis ante Imperium memorati Imperatoris Friderici tradiderat firma eis eorumque (successoribus) omni tempore permaneant. Termini autem quibus ipsum forestum cingitur hii sunt. Primus incipiens in Riuulo qui dicitur Diezbahc et inde in medium alueum fluminis qui dicitur Sala descendens pertingit ad uillam Walwes ad abietem in cimiterio stantem. et inde transmeans ad adiacentem paludem quae dicitur vilzmos peruenit ad uillam quae dicitur Aneua ubi fontes decurrunt in fluuium Salzahe. et abinde ascendendo per medium alueum fluuii pertingit ad superiorem Schreinpahc. inde scandens Varmnecki et usque

Digitized by Google

Swalwen peruenit ad uerticem qui Gelihc appellatur. inde in ortum Riui Chunispahc pertransiens uertices montium Ovzinsperc et bockisrucki per medias ualles et montes. inde uenit ad uerticem Viskunkel. inde per medium (media) montium cacumina sicut aquae hinc et inde decurrunt reuertitur ad ortum riui Diezpahc. per quem sicut ab utraque parte ad ipsum aquae decurrunt ad predictum flumen Sale descendendo finitur. Aduocatiam quoque ipsius loci tam a fundatorum heredibus quam ab aliquo hominum nisi quem prepositus et fratres utiliter duxerint eligendum usurpari modis omnibus inhibemus. Porro si is qui electus fuerit grauis eis et inutilis extiterit. ipsum repellendi et meliorem in locum eius substituendi liberam eis concedimus facultatem. Omnia quoque quae liberalitate Imperatorum. largitione principum. oblatione fidelium predictae ecclesiae collata sunt uel in posterum fuerint collata. specialiter uero aquam in fonte hallis quam comes Geuehardus filius comitis Beringarii de sulzpahc sub presentia et auctoritate Imperatoris Friderici eidem cenobio sex annis ante. obitum suum contulit manu potestatiua. regali auctoritate ipsi aecclesiae et fratribus confirmamus. Solita quoque clementiae nostrae auctoritate omnia eiusdem aecclesiae noualia a porta qua silua uersus hallis clauditur usque in riuum qui dicitur Riutmagie et ultra in riuum Wizpahc cum omnibus colonis suis ab omni iure Comitum et Judicum eximimus et liberos esse concedimus. et ut a prefatae aecclesiae preposito tam in secularibus quam in spiritualibus regantur iubemus. Insuper ne aliquis ducum uel comitum uel quorumlibet Judicum super prefata aqua hallis quam ut dictum est Comes Geuehardus ipsi aecclesiae tradidit uel quam Imperiali largitione possident uel super omnibus quae in nostram specialiter accepimus defensionem propter cuiusquam querimoniam in iudiciis eos inquietare presumat interdicimus. quoniam iustum est ut quae regali sanctione confirmata sunt regali etiam nichilominus iudicio si quid querimoniae natum fuerit termi-

Digitized by Google

netur. Nulli igitur omnino hominum licitum sit super prefatis possessionibus sepedictum cenobium inquietare. aut hanc confirmationis nostrae diualem paginam reuocare in irritum. quod qui fecerit. Centum libras auri componat. dimidium fisco nostro reliquum monasterio passo iniuriam. Huius rei testes sunt. Johannes Cameracensis episcopus. Heinricus palatinus comes Rheni. Comes Burchardus de mannisfelt. Comes Hartmanus de Wirtinberc. et comes Lodewicus frater eius. Conradus burcgrauius de Novrinberc. Heinricus de Niffen. Helmoldus de plessin. Heinricus marscalcus de Kallindin. Waltherus pincerna de Schipen. et alii quam plures.

Signum Domini. Ottonis. Quarti. Romanorum. Regis. inuictissimi. (*Monogramma.*)

Ego Conradus Spirensis episcopus. Regalis aulae Cancellarius vice domni Sifridi Maguntini Archiepiscopi. et tocius Germaniae archicancellarii recognoui. Acta sunt hec anno dominicae Incarnationis Millesimo. CC. VIII. Indictione XII. Regnante domino Ottone quarto Romanorum Rege Gloriossissimo. Anno regni sui. XI. Datum Wormatie per manum Gualteri regalis aulae prothonotarii. VIIII. Kalendas Decembris.

a) Sigillum, quod appendet ex filis sericis rubri coloris, fractum est in duas partes. Fragmentum maius totam fere imaginem regis, sola manu laeva excepta, cum quibusdam litteris inscriptionis, mediae ac finientis, exhibet; minus autem fragmentum filis adhaerens dictam manum regis laevam, ast non integram, cum unica incipientis inscriptionis littera: E, conspiciendam praebet; nam reliqua omnia cum tota propemodum ora perierunt.

b) Notae chronologicae, ex quibus indictio caesarea est, inter se conveniunt.

c) In omnibus vix non de verbo adverbum hoc instrumentum conve

Digitized by Google

nit cum praecedente ultimo confirmationis diplomate Philippi II. 1205 19. Mart., quod editum est.

d) Ineditum, memoratum tamen in actis Berthesgadensibus contra Salzburg. separatim impressis. Tom. fol. scripto 41. b.

CCCCCXCV.

Anno 1208. 2. Decembr. apud Spiram.

Otto IV. rex privilegium magnum Civitatis Spirensis, ab Heinrico V. imp. illi an. 1111. concessum, iuxta interpretationem eius, a Friderico I. imp. an. 1182. factam, renovat et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto quartus diuina fauente clementia romanorum rex et semper augustus. Maiestas regalis exigit et auctoritas. ut sicut sua facta rata et inconuulsa permanere desiderat. ita suorum antecessorum gesta et priuilegia modis omnibus confirmet. et scriptorum munimine corroboret. Inde est quod nos priuilegium anteccessoris nostri Henrici Imperatoris quinti quod ipse pro remedio animae patris sui Heinrici Imperatoris quarti in die exequiarum ipsius spirensi contulit ciuitati in fronte maioris templi aureis literis solempniter depictum expressam et prominentem continens ymaginem renouamus et regali auctoritate corroboramus. quemadmodum etiam Fridericus diuae memoriae Romanorum Imperator illud corroborauit. et ut remota omni ambiguitate ius priuilegii in perpetuum habeat utpote multorum principum ut ibidem legitur fultum testimoniis firmissima sanctione decernimus. Sicut enim prefati Imperatores suis priuilegiis omnis (omnes) Spirensis ciuitatis habitatores undecunque uenerint uel cuiuscunque conditionis fuerint a consuetudine nefanda et nequissima quae uulgo uocatur Bu-

Digitized by Google

thel suosque heredes prorsus exemerunt. et ne aliqua persona maior uel minor. nec aduocatus. nec eorum natalis (naturalis) dominus illis morientibus de eorum suppellectili quoque (quicquam) auferre presumeret finaliter interdixerunt et ut omnis (omnes) liberam habeant potestatem suis heredibus bona sua relinquendi uel pro anima sua dandi uel cuicumque personae dare uoluerint. firmissime statuerunt. ita et nos adiuncto nouo maiestatis nostrae priuilegio ab omnibus praedictis exemptos eadem libertate iugiter gaudere uolumus. Juxta quod interpretationem inclitae recordationis Imperatoris Friderici sicut in priuilegio ipsius expressum est iam dictos ciues Spirenses ab hoc iure quod huobitrecht dicitur prorsus eximimus Statuentes ne umquam aliqua persona aecclesiastica uel secularis super hoc eos infestare attemptet. siue in ciuitate siue extra sit constituta. Preterea nos per omnia sequentes priuilegium prefati Imperatoris Heinrici predecessoris nostri eosdem ciues ab omni theloneo quod in ciuitate tunc temporis dari solebat liberos statuimus. et a solutione nummorum quos uulgo Banpfenninc et illorum quos Scozpfenninge appellauerunt, et piperis quod de nauibus exigi solebat eos absolutos pronunciamus. Volumus etiam ut nullus ciuium eorundem extra urbis ambitum aduocati sui placitum cogatur requirere. et ut nullius exactioni extra ciuitatem factae de rebus suis mobilibus uel immobilibus subiaceat. Nullus prefectus. aut alicuius domini nuncius ad seruicium domini sui a panificibus uel a macellariis seu ab aliquo genere hominum in ciuitate rem aliquam mobilem uel sese mouentem presumat illis inuitis auferre. Nullus umquam vinum quod appellatur Banwin presumat uendere. aut alicuius ciuis nauem ad opus domini sui illo inuito accipere. Statuimus quoque ut ab hiis qui res proprias propriis siue conductis nauibus transuehunt. nichil omnino exigatur. Monetam quoque nulla potestas in leuius aut in deterius inminuat. aut aliqua ratione nisi communi Ciuium consilio permutet. Nullus ab eis theloneum in toto episco-

patu aut in locis fiscalibus id est ad utilitatem Imperii singulariter pertinentibus extorqueat. Si quis curtem aut domum per annum et diem sine contradictione possederit. nulli hoc interim scienti ultra inde respondeat. Causam in ciuitate iam lite contestata non episcopus aut aliqua potestas extra ciuitatem determinari compellat. Argentinae theloneum de naui non plus quam tredecim denarios dare cogantur. Ut autem hec nostrae maiestatis confirmatio in omne euum rata et inconuulsa permaneat. presentem inde paginam conscribi iussimus. et sigilli nostri impressione communiri. Si quis uero ausu temerario eam presumpserit uiolare uel aliquo modo attemptare. Centum libras auri puri pro pena fisco Imperialis camerae persoluat. Huius rei testes sunt. Sifridus maguntinus archiepiscopus. Wolframus abbas de Wizinburc. Waleramus dux de lempurc. Comes Fridericus de liningen. Comes Burchardus de mannisfelt. Helmoldus de Plessen. Godefridus de eppinstein. Wernherus et Philippus fratres de Bonlandia. Heinricus marscalcus de Kallindin. Gunzilinus dapifer et alii quam plures.

Signum domini ottonis quarti romanorum regis inuictissimi (*Monogramma*).

Ego Conradus Spirensis episcopus Regalis aulae Cancellarius vice domni Sifridi maguntini archiepiscopi et tocius Germaniae archicancellarii Recognoui. Acta sunt hec anno dominicae Incarnationis. millesimo. CC. VIII. Indictione XII. Regnante domino Ottone quarto Romanorum rege glorioso. Anno regni eius Duodecimo. Datum apud Spiram per manum Waltheri regalis aulae prothonotarii. IIII. Non. Decembris.

a) Sigillum, quod appendebat, interiit, remanentibus filis sericis, membranae innexis.

b) Indictio, dicta caesarea, et annus regni, sex mensibus anticipatus, respondent anno Chr. expresso.

Digitized by Google

c) Ineditum, desumptum sive potius communicatum ab archivo civitatis spirensis, ubi autographum servatur.

d) In plerisque de verbo ad verbum convenit cum diplomate confirmatorio Friderici I. 1182. 27. Maii, saepius edito. Vid. Lehmanni Speyrische Chronik 466 et 467., Tolneri Cod. dipl. palat. 56. num. 63. Lünnigii Reichsarchiv. Tom. XIV. 463. num. 2. Dumont corps dipl. I. I. 108, num. 192. et Gerkenii Cod. dipl. VIII. 391.

CCCCCXCVI.

Anno 1209. 24. Februar. Rotenburch.

Otto IV. rex Monasterio Eberacensi parochiam in Suaba, olim illi a Friderico de Rotenburch collatam, deinde ab Heinrico VI. 1195 restitutam, confirmat.

Otto dei gratia Romanorum Rex. et semper Avgustus. Ea quae nobis relacione certissima multorum fidelium nostrorum indubitanter constant. ad noticiam deferri cupimus uniuersorum tam presencium quam futurorum. quod felicis memoriae Fridericus de Rotenburch. sub manu salamanni nobilis scilicet uiri. Chunradi de wichardesheim. predium suum in Svaba cum eiusdem loci parrochia. et omnibus aliis eidem predio attinentis. pro reconpensacione diuina. contulit monasterio. et usibus fratrum in Ebera deo famulantium. Ita sane cenobio predicto parrochia in Svaba est collata. ut statim post parrochiani qui tunc eam temporis habuit decessum. in usum et sustentacionem fratrum transiret Eberacensium. verum postea. iam dicti fratres iniuste a parrochia predicta alienati. tandem deuenit gloriosi imperatoris Heinrici in potestatem. De hac itaque re ab abbate et fratribus suis conuentus predictus imperator. et sepius ab aliis fidelibus suis admonitus tandem resipuit. et pro remedio animae suae. et serenissimi patris sui Friderici diui Avgusti. et omnium parentum suorum. jus

Digitized by Google

quod prius habuerant fratres Eberacenses in parrochia predicta. eis reddidit. et ut eam sicut primitus acceperant ad utilitatem et sustentacionem sui. prout melius iudicauerint ordinent atque disponant. Nos igitur per omnia factorum suorum uestigia imitari uolentes. pagina presenti decernimus ac sigillo nostre maiestatis. testibus eciam idoneis adhibitis. idem predium in Svaba cum predicta parrochia. iam dictis fratribus in Ebera confirmamus. et in nostram regalem defensionem accipimus. decernentes et inconcusse affirmantes. ut penitus nullam ullius. Eberacenses. et incole predii eiusdem paciantur exactionem. nec ullum habeant aduocatum. nisi eum sòlum qui Romanum tenet imperium. vel quem ipsi fratres ad sue defensionis elegerint subsidium. et si is qui electus fuerit. contra ius ac uoluntatem. predictorum fratrum in aliquo uenire presumpserit. habeant ipsi fratres per regiam cognicionem eum remouendi potestatem. Huius nostre concessionis et confirmacionis testes sunt. Domnus Chunradus spirensis episcopus et cancellarius. Gerlaus prepositus noui monasterii in Wirceburc. Helfericus Notarius regis. Gebehardus burcrauius Magdeburgensis. Heinricus de hohenloch. et frater eius Albertus. Albertus de Enseh. Vlricus de Ergersheim. Chunradus. et fratres eius Heinricus et Ludevicus de Stolberch. Sifridus de Rotenburch. Heinricus magister coquine regis. et alii quam plurimi. Datum in Rotenburch. VI. Kal. Marcii.

a) Sigillum bene expressum, in ora tamen nonnihil laesum, appendet ex filis sericis rubri et viridis coloris.

b) Annus quidem non expressus, nec per indictionem indicatus, facile tamen eruitur ex historia Ottonis IV. post Philippi obitum 1208. 21. Junii. et post desponsatam sibi eius filiam circa finem anni eiusdem, per quam consecutus est ipsum castrum Rotenburch aliaque Hohenstaufiorum allodia, qui iam 27. Sept. 1209, imperialem obtinuit coronam ac dignitatem, cum in hoc instrumento solum rex nuncupetur.

c) prae-

Digitized by Google

c) Editum in Falkenstein chronico Schwabac. 18. not. t., in eiusdem Cod. diplom. Antiq. Nordg. 44. n. 26. in Schütz corp. hist. Brandenb. sylloge Dipl. 55. n. 23. et in prileg. Eberac. II. p. 5. num. 46. Transsumptum eius invenitur in libr. cop. Eberac. anni 1409. Fol. 117. b.

d) Priora desuper diplomata, quibuscum istud in plurimis consonat, habentur, 1195. 16. Jul. hic memoratum, et 1200. 15. Martii silentio hic praeteritum.

CCCCCXCVII.

Anno 1209. circ. 24. Julii. Augustae.

Otto IV. rex Capitulo maioris ecclesiae Augustensis jus advocatiae in praedio Aitingin, pro sepultura et anniversario fratris sui p. m. Liutheri, donat.

Otto. Dei. Gratia. Romanorum. Rex. Semper. Augustus. Quotiens ea que sunt ad honorem dei et ecclesiarum ipsius a nostre majestatis beniuolentia petuntur regiam decet serenitatem huiusmodi postulationibus pietatis sue assensum fauorabiliter accommodare. Nouerit itaque omnium tam presentium quam futurorum diligens sollertia. quod nos pro remedio anime dilicti (dilecti) quondam fratris nostri pie recordationis Livtheri. qui in ciuitate augustensi diem clausit extremum. et cum multa omnium deuotione in ecclesia maiori sepulturam accepit. preposito et canonicis eiusdem ecclesie omne ius aduocatie nostre in uniuerso predio eorum in Aitingin in perpetuum eis pacifice possidendum recognouimus. et auctoritate regalis nostre munificentie pleno iure contradidimus. accedente consensu ac peticione Sifridi tunc temporis eiusdem eccl episcopi qui tunc episcopali auctoritate hoc ipsum e recognouit et priuilegio suo confirmauit. ita quidem ut n officialis noster uel successorum nostrorum aliquam sibi

Digitized by Google

ponendi. exigendi. uel aliquid ibi faciendi uendicet potestatem. sed quicumque per successionem in ecclesia augustensi fuerit prepositus. cum canonicis eiusdem ecclesie. nobis et nostris in eadem aduocatia successoribus. statutam frumenti pensionem et ab antiquo determinatam persoluat. Alia autem undecumque ibi prouenientia sine contradictione alicuius. usui ipsorum pariter cedant et utilitati. et ipsi pro remedio anime supradicti fratris nostri anniuersarium eius celebrando. et orationibus suis deo ipsam commendando pie deuotionis studio semper debeant elaborare. Hec itaque que a nobis fideliter constituta sunt. ut futuris etiam obseruentur temporibus. Litterarum apicibus commendari. et inpressione sigilli nostre sublimitatis fecimus communiri.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis. M. CC. VIIII. Indictione. XII. in ciuitate augusta in ecclesia sancti Johannis baptiste.

a) Sigillum, quod appendet ex filis sericis rubri et viridis coloris, nonnihil laesum est, qua laesione suprema pars capitis regis et dimidia inscriptio, incipiens, perierunt.

b) Indictio respondet anno Chr. notato; dies autem verosimilis dati instrumenti desumitur ex historia Ottonis IV. regis, qui comitia post festum S. Johannis B. Augustae celebranda indixit, ibique fuit 24. Julii sive in vigilia S. Jacobi Ap. exercitum ibi collectum in Italiam traducturus. Cnfr. Braun Gesch. der Bisch. von Augsb. II. 225.

c) Ineditum.

d) Liutheri frater regis iam obierat 1190. 15. Octobr. cnf. orig. Guelficae. III. 245. et necrologium ecclesiae cathedralis Augustanae.

Digitized by Google

CCCCCXCVIII.

Anno 1209. 20. Novembr. apud Lucam.

Otto IV. imperator percepta imperiali consecratione confirmat tractatum solennem, super feodis ecclesiae Moguntinae cum archiepiscopo Moguntino Sifrido antea initum, quo simul eidem ecclesiae eiusque vasallis, ministerialibus et hominibus privilegia roborantur.

In Nomine Domini Amen. Dei Gratia Otto Romanorum. Imperator et semper Augutsus Inspectoribus huius Pagine Vniuersis in perpetuum. Ea que ab Imperatoribus uel Regibus erga suos principes maxime autem ecclesiasticos sollempni serie pertractantur ut perhennis efficatie robur obtineant et uigorem, utilissimum est scriptorum testimonio commendari. Eapropter liqueat omnibus et a posterorum memoria non recedat. quod nobis Regnantibus necdum Imperatoriam consecrationem adeptis super beneficiis que Antecessores nostri tenuerant ab ecclesia Maguntina cum fideli Principe nostro Sifrido eiusdem ecclesie Archiepiscopo frequentes sunt habiti diuersique tractatus. Consulentibus demum fidelibus nostris Principibus et dilectis Johanne Treuirensi Theodrico coloniensi Archiepiscopis Cunrado spirensi Episcopo Imperialis aule Cancellario pro exhibendis nobis ab Archiepiscopo Maguntino feodis memoratis secum egimus diligenter eumque uidentes nostre obnoxium uoluntati quingentis marcis donare promisimus et bona de quibus nos intromittere ceperamus sue reliquimus libera potestati sicut inferius declaratur. tronatum ecclesie de Guttingen. Aduocatiam in Nor Jurisdictionem et dominium Abbatie in Reinhusen om quo pie recordationis Cunradus Maguntinus Arc ipsius nouissimus antecessor fruebatur eadem sin.

impedimento dimisimus ecclesie Maguntine. Decimam autem in Rostorf nobis porrexit Archiepiscopus ea forma. ut si nomine benefitij euincerctur ab ipso. nos eum redderemus indempnem. Promisit etiam excellentia nostra castra Glichen sternere seditione temporis et intranquillitate patrie quiescente. Super castro uero Hanenstein quod dictus S. Archiepiscopus utpote sibi proprium repetiuit a nobis, huiusmodi reseruauimus questionem Scilicet ut dicti Archiepiscopi. Spirensis et herbipolensis Episcopi qui nostrum moderabantur consilium tam in eundo nobiscum pro Imperatorie consecrationis obtentu quam domi manendo. meram inde cunctarentur sollicite ueritatem et scito per experientiam publice noticie ipsi Archiepiscopo competere ius in castro, nos illud iuberemus eidem cum omni libertatis plenitudine assignari. Si uero restaret ambiguitas qualiscumque, nostra tamen dominatio secum in Judices conueniret. coram quibus ipse Archiepiscopus sue possessionis titulum tueretur. nosque iustam moueremus in contrarium actionem. qua si castrum euincere ualeremus de permissione Archiepiscopi nostrum esset. Adiecimus autem de gratia habundanti quod etsi bene nancisceremur ipsius castri dominium si Archiepiscopus inter redeundum a consecrando talc nobis obsequium prestitisset in quo nostre maiestati complacere deberet, ipse prefati castri maneret dominus et possessor de nostra gratuita uoluntate. Consequenter ad perpetuandum circa Imperium et nostre serenitatis personam ipsius Archiepiscopi fauorem studium et iuuamen, secundum ius priuilegiatum ecclesie Maguntine ciuitates eius et opida munitiones et predia sub regiam recepimus tutelam. Li-os et ministeriales sue iurisdictioni spectantes frui permi- iure debito et consueto. Judeos ciuitatum suarum et censuimus ex parte Imperii cuiuslibet petitionis ex- Item fassallos ac ministeriales ipsius Archiepiscopi. Comites. liberos. inferioresque personas que lese tum incidissent suo indulsimus gaudere patroci-

Digitized by Google

nio donec Imperialem gratiam sortirentur. Ut autem in hoc arduo negotio et sollempni cum Archiepiscopo Sic concorditer consummato nostram uertere non possemus in contraria uoluntatem dictos Archiepiscopos et Episcopos mediatores concordie consiliique datores obligauimus Archiepiscopo dedimusque sponsores ut si pretaxatam seriem mutaremus uel aliquo modo infringere niteremur, iidem contra nos suo ipsi assisterent consilio et fauore. Spirensis siquidem Episcopus ipsi Archiepiscopo in uirtute obedientie se astrinxit ut eo contingente se in locum quem uellet transferret non discessurus ab illo donec emendationem susciperet a nobis Archiepiscopus habundantem. Tanta quippe se dicebat cum Imperio familiaritate ligatum ut nunquam se foret oppositurus eidem. A simili Archiepiscopus sepedictus cognatos fassallos et ministeriales ipsius. Sifridium de Runkel. Wernherum et Philippum de Bonlande. Wolframum Ringrauium Walpertum et Gerardum Aduocatos pinguie. Embrichonem vvlpem. Giselbertum. Cunradum de foro Rudensheim Vlbertum de Sunnenberc. Theodricum vicedominum de Rusteberg, nobis sponsores tradidit super obseruantia premissorum. Hiis in statu Regio pertractatis regalis scripti munimen addidimus et sigilli. Postremo nobis in apicem Imperatorie dignitatis erectis et munus benedictionis Apostolice assecutis quia per multa innotuit argumenta quod Archiepiscopus excellentie nostre tam laudabilem exhibuerat famulatum ut hiis et amplioribus esset beneficiis non indignus scripta uisui uestro subiecta Imperatorio duximus roboranda sigillo. Datum apud Lvcam. [a] Kalendas Decembris. Indictione

a) Sigillum, in ora sinistra nonnihil laesum, appendet ex [f] rubri, viridis, violacei et albi coloris.

b) Indictio quidem annunciata, sed expressa non est. series, in ipso instrumento multis declarata, nor removere ab anno primo imperii Ottonis IV.,

quidem a proximo mense post obtententam imperialem coronam, cum in partibus Tusciae versaretur novus imperator, negotia regalia ibi pertractans.

c) Editum a de Gudenus in codice diplom. I. 416. num. 157. et ex eo a Scheid in orig. Guelf. III. 800. num. 302.

CCCCCXCIX.

Anno 1212. 10. Maii. Nurenberc.

Otto IV. imperator Hospitali Teutonicorum in Jerusalem ecclesiam Sancti Jacobi in civitate Nurenberc, nec non praedium in Karlishovin donat, per Othnandum de Eskenowe et haeredes eius, qui illud ab imperio in feodo habuerunt, resignatum.

Otto. quartus. dei gratia Romanorum inperator et semper augustus. Desiderium quod ad religionis propositum spectare dinoscitur libenti animo nos decet admittere. et loca diuino mancipata obsequio feliciter promouere. Eapropter omnibus inperii fidelibus presentibus et futuris notum facimus. quod nos diuine retributionis intuitv ad instantem petitionem Ministerialium ac ciuium nostrorum de nurenberc. dedimus in perpetuam proprietatem Hospitali sancte Marie teutonicorum in Jerusalem ecclesiam sancti Jacobi in Ipsa ciuitate nvrenc cum omnibus bonis que inpresentiarum possidet aut in m domino dante poterit adipisci. Insuper predium in uin quod inperio attinebat per othnandum de eskeheredes suos qui illud in feodo habuerunt nobis rememorato hospitali libere contradidimus possidenecclesiam cum omnibus bonis et mancipiis suis m protectionem nostram recipientes. Ad cuius

Digitized by Google

rei inditium presentem Kartam conscriptam sigillo nostro iussimus communiri. Datum nurenberc. VI. idus Maii Indictione XV.

a) Sigillum, in ora inferiori laesum, qua laesione dimidia, media, inscriptio evanuit, appensum erat ex filis sericis rubri et albi coloris; iam autem nonnisi ex tribus filis rubri coloris membranae adhaeret, reliquis filis disruptis.

b) Annus non est expressus; desumitur autem ex indictione, quae respondet anno Chr. 1212; conveniunt in hoc etiam aliae notitiae et chartae apud Raumer: die Hohenstaufen II. 561. indicatae.

c) Editum in deduct. Brandenb. Usurpationsgesch. in dem Geb. des h. d. Ritterord. 1796. Beilage 118. S. 236.

Digitized by Google

Digitized by Google

MONUMENTORUM BOICORUM

COLLECTIO NOVA.

VOLUMINIS XXIX.

PARS ALTERA.

Digitized by Google

Digitized by Google

Codices Traditionum

Ecclesiae Pataviensis, olim Laureacensis.

Digitized by Google

Digitized by Google

Codex quartus.

Reverendo in christo patri et domino karissimo. Ottoni Ecclesie pataviensis venerabili episcopo. Hermannus humilis abbas in Altah*) cum orationibus, reuerentiam debitam et deuotam. *Quia uestra interest cognoscere iura et priuilegia Ecclesiarum uestre dyocesis, et scire, qua auctoritate quelibet ecclesia fruatur* libertatibus, uel indulgentiis; hiis aut illis: ecce, nos *ad mandatum uestre paternitatis, omnia priuilegia* ecclesie nostre a Sede apostolica, et a Pontificibus Ecclesie Pataviensis tradita et concessa; illa videlicet tantummodo, que uestram tangunt intentionem, uobis transmittimus, hic transscripta: sub nostra obedientia hoc dicentes, quod non plus nec minus continetur in ipsis, et quod salua sunt apud nos et integra cum Sigillis. De hiis etiam uobis certitudinem faciemus, quando a nobis duxeritis requirendum.

Sequuntur has Hermanni Abbatis literas sub rubro: *Privilegia Altahensis ecclesiae:* I) confirmatio omnium possessio-

*) Incipiunt haece Hermanni Abbatis Altahae inferioris (1242 — 1273) epistola *Privilegia Monasteriorum* quamplurium dioceseos pataviensis. — Edoctus tot pretiosissimorum diplomatum irreparabili interitu, Otto Episcopus non solum *ecclesiae suae cathedralis* traditionum, donationum, commutationum membranas solertissime collegit, tineis, putredini aut vindicibus socordiae aut flammis aut aquis in omne aevum eripuit, verum etiam coenobiorum curae suae concreditorum chartas et codices undique in unum coegit et quoad magnam partem codici huic quarto ecclesiae antiquissimae ad S. Stephanum Pataviae inserenda duxit.

Digitized by Google

Fig. 1. Pall Ring Packing.

Fig. 2. Pall Ring Packing.

Fig. 3. Pall Ring Packing.

Fig. 4. Pall Ring Packing.

Fig. 5. Pall Ring Packing.

Fig. 6. Pall Ring Packing.

Fig. 7. Pall Ring Packing.

Fig. 8. Pall Ring Packing.

Fig. 9. Pall Ring Packing.

Fig. 10. Pall Ring Packing.

Fig. 11. Pall Ring Packing.

Fig. 12. Pall Ring Packing.

Ad Hoc (Latin, literally "for this") is a phrase that describes a solution designed for a specific problem or task, non-generalizable, and not adaptable to other purposes. In mathematics, an ad hoc argument may refer to one lacking generality, or one expressly invented to solve a problem.

Application
Application
Application

XXVIII.

Privilegia domus S. Floriani.

Altmannus Pataviensis Episcopus, fundator quoque Monasteriorum Gottwicensis, Garstensis et S. Nicolai restaurat devastatum in excidio Lauracensis ecclesiae monasterium ad. S. Florianum, regularibus illud canonicis sub praeposito Hartmanno tradens.

Pataviae. 25 Junii. 1071.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *altmannus* dei gratia sacro sancte *Patauiensis* Ecclesie Episcopus. et apostolice sedis Legatus cunctis successoribus suis et omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Sicut ex iniuncto nobis pastoralis dignitatis officio Ecclesias ubi necessarium esse uiderimus ad honorem dei fundare. sit et quocunque casu lapsas tenemur in Christo dum possimus ad laudem ipsius reformare. Hinc est quod Ecclesiam beati *Floriani* martyris Christi quondam in pago *Laureacensi ab antiquissimis terre illius incolis iuxta riuulum qui ypha* dicitur fundatum, et in defensionem sancte Romane Ecclesie ad annualem censum unius aurei traditam. sed tandem in illo miserabili sancte *Laureacensis Ecclesie excidio.* tempore *Wufilonis* ipsius ecclesie Pontificis *a Barbaris destructam* dum postmodo annis multis quasi desolata nullum uel a sede Romana uel ab alio quoquam reformationis inueniret auxilium. Nos tandem summi pontificis alexandri interuentu, sed precipue diuine remunerationis intuitu in nostram defensionem suscipientes. ipsam omni diligentia qua potuimus reformare curauimus. pia etiam quorundam predecessorum nostrorum *Richarij* uidelicet *adalberti Engelberti* episcoporum

Digitized by Google

uestigia sectantes. qui ipsius Ecclesie desolationem miserati. ad eius reformationem multo studio laborauerunt. Sed continua barbarorum inuasione impediti. pium cordis eorum affectum, ad effectum plene perducere non potuerunt. Nos itaque diuina ordinante clementia ipsis in Episcopatum succedentes. bonum opus ab ipsis bene inchoatum deo adiuuante consummauimus. murosque monasterij quondam ab *vngaris* dirutos. cum tecto resarcientes. ipsum monasterium cum quinque altaribus consecrauimus, canonicos regulares deo ibi perpetuo seruituros instituentes *Hartmannum* uirum iu sancta conuersatione probatum prepositum ipsis prefecimus. redditus distractos quos potuimus reuocauimus. ut et ipsi canonici comunem et regularem uitam ibidem professi sancte et religiose uiuentes diuine contemplationi liberius uacare. et pro nostri omniumque fidelium salute deuotius deo debeant supplicare. nos quedam licet pauca de dominicalibus nostris in subsidium prebende fratrum eorumdem contulimus. Curiam uidelicet in *Entzinge* (Enzing). Curiam ad sanctum Stephanum iuxta *Waeninpach* (Wanbach) cum omnibus ad eam pertinentibus. ad *almisuelt* (Anöfelden) villam totam cum omnibus ad eam pertinentibus, transitu scilicet fluminis *Trvne* (Traun) et piscationibus. pratis. pascius. siluis. et duas partes decimationis in omnibus eiusdem Ecclesie terminis tam cultis quam colendis. ad *Svnilburch* (Sindelburg) mansum unum et dimidium. et duas partes decimationis. ad *Ebelsperch* (Ebelsperg) mansos duos et decimationem. Ad *Strvmmingen* (Struning) avgiam cum omnibus ad eam pertinentibus. Predia uero que quocunque modo distracta et alienata in usus ipsius cenobii reuocauimus sunt hec. Curia in *Pfaffenhoven* (Pfaffenhofen, jetzt Hohenbrunn) cum omnibus ad eam pertinentibus. Curia in *Lylinhouen*. Curia in *Gerlatingen*. In *Comerichingen* (Lilinghofen, Gerlating, Sammering) duo mansi et dimidium. Preterea que *maxima est parrochia* in qua ipsum cenobium fundatum est et in omnibus ipsius parrochie terminis tam cultis quam colen-

dis. decimam totam ipsi cenobio restituimus quam tamen parrochiam et decimam fratres ipsius cenobii sicut ex antiquis eorum priuilegiis plenius certificati sumus a quibusdam antecessoribus nostris duabus uicibus quondam commutantes. Primo domino *Haertwico* pie recordationis Episcopo decem hubas iuxta prefatum riuulum qui *ypha* uocatur sitas. Postmodo domino *adelberto* sanctissime recordationis Episcopo *oppidum in anesiburch in litore anasi fluminis* situm in usus et proprietatem *Episcopatus* pro commutatione supradicte parrochie, et decime contulerunt. Sed ipsam *iterum atque iterum* in *destructione* iam dicti monasterij distractam. et usibus fratrum ipsius cenobii penitus abalienatam. nos eam nunc tercio. sed respectum diuine remunerationis et ob reuerentiam romane sedis de potestate baronum terre qui ipsam decimam usibus suis uiolenter manciparant recolligentes. parochiam pleno iure decimam totaliter et integraliter ipsi cenobio restituimus. Licet enim plurima beato Christi martyri Floriano in prima fundatione ipsius sui monasterij fuerint collata. omnibus tamen postmodo in destructionem ipsius monasterij distractis. usibus fratrum tunc temporis ibidem militantium deo tamen hec paucissima inuenimus remansisse. villam in qua ipsum monasterium fundatum est cum omnibus ad eam pertinentibus. agris scilicet et vinetis. pratis. pascuis. siluis. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. uenationibus. et molendinis. Ad *Waelhlingen* (Walling) mansum unum et dimidium. ad *vrienlivten* (Frauenleiten) mansum vnum et dimidium. Nos igitur omnes possessiones sepedicti monasterij et iam sibi collatis, et quas adhuc deo dante poterit adipisci. in nostram protectionem suscipientes, talem fratribus ibidem deo seruientibus indulgentiam facere decreuimus. ut si ministeriales nostri seu quicunque homines Ecclesie nostre predia sua ad nos quocunque iure spectantia ipsis conferre decreuerint, liberam habeant potestatem conferendi quando et ubi uelint. Preterea omnem quam prius de indulgentia romane sedis habuerunt libertatem plene redonamus.

Digitized by Google

Liberam uidelicet sepulturam ipsis indulgentes ita ut quicunque aput eos sepeliri uoluerit libere non obstante alicuius plebani uel uicarij contradictione sepeliatur. Adicientes quoque hanc gratiam ipsis indulgemus ut si quando prelatum ipsius monasterij uiam uniuerse carnis ingredi contingerit. fratres liberam potestatem habeant eligendi alium quem magis ydoneum inuenerint episcopo etiam irrequisito. Volumus etiam firmiter inhibentes semper obseruandum statuimus ut nullvs successorum nostrorum uel alter quispiam siue ecclesiastica siue secularis persona aliquem eis aduocatum uel in hominibus uel in predys aliquatenus presumat ordinare. nisi quem prelatus ipsius monasterij cum consilio fratrum suorum sibi elegerit aduocatum. qui etiam si ut plerumque fieri solet grauis ipsis et injuriosus exstiterit. dum admonitus emendari noluerit. ad arbitrium ipsius prelati ab episcopo, uel si Episcopus noluerit. a sede romana mutetur altero ad petitionem ipsius prelati substituto. Igitur ut iam dicta ecclesia cum omnibus illuc uel nunc collatis uel iuste postmodo conferendis plena pace gaudeat et secura consistat. nos ipsam dei omnipotentis patrocinio supponentes. auctoritate ipsius dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli eorumque uicarij alexandri pape, et potestate qua nos fungimur precipimus. ut sub pena eterne dampnationis firmiter inhibentes ut nullus uel successorum nostrorum uel alia qualicunque siue ecclesiastica siue secularis persona res ipsius ecclesie uel inuadere uel inminuere uel quocunque modo usibus fratrum ibidem deo seruientium subtrahere presumat uel auferre. Si autem quispiam successorum nostrorum quod deus auertat hec instituta nostra transgressus fuerit. si tercio conmonitus congrua satisfactione non emmendauerit. prepositus ipsius monasterij hoc utens priuilegio super tanta iniuria, querimoniam coram domino papa deponat, ut super hoc quod iustum fuerit decernat. Si ergo super hoc quod forte fieri potest indignatus dominus papa predictum monasterium a iurisdictione Patauiensis Ecclesie in iurisdictio-

nem Romane sedis transferat. deus omnium iniquitatum uindex iustus. tantum honoris et rerum dispendium Patauiensis ecclesie irrogatum ab auctore ipsius mali requirat et hic et in futuro. Conseruantibus autem pax adeo et misericordia et in presenti et in futuro seculo conservetur amen. Et ut omnia hec omnes tam futuri quam posteri et quam presentis temporis homines sciant esse iugiter et inuiolabiliter conseruanda. presentem paginam sigilli nostri impressione duximus confirmandam. in omnibus Kathedralium et ministerialium nostrorum quorum consensu et consilio hec omnia facta sunt et confirmata subnotatis. De *cathedralibus*. Ditmarus maior prepositus. Imbertus decanus. Paldwinus Scolasticus. Engelbertus archidiaconus. Imbertus capellanus. Almarus. Heinricus. fridericus. Hugo. Egino. Otacharus. canonici et ceteri omnes. De *ministerialibus*. Egelof de Velbach. Hertwicus et frater eius. Rupreht de Chraentzingen. Chaezil de Schaltarn. et frater eius Otaker. Imzo de Stegbach. Livtkoz de Tagbrehtshvsen. Otaker de Widach et alij quam plures. Datum *patauie* anno ab incarnatione domini M. LXXI. Indictione XIIII. VII Kalendas Julij. Regnante Heinrico Imperatore IIII. anno regni eius VII. Imperij uero V. feliciter amen. *)

*) Edidit L. B. ab *Hormayr* in historia Viennensi unacum sequenti diplomate. — Confer Bernardi Petzii Cod. Dipl. Hist. Epistol. I. 251. — Hansitz Germania sacra. I. Clar. Franc. Kurz Beiträge zur Geschichte des Landes ob der Enns. — Petz Script. Rer. Aust. I. 115. Mon. boica. IV. 287—393, 302 quoad chronologiam prorsus erroneam, (Mabillon de re diplomatica. 28. — Wendtenthal's Austria sacra VII. 492. — Chronicon Gottwicense. 303. — Hellwig Zeitrechnung. 146. — Calles Annal. Austr. I. 369. — Confer. tomi monumentorum XXVIII cod. patav. Secundi N°. X. p. 107. partis primae et N°. XXX. p. 243. codicis tertii. Lonsdorfiani.)

Digitized by Google

XXIX.

Altmannus Pataviensis Episcopus Hartmanno S. Floriani praeposito facultatem indulget praeponendi parrochiae domus suae unum ex canonicis suis.

Pataviae 1074.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Altmanus* dei gratia sacro sancte *Pataviensis* Ecclesie Episcopus et apostolice sedis legatus cunctis successoribus suis et omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Officium Pastoralis dignitatis summopere exigere uidetur ut nos qui quasi rectores et gubernatores Ecclesiarum a deo ex omnibus hominibus specialiter electi sumus et constituti. specialius etiam pre omnibus ipsarum securitati, et non solum presenti sed et future debeamus iugiter intendere. Hinc est quod nos continua necnon et deuota dilectj fratris nostri *Hartmanni Prepositj domus S. Floriani* petitione commoniti. *Parrochiam in qua ipsum cui preest fundatum est Monasterium.* speciali priuilegio nostro sibi suisque successoribus confirmare. et quo iure ipsam aliasque possessiones vndecumque sibi et nec collatas. necnon et postmodo iuste conferendas possidere debeant. omnivm successorum nostrorum et aliorum Christi fidelium memorie presenti scripto duximus firmiter commendare. Pateat igitur omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus. quod fratres quondam in domo sancti Floriani deo seruientes supradictam parrochiam. et in omnibus ipsius parrochie terminis tam cultis quam colendis. decimam totam a duobus antecessoribus nostris pie recordationis Episcopis *Haertwico*, scilicet et *Adelperto* legitimo concambio permutatam. duabus vicibus in proprios usus suos pleno iure conquifierint. sed eam iterum atque iterum in de-

Digitized by Google

Ash Wednesday is the first day of Lent, a forty-day period of fasting and penitence before Easter. The ashes are made from the palms used on the previous Palm Sunday. The priest marks the sign of the cross on the forehead of each person with ashes and says, "Remember, man, that you are dust and to dust you will return." The ashes are a reminder of the transitory nature of life and of the need for repentance.

Die Lösungen der Gleichungen (1) und (2) sind Funktionen von φ und ψ, die sich in Reihen nach Potenzen von φ und ψ entwickeln lassen. Wir setzen

$$\begin{aligned} x &= \varphi + \sum_{\mu,\nu} a_{\mu\nu} \varphi^\mu \psi^\nu \\ y &= \psi + \sum_{\mu,\nu} b_{\mu\nu} \varphi^\mu \psi^\nu \end{aligned} \qquad \mu + \nu \geq 2 \tag{3}$$

und bestimmen die Koeffizienten $a_{\mu\nu}$ und $b_{\mu\nu}$ durch Einsetzen in (1) und (2) und Koeffizientenvergleich.

XXX.

Die Lösung der Gleichungen (1) und (2) ist eindeutig, wenn φ und ψ hinreichend klein sind. Wir setzen

$$\begin{aligned} x &= \varphi + \sum_{\mu,\nu} a_{\mu\nu} \varphi^\mu \psi^\nu \\ y &= \psi + \sum_{\mu,\nu} b_{\mu\nu} \varphi^\mu \psi^\nu \end{aligned} \qquad \mu + \nu \geq 2 \tag{3}$$

und bestimmen die Koeffizienten $a_{\mu\nu}$ und $b_{\mu\nu}$ durch Einsetzen in (1) und (2) und Koeffizientenvergleich.

nobio beatj *Floriani* martyris ipsorum utilitati ex aliqua parte consulere dignum duxi. Inito ergo consilio uirorum Katholicorum, tradidi suscipiente manu *Rudolfi* aduocati sui super altare predictj martyris Ecclesiam in *Ride* cum tota dyocesi sua sicut ante possessa fuit ab aliquo precedentium parrochianorum quantumcunque illa nostra plaga ibi pretenditur uersus aquilonem. Hac tamen commutatione scilicet accipiens nostre potestati eam. que dicitur *Mvenchspach* que et ante fuerat supradicti cenobii Ecclesie ex cuiusdam *Friderici nobilis uiri* traditione. Hoc igitur ut inconuulsum ratumque permaneat. sigillo nostro subsignamus banno confirmamus. Data *Laureaci*. anno domini. M. C. XXII. Indictione. XIIII. XI. Kalendas Aprilis.

XXXI.

Reginmarus praesul privilegia domus S. Floriani confirmat.

Inter 1122 et 1136.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Reimarus* dei gratia sacrosancte *Patauiensis* Ecclesie Episcopus. omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Debitum pastoralis officij efficatius exequimur. si uiros ecclesiaticos et religiosas domos in sua iusticia paterna prouidentia fouentes. et eorum indempnitati circumspecte consulentes. facultates et iura ipsorum inuiolata eis precipimus obseruari. Huius rei consideratione inducti ecclesiam que domus sancti *Floriani* dicitur. *barbarorum quondam inuasione desolatam.* sed studio quorundam predecessorum nostrorum *Eigilberti* uidelicet *altmanni vdalrici* pie recordationis pontificum. in pristinum statum religionis reformatam et priuilegijs ipsorum sufficienter communitam. nos quoque in nostre protectionis munimen suscipimus. et quod ab ipsis sa-

Digitized by Google

lubriter prouisum est, nos ob reuerentiam ipsius ueneranda martiris Floriani. nostra quoque auctoritate corroborare cupientes. auctoritate dei omnipotentis et beati Stephani prothomartyris et nostra confirmamus eidem ecclesie et fratribus ibidem deo militantibus omnia iura et priuilegia sua ecclesias decimas predia. tam ea que ab antecessoribus nostris ipsis dinoscuntur collata. quam et illa que in desolatione ipsius monassterij prius quidem distracta. sed prouidentia predecessorum nostrorum postmodo utilitati ipsorum sunt restituta. nec non et ea que ab alijs Christi fidelibus iam nunc collata uel postmodo ipsis sunt conferenda. ne cuiuslibet inuasoris manus temeraria ad possessiones eorum uiolenter diminuendas. se aliquando quasi inpune extendere presumat. Confirmamus etiam fratribus supradicti monasterij omnem quam antecessores nostri gratiam et iusticiam ipsis contulerunt. videlicet ut prelatus ipsius monasterij parrochiam in qua ipsum monasterium situm est uni de confratribus suis quem ad hoc ydoneum iudicauerit auctoritate sua committat. quem et si negligentem inuenerit amoueat. alterum substituendo. Ecclesiam etiam sancte Marie in Waltchirchen quia conuentualis ecclesia esse debet uni de confratribus suis magistro discreto et religioso pleno iure committat. duobus uel tribus sibi de collegio suo fratribus adiunctis. Reliquas vero ecclesias parrochiales ecclesie sue uel nunc collatas uel postmodo conferendas. clericis secularibus quandocumque uacauerint pleno iure conferat. nullum super cura animarum suscipienda uel Episcopo uel ipsius archidyacono representans. In alijs autem possessionibus monasterij. predijs uidelicet siluis, et uinetis, prelatus ipsius loci plenam habeat potestatem. cum consilio tamen et consensu fratrum suorum dandi, vendendi, precariandi, commutandi, in omnem utilitatem sicut commodius ecclesie sue uiderit expedire. non obstante nec factum suum impediente uel Episcopi uel ipsius etiam quem pro tempore sibi elegerit aduocatum contradictione. Preterea confirmamus ipsis ius a predecesso-

Digitized by Google

ribus nostris collatum et priuilegijs confirmatum. ut quicunque ministerialium nostrorum siue de familia nostra predia sua ad nos iure dominij spectantia eis conferre decreuerit. eius donatio nostra auctoritate rata maneat et inconuulsa. Si quis etiam de dyocesi nostra ibidem sepulturam delegerit. libere ibi non obstante alicuius plebani. nisi legitima contradictione sepeliatur. Si quando etiam antefatam ecclesiam suo contingerit pastore uiduari — fratres ipsius ecclesie de altero prelato substituendo libera gaudeant electione. Confirmamus etiam gratiam sepedicto monasterio ab antecessoribus nostris factam. ut nullus successorum nostrorum. nec alter quispiam siue secularis siue ecclesiastica persona. aliquem ibi nisi quem prelatus ipsius loci uoluerit ordinare presumat aduocatum. quem cum inutilem sibi senserit et iniuriosum. liceat libere recusare. et alium qui nichil sibi iuris uendicet nomine huius commissionis ad placitum suum substituere meliorem. Ut ergo huius et nostre confirmationis institutio in perpetuum rata maneat et inconuulsa. hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Si quis igitur quod deus auertat circa hanc nostre confirmationis formam qualibet temeritate aliquid agere presumat. nouerit se indignationem dei omnipotentis incursurum. et cum dathan et abyron in eterna dampnatione portionem habiturum. conseruantibus autem pax et misericordia a deo et in presenti et in futuro seculo conseruetur amen.

Digitized by Google

XXXII.

Reginmarus antistes confirmat donationes ad D. Floriani factas a nobilibus viris Hermanno de Katzelsdorf et ab Alberone de Griesbach, commutationibus variis simul peractis.

Pataviae 1125.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Reimarus* dei gratia *Pataviensis* Ecclesie Episcopus successoribus suis et omnibus Christi fidelibus in perpetuum amen. Pastorali sollicitudine et rerum mutabilitate nec non karissimorum fratrum nostrorum petitione compulsi insinuare tam posteris quam modernis deliberauimus qualiter quidam nobilis homo *Herman* de *Chaetzlinstorf.* deum et sanctum *Florianum* heredem fecerit quorundam prediorum suorum Ecclesiam Chaetzlinstorf a parentibus suis constructam que absque omni contradictione ius sepeliendi baptizandique certissime dinoscitur habere et ipsam uillam. et LXVII. mancipia utriusque sexus cum omni posteritate eorum tradidit super altare sancti Floriani martiris cum eo iure et utilitate quo sibi a parentibus suis tradita et ab ipso possessa sunt. Addidit preterea praedium *insinisse* quale ibidem habuit. et duas uineas a *schinumchile* cum uinitore Trostman et vxore liberisque eius. Fecit autem hec omnia pro sua ipsius anima et omnium debitorum suorum ita etiam ut per fratres de domo Sancti Floriani in predicta Ecclesia deo amodo seruiatur. pro harum rerum inuestitura delegauit magnis cum predio suo ibi seruiendum deo perpetuo. Ad quorum etiam sustentationem Ditmarus prepositus consensu fratrum suorum dimisit curtem unam Gusine et uineam unam *Hartperge* et tria beneficia *Primizlaistorf.* et decimam trium

Digitized by Google

uillarum in parrochia Ried. et duo beneficia Harde cum curte una et familia a quibus sunt possessa. Huius rei testes *aure tracti* sunt. Steven de Engelboltsdorf. Pilgrim de Cruce. et frater eius Heinrich. *Walther de Tresem*. Gervnch de Salmansliten. Chvnrat de *Wirmlaga*. Otto de Hassnpach. Friderich et filius eius Aerbo de *Ipha*. Hartmvt de Pernsch. Preterea me presente ac suscipiente. *Adelber nobilis homo de Grizpach* tradidit ad aram Sancti Floriani Ecclesiam suam in *Lozperch* cum prenotato atrio. et curtim ibidem iuxta Ecclesiam et dimidium mansum nobilis uiri in dotem pro se suisque parentibus, et hac ratione. ut omnem decimationem illam pro qua fuit obiurgatio a *wartperch* usque in *danubium* absque omni contradictione fratres in domo Sancti Floriani obtinerent extra Agast. et ipse in suo tantum predio circa *Lozperch* duas partes decime retineret. fratres terciam. Alias uero inter duo flumina *Agast* decimationes partirentur. ut una pars illi. altera fratribus fieret. Cuius rei testes sunt. *Otto de Machlant*. Friderich et Wolfher de Ipha. Marquart de Prvese. Ditrich et frater eius. Rvdolf de Fverholz. Heinrich et frater eius. Reinhart. de Ilsanstorf. Item me suscipiente tradidit ad predictam aram. S. Floriani. Walchvn uir nobilis prescripti Adalberi filius de Grizpach mansum nobilis uiri ultra Lozperch pro tribus marcis *in silua* que dicitur *Nortwalt*. Huius rei testes sunt. Gervnch de Salmansliten Friderich et filius eius Arbo. Meingoz de Ense. Sighart quidam nobilis homo de Sicinberch tradidit sine omni contradictione ad aram sancti Floriani. Recognoscat sollertia tam presentium quam futurorum. qualiter fratres de domo sancti Floriani partem parrochie sue quam habebant in locis que dicuntur in *Stevrpach. Glokendorf. Wolfram. Widache. Pach. Tal.* legitimam transmutationem mutauerunt pro parte parrochie que dicitur *Nivnchirchen*. que pars uicina erat fratrum ecclesie que dicitur *Riede*. Huius autem legitime transmutationis initium est in monte qui dicitur *Crochenperch* prope fluvium qui dici-

Digitized by Google

tur *Gwsin*, et in ipso fluuiolo ascendendo usque ad locum ubi *visinissa* fluit in Gwsin. et sic in ascensu visinisse usque ad extremum eius caput. et inde vergens recto tramite in villam *Reginprehtstorf*. et de ipsa uilla per magnam uallem usque in amnem qui dicitur *Chaltenpach*. et cum ipsius descensu usque dum influat Agist. et tandem inter duos binomios fluuios qui dicuntur *Aggist* usque ad *terminos boemiensium*. Acta sunt hec anno domini M. C. XXII. Indictione II. per venerabilem Patauiensem Episcopum *Reimarum* anno ordinationis sue V. publice in capitolio suo *patauie* banno. et presenti sigillato priuilegio ut inconuulsum permaneat confirmante.

XXXIII.

Concambium inter pataviensem praesulem Reginbertum e dynastis de Heyde et Hagenau et Ditmarum praepositum S. Floriani de decimis in Sindelburg et ecclesia in Feldkirchen.

1143.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Reginbertus* dei gratia Patauiensis Episcopus. Petitionibus seruorum dei acquiescere iustas ac legitimas Ecclesiarum transmutationes concedere. concessas ab omni inpugnatione uigilantie studio premunire. et ecclesiastice consuetudinis est et nostre auctoritatis. Igitur nouerint omnes Ecclesie nostrique fideles quod admodum nos et dilectus frater noster *Ditmarus* prepositus concambium quoddam fecimus inter nos, quod etiam ne forte cadat in obliuionem. priuilegio nostro tam futurorum memorie conmendauimus quam presentium. Consilio namque clericorum ac fidelium nostrorum habito. et equitatis tenore inter dantes et accipien-

Digitized by

tes conseruato. idem ipse prepositus et aduocatus eius *adalrammus* duas partes decimarum in Ecclesia que uocatur *Svnnelburch* ad sanctum *Florianum* huc usque pertinentes cum una decimaria curte de manu sua in manum nostram resignabant. ipsi Ecclesiam *Veltchirchen* cum omni utilitate sua super altare eiusdem martyris Christi de manu nostra recipiebant. Hec commutatio inter nos ut rata semper maneat et inconuulsa nec antiquitate aboleri. nec alicuius persone uiolentia ualeat immutari. presenti scripto. sigillo. et banno nostro confirmauimus, et multa multorum testimonia curauimus adhibere. de quibus quorumdam nomina hec sunt. Porno et Rvdgerus filius eius. Gerhoh. Siboto. Fridericus. aribo. Waltchvn. de Marcenrivt. Walchvn. Livtolt. et frater eius adalrammus. Richer. Pernhart. Meinhart. Datum anno domini. M. C. XLIII. Indictione III. Regnante Chunrado. ordinationis nostre. IIII.

XXXIV.

Conradus pataviensis praesul concambium init cum Henrico praeposito S. Floriani conferens illi parochiam ad S. Michaelem in Wachau pro XIV mansis castro Ebelsberg adjacentibus.

1162.

Chunradus dei gratia Patauiensis Episcopus cunctis ecclesie sue Christique fidelibus salutem in perpetuum amen. Aput diuinam clementiam meritum nobis accrescere confidimus. si iuxta pontificalis officii debitum religiosorum uirorum indempnitati consulere et indigentiam eorum releuare et supplere curauerimus. Si quidem dilecti filij nostri *Heinricus* prepositus et fratres de domo Sancti *Floriani* de predijs ecclesie sue ob

Digitized by Google

tulerunt gratie nostre XIIII. mansos castro nostro *Ebelsperch* adiacentes, in quibus a *castellanis* nostris et hominibus eorum multa paciebantur incommoda. usque adeo quod frequens clamor *rusticorum* tam nos quam illos sepius perturbauit. Nos uero attendentes quod iam dicta Ecclesia Patauiensis Ecclesie *specialis* est filia. uolentes pariter deuotionem predictorum fratrum nostre largitatis beneficio gaudere. de consilio et consensu fratrum et ministerialium ac fidelium nostrorum tradimus prefate ecclesie sancti *Floriani parrochialem ecclesiam sancti Michaelis in Wachowe.* pleno iure disponendam. cum omnibus suis pertinentijs, cultis et incultis. quesitis et inquisitis. cum terminis et decimis, et omni genere utilitatis nostra sibi auctoritate concedentes. quatenus propter prouisionem uinearum suarum prepositus qui pro tempore fuerit plenam habeat potestatem unum de fratribus suis ibidem ponendi, et inutilem remouendi, ac utilem substituendi. Et ut hec donatio nostra futuris temporibus firma et inconuulsa permaneat. hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri iussimus inpressione communiri. Acta sunt hec Patavie anno domini M. C. LXX. Indictione VII. anno uero episcopatus nostri XIII. Ego Chunradus Episcopus laudo et subscribo. Ego Rupertus decanus SS. Ego Rudpertus senior SS. Ego Chunradus SS. Ego Alwinus SS. Ego Sighardus SS. Ego Adalbertus SS. Ego Fridericus SS. Ego Heinricus Magister scole SS. Ego Otto SS.

Confer Nro. XXX. p. 243 codicis Lonsdorfiani. — Conradus filiorum S. Leopoldi natu minimus, in cathedra Pataviensi successit Reginberto 1149, transiit ad metropolim Juvaviensem in fine anni 1164, annum pontificatus sui decimum tertium agebat 1162, in quem proinde etiam diploma hoc rejiciendum erit, illi autem est indictio X non VII, quae congruit anno 1159 aut 1174, chronologia ergo istarum literarum prorsus erronea ut in tot chartis pataviensibus Altmanni praesertim et ejusdem Conradi.

XXXV.

Digitized by Google

XXXV.

Diepoldus comes de Berg episcopus Pataviensis, aedibus D. Floriani confirmat ecclesiam et hospitale in Voecklabruck, a Piligrino nobili viro de Schalkheim fundata.

In choro Pataviae. 21 Julii 1185.

In nomine sancte. et indiuidue. trinitatis. *Diebaldus* diuina fauente clementia *Patauiensis* Episcopus cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus salutem in domino. Diuinis instruimur monitis et apostolicis incitamur exemplis. ut necessitatibus pauperum Christi pro modulo nostro subueniamus et temporalibus subsidijs eterne retributionis premia conquiramus. quod nos attentius considerantes. et tam nostre miserie quam ipsorum indigentie consulentes nostra auctoritate roboramus et in perpetuum confirmamus. quod antecessores nostri episcopi uiri sanctissimi. presul *Reinbertus* uerus pontifex et Episcopus *Chunradus* propugnatorum ecclesiarum dei instinctu diuino et apostolico muniti priuilegio fecisse dinoscuntur. *Hospitale* siquidem *in Vechlabruke* a quodam *pilgrimo nobili uiro* deo deuoto de *Schalcheim* iniciatum. et suis redditibus sicut in priuilegijs antiquioribus accepimus. accumulatum adiacentis parrochie que dicitur *Schundorf*. omnimodis utilitatibus adiuuare et promouere curauimus nostra uolentes que nos spectabat in eadem ecclesia carere annuali iusticia et eidem hospitali integraliter cuncta prouenire que prefata parrochia dinos citur posse persoluere ob amorem sancti Egidij confessoris Christi in cuius honore capella ibidem a prefato pilgrimo constructa est. Prouida igitur consideratione in futurum precauentes ne res diuinis obsequijs deputate. et usibus pauperum Christi illic expetentium attribute. uana distractione pro-

Digitized by Google

uisorum ut solet fieri dilabantur. statuimus et nostra auctoritate perpetualiter firmamus. quatenus dominus Engelbertus venerabilis prepositus Sancti *Floriani* martiris Christi cuius diligentia et instanti industria hoc priuilegium conquisitum est. eiusque successores prefatum hospitale in sua dispositione et ordinatione totaliter habeant et ne quicunque illic perperam uel usurpatione cuiuslibet persone uel simulate religionis spem de cetero fieri possit. nostra freti auctoritate prouideat. inutiles personas amouendo et pro suo arbitrio ydoneas et eidem officio congruas instituendo et ne de cetero quisquam successorum nostrorum possit infringere. nostre donationis et huiusmodi priuilegij nostri rationabilem concessionem que non solum nunc a nobis uerum etiam ab antecessoribus nostris deo et hominibus dilectis Episcopis ut supra memorauimus stabilita est. sigilli nostri inpressione iussimus insigniri presentis pagine testificationem. quatenus cum eisdem patribus nostris mereamur percipere portionem. Si quis uero temerario ausu quod absit. prefatum hospitale diruere diminuere distrahere quolibet ingenio uel machinatione temptauerit. et res pauperum illic recipiendorum dissipauerit et inutiliter consumpserit. nouerit se diuina feriendum ultione et districti examinis ne euadere nisi resipuerit animaduersionem. Quicunque uero largitate munerum suorum prediorum mancipiorum seu quolibet genere elemosinarum eidem xenodochio pro amore Christi et honore sancti Egidij confessoris Christi subuenerint. a domino bonorum omnium remuneratore perpetue retributionis premia indubitanter recipiet. et cum exultatione manipulorum suorum in fine metet. Acta sunt hec anno domini M. C. LXXXIII. Indictione VI. XII. Kalend. Augusti. Data eodem die *patauie* super choro. Ego Fridericus Decanus subscripsi. Ego Hainricus de Anshvsen prepositus de Matse SS. Ego Vlricus prepositus de Ardacher SS. Ego Purchardus de Chamb. SS. Ego Heinricus Scolasticus SS. Ego Fridericus SS. de sancto sixto. Ego Wolfkerus prepositus de Mvenster SS. Ego Wern-

d by Google

herus scriba SS. Ego Reimboto de Porrenhamm SS. Ego Taegno SS. Ego Meingotus de Ibenperch SS. Ego Wilhalmus de Tekendorf SS. Ego Rudgerus de Aheim SS. Ego Meinhalmus Tumplebanus SS. Ego Rudgerus de Lovfen SS. Ego Heinricus de Grvenpurch SS. Ego Chunradus plebanus de Sirnich. SS.

Confer codicis antiquissimi N. CXXV. p. 95 et VIII. et IX. p. 105 — 107 secundi codicis.

XXXVI.

Honorius papa ejus nominis III privilegia canonie ad S. Florianum, speciatim ejusdem possessiones in Wachau, Vöklabruck, Feldkirchen etc. confirmat.

1218 — 1227.

XXXVII.

Rudigerus de Randek, pataviensis antea chiemensis antistes, D. Floriano confirmat hospitale S. Egidii in Vöklabruk cum ecclesia parochiali.

Ad D. Floriani 1239.

Rudgerus dei gratia patauiensis Episcopus omnibus hanc paginam inspecturis salutem in eo qui est uera salus. Notum facimus presentibus et futuris. quod prepositus in domo Sancti *Floriani* et Conuentus licet per instrumenta Ecclesie sue ab antecessoribus nostris indulta coram nobis et capitulo

Digitized by Google

rationabiliter comprobarent inuestituram *domus hospitalis sancti Egidij in Vechlabruk* pariter cum *ecclesia parrochiali* ad se tam pleno iure pertinere. ut ipsam dare debeant cui uelint. Episcopo et Capitulo non consultis dictam tamen domum hospitalem et ecclesiam parrochialem ad petitionem nostram dederunt *Haertnido* tunc nostre curie capellano. utramque ipsi inuestituram pro nostra reuerentia conferendo. Ne autem super hac donatione quam ad petitionem nostram pro tempore fieri uolerunt (uoluerunt?) ipsis aliqua debeat a successoribus nostris postmodo questio suboriri. sed ut iura sua que habent in sepedicta domo sancti egidij preposito Sancti Floriani et fratribus suis salua maneant et illesa. presentem paginam sigilli nostri munimine uolumus roborari Datum in domo Sancti Floriani anno domini M. CC. XXXVIIII.

Conf. pag. 243—248 codicis Laureacensis tertii Lonsdorfiani No. XXX. praecipuarum chartarum S. Florianensium, indicem ante oculos sistentem, necnon No. X. p. 107. Codicis secundi.

XXXVIII.

Domus Ardacker.

Concambium inter Reginbertum, Episcopum Pataviensem, et Balduinum praepositum in Ardacker de parrochia in Stephenshart et filia sua Zeidlarn.

(Hohenau juxta Oenum, inter 1138 — 1148.)

In Nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego *Rimbertus* Patauiensis ecclesie humilis minister presentis scripti adtestatione tam presentibus quam futuris Christi fidelibus intima-

Digitized by Google

mus. quia cum domino *Ottone* venerabili frisingensis ecclesie Episcopo. cuius iurj patronatus adtinet ecclesia dei in *Ardacher*. presente etiam et adnuente *Paldwino preposito* cum ceteris *canonicis* eiusdem locj. concambium fecimus videlicet tradentes in usum eorundum canonicorum parrochiam in *Steuenharde*. cum filia sua *zidelaren* mediamque partem omnium decimarum. Nos uero recipimus ab eis redditus quales eadem ecclesia habuit in Galgenberge et in Gezenberge. sitos cum familia adtinente. Sed vt hec pactio rata sit nec infringi ualeat. presentem adtestationem sigilli nostri impressione roborauimus. simul adnotantes qui interfuerunt testes tam canonicos Patauienses quam ministeriales nostros. quorum hec sunt nomina. Adelgoz magister et decanus. Wazimannus custos. Chunlinus Archidiaconus. Sigehardus. Hartmudus. Sibot de pornheim. Manegolt de Wesen. et frater ejus Rihkerus. Rudigerus de Aheim. et alij quam plures. Necessarium preterea et dignum esse duximus terminos predicte ecclesie subnotare a danubio secus Ardaker. incipit et uadit Vnrehtenlivten. et sic huslwten. deinde rursum in phaffenbach. post hoc per uallem usque ad hohenbuche. deinde transit hovperc per maiorem odengraben. usque vrle secus essingen. sic per amnem Rutkerspach qui diuidit predictam ecclesiam et aspach sursumque uadit usque oede. deinde ultra publicam stratam usque in uallem que diuidit Sunelburch. et istam ecclesiam finit sub danubio. Acta sunt hec *hohenowe iuxta Enum*.

Digitized by Google

XXXIX.

Privilegia dominorum de Cella S. Mariae.

Concambium inter pataviensem praesulem Conradum et Acelinum abbatem in Klein-Mariazell circa 1155.

vid. Nr. XVIII. F. 231. Codicis Laureacensis tertii sive Londsdorfiani. Ibi quoque annus 1107 perperam adscriptus.

XL.

Otto Episcopus Ulrico Abbati cellae S. Mariae confirmat decimas in Langenau, coenobio suo per Fridericum bellicosum, austriae ducem et Rudigerum, suum in cathedra pataviensi anteccessorem, collatas.

(Pataviae 17 Dec. 1261.)

Otto dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. — salutem in domino. Ne per obliuionem uel calumpniam ea que per nos iuste et rationabiliter acta fuerint, paciantur dispendium in futuro scripture cupientes remedio precauere tenore presentium cupimus tam posteros quam presentes, quod predecessorum nostrorum Ecclesie Patauiensis Pontificum exemplis inducti qui propter diuine retributionis meritum, religiosis

Digitized by Google

locis et Ecclesiis pio deuotionis affectu bona plurima contulerunt, decimas in Langenowe quas Illustris *quondam Dux austrie. Fridericus* ab Ecclesia nostra in feudo habuit, et de voluntate domini Rudigeri predecessoris nostrj bone memorie Conuentui *Celle sancte Marie* contulit, eidem Conuentui de consilio et voluntate dilecti capituli nostrj Patauiensis ad petitionem et instanciam dilecti in Christo Fratris Vlrici eiusdem Conuentus nunc abbatis, et precipue ob reuerenciam beate Marie virginis confirmamus. et donamus. libere perpetuo possidendas. ita ut nullus successorum nostrorum possit, uel debeat predicto Conuentui mouere litem uel questionem de cetero de eisdem. Adicimus insuper sicut per abbatem et fratres predicti conuentus firmiter est promissum ut amodo in Ecclesia Celle sancte Marie ob memoriam nostrj predecessorum, successorum nostrorum atque parentum singulis diebus per ebedomadam, missa celebretur et hoc ordine. Dominica de sancta Trinitate. feria II. pro defunctis. feria III. de sancto spiritu. feria IIII. de angelis. feria V. pro peccatis. feria sexta de sancta Chruce. Sabbato de sancta Maria virgine gloriosa. Ne autem hec nostra donatio et confirmatio predicto Conuentuj facta ab aliquo infringi uel diminui possit presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostrj inpressione et Capitulj corroborarj cum Testibus subnotatis. Qui sunt hii. M. Tumprepositus W. de Morspach. H. de Ramunge. H. de Heidendorf. Vlricus de Styria. Magister Hertwicus. Otto Cantor. et alij plures. Datum Patauie. Anno domini M. CC. LXI. XVI. Kalend. Januarij. Pontificatus nostri Anno Octauo.

Digitized by Google

XLI.

Privilegia de Sitanstetten.

Udalricus, Pataviensis Episcopus, fundator canoniae Ducumburgensis confirmat fundationem coenobii Seitenstettensis ab Udalschalco nobili viro de Stille 1109 peractam, cui addit etiam parochiam Aschbach, cum titularibus suis, Biberbach, Chrebstetten et Allhartsberg.

1116.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis *Vdalricus* gratia dei Patauiensis ecclesie Episcopus. omnibus Christi fidelibus perpetuam in domino salutem. Et si propter officium cure pastoralis quam diuina ordinante gratia suscepimus omnibus Christi fidelibus debitores existimus. precipue tamen paci eorum et quieti prospicere debemus. qui uel priuato iure fundationis nostre tenentur ecclesie. uel qui maiori sancte religionis disciplina sub nostra cura noscuntur prepollere. Quapropter uniuersitatj omnium et presentibus scilicet et futuris notum facimus quod quidam *Vlschalcus nobilis et liber homo de Stille.* cellam monachis in honore sancte Marie dei genitricis. in *allodio suo Sidanstetn* construxit. et omne patrimonium suum aput iam dictum locum uel aput *Grvenenpach* et *Stille* et *Heft cum capellis inibi edificatis.* et cum omni familia sua larga et potestatiua manv in dote pro remedio anime sue et omnium parentum suorum ad prenotatam cellam contradidit. Et hoc quoque factum suum ut ratum et inconuulsum in posterum permanere debeat quasi sub tuitionem circa malignorum uiolentiam ad altare sancti Stephani in maiori ecclesia Pa-

Digitized by Google

Patauiensi eandem cellam delegauit tali scilicet conditione ut abbas et fratres eiusdem monasterij liberam in perpetuum habeant potestatem eligendi sibi *aduocatum de cognatione fundatoris.* ita uidelicet ut modios et animalia nullam habeat potestatem ab eiusdem ecclesie rusticis exigere. Idem etiam aduocatus si fuerit inutilis et monasterium per aliquam uiolentiam oppresserit. idem abbas et fratres nichilominus habeant libertatem eundem aduocatum amouere. et utilem et bonum de predicta cognatione illi substituere. Patauiensis quoque Episcopus si indiscrete iam dictum monasterium per vim aut iniusto dominio oppresserit. cognati fundatoris in altare sancti Stephani aureum ponant. et iam deinceps libere idem monasterium ad aliam Ecclesiam ubi eis placuerit transmittant. Nos quoque cum consensu fratrum de choro et ministerialium nostrorum parrochiam *Aspach* cum omnibus suis titularibus ecclesijs. *Adelhartsperge* scilicet et *Piberpach.* et *Chrebestetn* cum omnibus capellis in ea iam edificatis uel edificandis cum omni iure sacerdotali et cum omnibus decimis que uel sacerdotis uel nostri iuris esse noscuntur ad eandem cellam tradidimus hijs solum exceptis quas secularibus in beneficium constat esse innodatas. Decimationes etiam noualium que uel in presenti uel deinceps exculta fuerint ex utraque parte fluminis *Ips.* et ad occidentem usque *Karintscheide* eidem ecclesie contulimus et eas illi perpetuo iure firmamus. Hec autem nostra et predicti Vlschalci donatio et statuta ut rata et inconuulsa in perpetuum permaneant. et in carta describi et sigilli nostri inpressione precepimus muniri. et si quis ea auso temerario umquam infringere. aut uiolare temptauerit. hunc auctoritate domini nostri Jesu Christi. et a communione sancte ecclesie eliminamus. et cum dyabolo perpetualiter cruciando eterno anathemate condempnamus. Huius autem facti nostri testes hij sunt. Gumpoldus prepositus sancti Stephani. Vdalricus prepositus sancti Nicolai. Rupertus de sancto Sixto. Magister Vlricus. Sigboldus abbas de Medlico. Ditmarus pre-

Digitized by Google

positus sancti Floriani. Ditricus comes de Vihtenstein. Vlricus de Wilheringe. Erchenbertus de Mospach. Reinbertus de Hagenowe. et tres filij ejus. Wernhardus. Reinbertus et Hertwicus. Mangoldus de Wesn. Siboto de Bornhaim. Hartmvt de Persniche. et alij quam plures. Acta sunt hec anno domini M. C. XVI. Indict. VIIII.

Confer. Petz script. rer. aust. II. 304. — Hansiz I. 291. — L. B. ab Hormayr histor. Taschenbuch ad annum 1813 et ejusdem Archivum 1828, necnon No. XII. 218. Codicis Lonsdorfiani.

XLII.

Urbani III confirmatio Monasterii Seitenstettensis.

Veronae 30 Aug. 1186.

Vrbanus Episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs. Chunrado abbatj Monasterij Sancte Marie de Sitanstetin eiusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem uitam professis in perpetuum. Licet omnibus ecclesijs et ecclesiasticis personis exiniuncto nobis adeo appellatus (appellatis?!) officio debitores nos fore cognoscamus. illos tamen paternis affectibus nos conuenit specialius confouere. qui postpositis rebus secularibus omnipotentis dei seruicio se artius alligarunt. Quapropter dilecti in domino filij uestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus et prefatum *Sitanstetn* monasterium in quo diuino mancipati estis obsequio. sub beatj Petri et nostra protectione suscipimus. et presenti scripto priuilegio conmunimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium inpresentiarum iuste et ca-

d by Google

Ad noticiam perueniat omnium presentem paginam intuentium quod nos omnibus *panificibus in ciuitate Patauiensi* constitutis. talem iusticiam et gratiam concessimus ut nec nos nec successores nostrj eis penam illam que dicitur *Schupphe* uel aliam *inhonestam* aliquatenus imponamus. Sed si dictj panifices in panificio suo fortasse. deliquerint. secundum sententiam et consilium ciuium corrigantur. et ipsi eandem correctionem equanimiter tolerabunt. Et ne aliquis in posterum eis talem gratiam et iusticiam ualeat infringere presentem paginam sigilli nostri impressione et testium subscriptione decreuimus communire. Huius rei testes sunt. Heinricus prepositus. Chunradus decanus. Albertus de possenmunster canonicj Patauienses. Albertus de Halse. Otto de Morspach. Waltherus de Tanneberch. fridericus de Paeschinge. Cunradus quondam iudex. Heinricus Goltstein. Cunradus iudex. Otto frater Immonis. Fridericus Sprunch. Engelbertus Walchunus. Albero in Angelo. Chunradus Greiner. Ekkericus in phapphengazzen. Gerlohus et alij quam plures. Acta sunt patauie anno domini M. CC. XXXI. Indictione IIII. XIIII. Kalend. Octobris.

LIII.

Rudigerus praesul monasterio Monsee, propter malum statum terrae et rapinas multiplices ad nihilum pene redacto, confert proventus ecclesiarum in Steinkirchen et Wieselburg, quarum jus fundi ad praedictum coenobium pertinebat.

15 May 1235.

Digitized by Google

LIV.

Rudigerus praesul confirmat donationem ecclesiae in Sieghardskirchen coenobio Baumburg factam a Rapotone comite palatino Bavariae annuente simul Gebhardo, tunc pataviensi episcopo.

Pataviae 1242, 12 Juni.

Rugerus dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. totumque Capitulum eiusdem Ecclesie. Vniuersis presens scriptum intuentibus, in perpetuum. Cum piis locis gratiam nostre benignitatis inpendimus fructum nobis diuine remunerationis credimus cumulari. Ad noticiam itaque omnium cupimus peruenire, quod *Rapoto Palatinus Comes Bawarie, de vxoris sue, et heredum* suorum concensu, omne ius illud quod habuit ratione patronatus, et fundi, et aduocatie in Ecclesia *Sighartschirchen*, pro remedio anime sue et progenitorum suorum de consensu et beneplacito domini *Gebhardi* bone memorie tunc venerabilis Episcopi Patauiensis contulit cenobio in *Boumburch*, quam videlicet donationem ad instanciam Eberhardi prepositi Boumburgensis ratam habuimus et in iure speciali, quod ad nos pertinet, gratiam concedentes specialem et statuentes ut prepositus qui pro tempore fuerit, Patauiensi Episcopo iam dicta Ecclesia vacante presentare debeat personam, ydoneam, quam Episcopus eadem ecclesia tenebitur inuestire et iam dictus prepositus eidem persone, in prebenda competenti et sufficienti debebit prouidere. Predictus vero Palatinus fide data promisit quod tam ipse quam heredes sui iam dictam Ecclesiam in Sighartschirchen a uiolencia et grauamine tueantur, in deo solummodo et sine omni questu temporali promittentes firmiter, quod Ecclesia illa seu plebanus Ecclesie

Digitized by Google

predicte, qui pro tempore fuerit, nec ab ipso Palatino nec ab heredibus suis occasione patronatus et fundi, uel aduocacie seu alicuius iuris aliquibus exactionibus et grauaminibus aliquo unquam tempore debeat molestari. Vt autem talis donatio perpetuum robur obtineat firmitatis, presentem paginam sigillorum nostrorum inpressione curauimus roborari. Acta sunt hec anno domini M. CC. XLII. in Ecclesia Patauiensi II. Idus Junij. Indictione XV. presidentibus et consentientibus fratribus de Choro.

LV.

Transactiones quatuor Rudigeri episcopi et Meinhardi Troestlini, de ecclesia Pataviensi optime meriti et uxoris suae Cunigundis de Zierberg, de pluribus feudis ex parte per mortem Friderici, ducis Austriae, vacantibus.

Ebelsberg 1248, 1 August.

Rudigerus dei gratia pataviensis Ecclesie episcopus. omnibus presentem litteram intuentibus innotescat, quod nos grata seruicia *Troestlini*, que nobis exhibere poterit aduertentes, eidem de feudo quod nobis ex parte *Ducis Austrie* uacare ceperit in Steineh, uidelicet aput prengerstorf, curiam, et citra redditus, XV. librarum, quos ei Sighardus de Grimenstein assignabit, et domine Chvnigundi uxori sue, titulo contulimus feudali. In cuius rej testimonium presentem litteram cum subnotatis testibus sibi damus. Sunt autem hij. Ditmarus prepositus sancti floriani. Gerhohus de Salzpurga. *ortolfus de Volchenstorf*, Siboto de Lonstorf. Waltherus de Tannenberch. Heinricus de Hartheim. Ortolfus et henricus de prisheche. Wolricus Chraier. Otto de chreich. Volr. de pehaimstorf. *Otto plebanus de linz*, et alij quam plures. Datum in *Ebelsperch*. Anno domini. M. CC. XL. VIII. Kalendis. Augusti.

LVI.

Pataviae, 8 Octob. 1248.

Ego Meinhardus Troestel cognomine vniuersis patere cupio, quod domino meo reuerendo Patauiensis Ecclesie episcopo Rvdegero conferente mihi et uxori mee domine chvenigundi de Zirberch, iure feudali tres curias villicarias uetustissime obligatas, talem conditionem concordi uoluntate interposuimus. ut si ego troestel et dicta vxor mea sine genitis simul heredibus decedamus, due dictarum curiarum, id est vna jn oftheringe. altera in Laeiderarinｇe ad usus ipsius uel cuilibet dicte Ecclesie tunc temporis episcopi reuertantur. tercia vero in Meishingen, ad usus dicte Ecclesie canonicorum redigatur. aut si pataviensis episcopus eandem sibi assumere uoluerit loco ipsius, XXV. libras Wienensis monete, pro quibus ipsam redimo dictis Canonicis reconpenset. nec oportebit dictas a nobis curias aliquomodo transferri nisi solius persone summa necessitate solummodo conpellente. Hoc etiam nostre conditioni firmiter annecto, quod dictis possessionibus ad dictam Ecclesiam iuxta formam premissam reuerens confraternitate ipsorum canonicorum mihi Vxori mee prestita nostri ad dominum mentio iugiter habeatur. Testibus subnotatis. domino *Ottone de Lonstorf.* et domino Gerlohò Canonico Patauiensi. Gebholfo. Marcwardo. Swirdo frvemesil. Walthero de tannenbech Gvndachero de ovd. Datum. Patauie. VIII. Idus. Octobris. Anno domini. Millesimo. CC. XL. VIII.

LVII.

1248. Pataviae.

Rudigerus dei gratia Patauiensis Ecclesie Episcopus, Omnibus imperpetuum salutem. Notum esse uolumus in futurum, quod nos attendentes fidelia obsequia *Meinhardi* cognomine *Troestel*, tam exhibita quam exhibenda, contulimus eidem et *uxori sue Chunigundi*, accedente consensu Capituli nostri, iure feudali quatuor Curias villicarias, vnam in Oftheringe, et alteram in Mishingen, et duas in Laidratingen, omnes ipsas tamen a nostris antecessoribus grauiter obligatas. et possessori autem in predictis infeudationj, talis conditio interponitur. quod si predicti sine simul genitis decedant heredibus, dicte possessiones ad usus dicte ecclesie reuertantur, et preter eam in Oftheringen, unam dictarum curiarum, in usus Canonicorum dicte Ecclesie cedat, uel saltim ipsam pecuniam, pro qua una istarum redimi cognoscatur. Sed nec aliqua alienationis potestas, ipsis infeudatis in ipso feudo promittatur. nisi *peregrinatio ecclesiastica* aut summa personarum necessitas id exposcat, in quibus articulis non sunt aliquomodo coarctandi. Hanc igitur dictorum feudationum sigillo nostro, et subnotatis testibus, in quorum hec acta sunt presencia, roboramus. Testes, Burchardus de evetr. Rappoto de Ezzenpach, Otto de Lonstorf, et Gerhohus Canonici Patavienses. Conradus decanus eiusdem ecclesie. Hadmarus de Wesen. Rvgerus everdinger. Rvgerus prveschinke. henricus de prishechen. Alkerus de Crumperch. Lupoldus de engelpoltstorf. perhtoldus de Altenperge. Wolr. de hovingen et alij quam plures. Acta sunt hec Patavie. anno ab incarnatione domini M. CC. XL. VIII.

Digitized by Google

LVIII.

Linz, 22 Maerz 1250.

Rudigerus dei gratia Pataviensis Ecclesie Episcopus, omnibus in perpetuum. Salutem in domino. vt ea que a nobis rite geruntur, rata semper in posterum conseruentur, volumus eadem interdum scriptis et testibus confirmare. Vnum omnibus in futurum notum esse uolumus, quod nos preterita et futura, fidelitatis obsequia Meinhardi cognomine Trostel attendentes, ipsi et uxori sue *Chvnigundi de Cierberch*, contulimus iure et titulo feudali, quatuor Curias villicarias, quas nomine et situ loci, exprimimus tali modo. Due dictarum Curiarum sunt in Strazze posite. tercia in levtingen. quarta in Rivte. que tamen omnes erant a nostris uetustissime graui mutuacione, antecessoribus obligate huic autem nostre infeudationi interponitur huiusmodi conditio. que si dictus Troestel, et uxor eius dicta sine simul genitis decesserint heredibus, dicte Curie ad usus pataviensis Ecclesie redeant absolute, nec dictis infeudatis aliqua liceat, nec obligandi aut uendendi, alienatio in dictis curiis, nisi summa personarum necessitas, aut ecclesiastica peregrinatio id conpellat. In huius rei testimonium et firmamentum, damus hanc litteram Sigillo nostro et inscriptione testium roboratam. Testes ditmarus domus sancti Florianj prepositus. Otto et Gerhohus canonici pataviensis ecclesie. henricus et Wernhardus de *Schovwenberch*. albertus Livtzman. Burchardus de Weir. Wlr. de lobenstain. Vlr. de *Kapelle*. Siboto et Arnoldus de lonstorf. heinricus et arnoldus *piber*. Gvndacherus de Oede. Cunradus de Chlingenprunne. Luipolt de hvbe. Otto de Chriede. Rugerus *prueschinke*. et alij quam plures. Datum in *Lintza*. anno domini. M. CC. L. XI. Kalendas aprilis.

LIX.

Bertholdus praesul fratribus S. Benedicti in Monsee omnia privilegia confirmat.

Maense, 28 August 1251.

LX.

Bertholdi confirmatio exemtionis capellae in Dornbach, ad asceterium D. Petri Juvaviae pertinentis.

1251. 28 Aug. apud Matse.

LXI.

Bertholdus episcopus coenobio B. Petri Salisburgi, Gebhardi, antecessoris sui, exemtionem capellae in Dornbach confirmat, quamquam abbas propter viarum pericula instrumentum ipsum praesentare nequivisset et in generali capitulo, nuper apud Viennam celebrato, omnibus, qui exemtionem aliquam allegarent, exhibitio tituli injuncta fuerit.

1251, 28 Aug. Matse.

LXII.

Digitized by Google

LXII.

Otto praesul varios libros e camera sua, abbatibus et pluribus capituli sui membris communicat.

Hos libros de Camera nostra concessimus. Magistro *Vlrico de Hartchirchen.* Instituta. Magistro Gotfrido de feodis quaternum. et quicunque uult. Capellano. *Esopum,* et alium libellum. ubi ratio loquitur homini. Preposito S. Ypoliti, ordinem judiciarium. Summam Reimundi. Sermones Innocentii. et alios sermones dominicales. Ab aduentu dominj, usque ad octauam pentecoste et Lapidarem. Item Summam titulorum magistri jofridi. Item Magistro Walchuno in S. Flor. II. libros. in uno uolumine Cantus canticorum cum duplici glossa. In alio uolumine formula uiuendi. cum aliis. Item domino Reinoldo sermones per se loquentes, sed pro memoriali dedit sermones *fratris Bertholdi.* Notum quod magistro. Hertwico concessimus... sancti Nicolai. et quendam librum *Decani* ubi tractatus *de plantatione arborum et herbarum* et aliarum rerum. Item summam vitiorum. Item abbati de *Altha.* Ysidorum ethimologiarum pro Cronica memoriali. Item dominus de Phrosdorf. habet Dyalogum Veg. et *Senecam.* Item abbati de *Gaersten* pustillas domini Hugonis super psalterium. Item dominis de *S. Nycol.* Summam uirtutum. Item dominus Otto Cantor Dyalogum et miracula beate uirginis et Cura pastoralis. Item Priori de *Lambach,* Sermones magistri danielis de ordine predicatorum. Item abbati de *Altha* ordinem episcopalem et quantitas de missa et opera beati Bernhardi. Notum quod in dominica populus Syon recommisimus. Sifrid. et Gebhardo Mutam Patauiensem cum omnibus debitis Eng.

Notum quod dominus Episcopus concessit domino. Alberti et priori de *Alderspach.* Summam uirtutum. et summam viciorum et sermones pro se loquentes. et Fri. Vlr. de *Linza.* quinquagesimam primam partem psalterij. Item magistro Vlrico. Instituta.

Digitized by Google

Item Magistro Hertwico Sermones in libro Nigro et Sermones Magistri Danielis. et Palladium. Item Magistro Conrado Decretum et Summam Decretorum.

Notum quod prepositus et Conuentus de Richersperge concesserunt mihi duos libros uidelicet. epistolas *Senece* et epistolas *Jeronimj*. pro quibus sibi uel illi pro memoriali. Sermones cancellarie. assignauimus. Item postillas super psalterium concessimus. ad S. *Florianum*. Ebergero et magistro Chunrado. Item eisdem. *Evangelium Nychodemj*. ad sanctum Nycolaum. ordinem Judiciorum. Item in Alderspach concessimus. Summam uitiorum. Item *Decretum rufum* habet Albero notarius. Item Abbati de Altah. Ysidorium ethimologiarum. Item libellum de mirabilibus Rome. Item Priori de *Lambach*. quaternos cum sermonibus magistri danielis. Item magistro Hertwico summam virtutum. Item eisdem. paruulum libellum rufum. Item preposito de S. *ypolito*. decretum et *decretales*. et tres alios uidelicet. solinum et themata et de tartaris et aliis multis.

C. Hos libros concessi de camera mea. Abbati de Alderspach. *Summam uirtutum*. *Summam vitiorum*. et *Sermones per se loquentes*. Item magistro Haertwico. Postillas *psalterii*. domini Hugonis. Item magistro Chunrado de Sancto Floriano. distinctiones super *cantica canticorum*. Item preposito sancti ypoliti Epistolas *Senece*. Item Magistro Vlrico *Instituta*.

LXIII.

Reconciliatio inter Ottonem episcopum et Ottonem Francum, civem de Efferding.

1254, 6 Junii apud Viechtenstein.

O. dei gratia Electus ecclesie Patauiensis. Omnibus presentem litteram inspecturis. Salutem in domino. Profitemur presentibus

et patefacimus vniuersis. quod cum *Otto Franco Ciuis in Euerdinge* gratie nostre se reddidisset quodam modo alienum. de consilio fidelium nostrorum, reformatus est nostre gratie sub hac forma quod inpromptu. X. libras. et III. Scaphia Siliginis. Patauiensis mensure, Patauie nobis solnet. Preterea *iudicium nostrum in Euerdinge.* cum omnibus suis attinentiis, ab Octava. Penticoste per spacium unius anni, pro XXXVI. libris. Wiennensibus. sibi locauimus tali pacto. quod renuntiauit omni iuri quod ex locatione dicti officii, per dominum. B. Antecessorem nostrum pie memorie, usque ad festum beati Mychahelis factam sibi competere confidebat. Vt etiam de sua nobiscum conmansione securiores simus quod a nobis non recedat, uel a nostris debitis obsequiis se subtrahat ulla uice. et cum *Marquardo Struma in Euerdinge* pro culpis preteritis amiciciam firmam seruet nec ab eo odiose sed per formam iuris repetat uel euincat. siquid contra eum habuerit questionis, domum in Euerdinge quam inhabitat cum omnibus suis attinentiis. Item domum quam aput Permitzlinum de *Welsa* comparauit. Item aream eidem Domui adiacentem. Item an dem Anger. III Areas. Item Aream quam possidet Heinricus Sibentrit. Item duas areas extra portam Ciuitatis. Item Aream quam Chunradus Zainarius possidet. Item duas mensas panum. Item Beneficium in Taubenprvnne. quod feodaliter possidet ab ecclesia Patauiensi. nobis obligauit. eadem nobis confirmando nichilominus prestito sacramento. In quorum rei confirmationem et testimonium presentem litteram Sigilli nostri munimine sibi damus. Datum. aput *Viehtenstein* anno domini Millesimo CC. L. IIII. VIII. Idus Junij.

Digitized by Google

LXIV.

Otto praesul locat officium judicii Patauiensis civitatis Heinrico Hutsmund.

Pataviae, 20 Junii 1254.

In nominè domini nostri Jesu Christi Nos dei gratia *Otto* Electus Ecclesie Patauiensis locamus tibi *Heinrice dicto Hutsmvndo* et Henrico primogenito tuo per presentes apices *Officium Judicii Ciuitatis nostre Patauiensis.* de assensu fratrvm nostrorum uidelicet capituli Patauiensis. et Ministerialium pro Summa pecunie, Quadraginta Marcarum puri Argenti. Patauiensis. ponderis. a festo Paschatis proxime venturo, usque ad unius anni spacium plena utilitate, saluo iure nostro sine questione qualibet, possidendum. Et si nos, quod absit medio tempore contingat non esse fratres nostri domini Canonici teneantur nobis, sicut promittunt in presenti sub pena dupli illud officium stipulatione legittima. defensare. Etiam si Successor noster noluerit stare pacto presenti. Preterea si te Heinricum. dictum Hutzmundum Judicem, uel Heinricum Primogenitum tuum contingat medio tempore naturali solui carne, Fridericus Gener tuus insolidum uobis postmodo ualeat Succedere in officio et redditibus Judicii prelibati. Hiis in testimonium nostrum Sigillum. et Capituli nostri, fratrvm nostrorum assensu duximus opponendum. coram testibus subnotatis. Sunt autem hii Diezo Scolasticus. Heinricus de Waeginge. Archidiaconus. Magister Gotfridus. Poppo de Mundreichinge. Canonici Patauienses. Otto Notarius. Waltherus de Tannenberch. Rapoto de Ezzinpach. Siboto de Lonstorf. Bertoldus de Heindendorf. Pilgrimus de Tannenberch. Manegoldus de Wesinberch. Ortolffus de Morspach. Heinricus de Radekke. Hademarus et Ekkardus fratres de Slehdorf. Ministeriales Ecclesie Patauiensis.

Digitized by Google

Chunradus Positor. Chunradus de Helingersperge. Christanus. Baldwinus Tulso. Chunradus Drihevptel. Heinricus et Herbordus filii Herbordi. Heinricus Irichaer. Lambertus posterior Judex. et alii qam plures. Acta sunt Patauie. Anno Dominice Incarnationis. Millesimo. CC. L. IIII. XII. Kal. Julii. Indictione. XII. Electionis nostre Anno primo.

LXV.

Jura fori ad S. Ypolitum ad ecclesiam Pataviensem spectantis.

Hec sunt iura fori nostrj in sancto ypolito. primum quod *Judex prouincialis* nullum debet habere preconem residentem ibidem in Ciuitate nec seruum. Item nullum debet captiuare in Ciuitate nec in terminis ciuitatis. uel captiuum ducere ad ciuitatem aut in illos terminos.

Item nulla pignora recipiet jnfra terminos dominj Episcopi et Ciuitatis et nulla foris accepta pignora ducet infra illos terminos. Item si aliquis morte condempnandus in Ciuitate detentus fuerit. Judex Ciuitatis contra ipsum. V. testes recipiet iudicando et postea assignabit. eum prouinciali iudici jn terminis Ciuitatis accinctum tamen cingulo et si iudex prouincialis nollet eum accipere ligabitur ad arborem uel ad sepem. Idem ius seruandum est in omnibus prediis dominj Episcopi pertinentibus ad sanctum ypolitum de morte condempnandis. Item siquis in minorj casu detentus fuerit ita quod non debeat morte condempnarj Judex Ciuitatis de summa Ciuium puniet eum. ligando et uerberando et ad maxillam propter notam conburendo. et sic absoluet eum. Item Judex prouincialis sine conquerente nullum debet facere detinerj per *iudicem ciuitatis.* Item Judex prouincialis assumet sibi iudicium in predijs domini Episcopi uel hominibus nisi

Digitized by Google

dominus Episcopus uel iudex suus nollet facere iudicium uel non posset. Isti sunt terminj Judicij Ciuitatis sancti Ypoliti versus Orientem. vltra Treismam et vltra Molendinum Ulr. in prato. Ad meridiem ultra ripam que dicitur Odelpady. Ad occidentem ultra fossatum quod laimgrvbe dicitur. Ad aquilonem ultra profundam viam.

LXVI.

Jura antiqua civitatis in Efferding.

Ista sunt *antiqua iura ciuitatis in Euerding*. ab arbore quadam piro iuxta inisam sita, usque ad locum illum, vbi fluuius uadit contra ciuitatem, iudicium specialiter spectat ad Episcopatum et infra terminum eundem simul cum insulis et ciuitate, nullus iudicum prouincialium habet potestatem iudicandi uel exactiones quaslibet faciendi. Item de omnibus uenientibus ad forum iudex Ciuitatis, cuiuscunque sint homines iudicabit, et omnes generaliter debent exsoluere thelonea, preter illi qui specialiter resident infra fossata castrorum dominorum de *Schovmberch*. Item nullus *iudicum prouincialium* habet potestatem iudicandi in possessionibus que uulgariter dicuntur *in Werteigen*, excepto eo si ibi fuerit fur uel homicida, ille assignabitur iudici prouinciali, sicut cingulo est ligatus. Sciatis etiam donec, quod iudex prouincialis homines uestros in insula residentes, conpellit sua placita uisitare et in possessionibus ibidem sitis, siue ad uos siue ad ecclesiam parrochialem in Euerding pertinentibus facta iudicia et exactiones, quod nunquam factum fuit actenus uel auditum.

Digitized by Google

LXVII.

Ottonis praesulis transactio de curia villicali in Niederstrass, hucusque ab Henrico Hofmann possessa cum Cunrado de Hartheim.

(Pataviae 11 Febr. 1255.)

LXVIII.

Henricus de Morspach ordinem hospitalis S. Johannis aut domus templi aut domus Teutonicorum ingressurus, subsidio Ottonis praesulis in pio proposito suffultus, Ortolfum fratrem vadem habet suscepti consilii.

Pataviae 12 Febr. 1255.

Omnibus presentes litteras inspecturis. *Ortolfus de Mortspach.* Salutem. Cum nichil certius morte. nichilque incertius hora mortis. karissimus frater meus H. de Morspach salubriter hoc adtendens. sueque cogitans saluti anime prouidere. dum potest ad ordinem fratrum *domus Theutonicorum* aut Hospitalis *sancti Johannis*, uel *domus Templi* deum habens pro oculis disponit firmissime se transferre domini mei. O. venerabilis episcopi Patauiensis ad hoc subsidium implorando. qui domini et avunculi mei. M. prepositi Patauiensis et aliorum dominorum et amicorum meorum affectuosis precibus inclinatus. ne dictus frater meus in tam salubri suo proposito ex aliqua leuitate sui animj claudicet forsitan et vacillet. equum unum et decem libras denariorum Patauiensium sibi dedit liberaliter attamen eo pacto, ut statim post receptionem equi

et denariorum predictorum ad dies. XIIII. ad unum dictorum ordinum omni excusatione et dilatione postpositis. debeat se transferre. et in eo suis domino deseruire diebus. non nisi in habitu, et cum litteris preceptoris uel *magistri Ordinis* in quo se receperit, testimonium sibi perhibentibus ad partes istas, et districtus infra Quinquenium rediturus. Et si dictus frater meus contra predictum venerit uel fecerit quoquo modo, tenore presenti profiteor sollempniter et protestor. quod me et omnia bona mea supradicto domino meo Episcopo pro I. libris denariorum Patauiensium voluntate libera et spontanea obligaui. Et ut premissa firma permaneant. presentibus duxi meum sigillum in testimonium apponendum. Actum Patauie. anno domini. Millesimo CC. LV. pridie Idus Februarii. coram hiis testibus. domino. M. de Waldekke. preposito. Al. Decano. Wer. Fratre meo. et domino Jrenfrido canonico Patauiensi. Walter de Tannberch. H. de Hartheim et aliis quam pluribus. *)

LXIX.

Ottonis antistitis infeudatio hubae in Wolfpassing circa Pleinting Conrado Setzer civi pataviensi indulta.

Pataviae 10 April. 1255.

---

*) Adest alia quoque charta, paululum amplior sed coram iisdem testibus exarata, eodem die anni immediate subsequentis.

Digitized by Google

LXX.

Otto episcopus, Bertholdi antecessoris debita erga Henricum Hutsmund pataviensem judicem agnoscit et judicium civitatis usque ad debitam solutionem illi pignoris loco permittit.

Pataviae 12 April 1255.

LXXI.

Otto episcopus Burcardo nobili de Weiern, possessiones, a Rudigero antecessore ab abbate Milstatensi comparatas in Steinkirchen et fere vastatas ad dies vitae suae in feodum confert. *)

Pataviae 6 Junii 1255.

O. dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. Omnibus presentem litteram intuentibus innotescat. quod nos profectui Ecclesie nostre intendentes. Dilecto amico nostro *Burchardo Nobili de Weiern* de consilio fidelium nostrorum, possessiones nostras et ecclesie nostre in *Stainchirchen* fere vastatas, quas venerabilis antecessor noster dominus Rudegerus, ab *abbate Milstatensi* comparauit. ad tempora uite sue tantum, siue heredes habeat siue non contulimus. tali pacto. quod post obitum ipsius, cum omnibus earum attinentiis et rebus aliis que ipso

*) Firmant hanc infeodationem sequentibus eiusdem anni chartis Heinricus Bavariae Dux et ipse Burcardus, heic comes de Grünbach dictus de Weiern vocatus, simul cum Rapotone de Ezzenbach fidejussorem se praebens pro Conrado, fratre Chersonis, ecclesiae pluries molesto.

die, per ipsum relicta in eisdem bonis fuerint. sine contradictione, et diminutione ad nostram Ecclesiam reuertantur. Jn cuius rei testimonium sibi damus presentem litteram. sigilli nostri munimine roboratam. Datum Patauie. anno domini. M. CC. LV. VIII Idus. Junii. Pontificatus nostri. anno. Secundo. Indictione XIII. *)

1255.

*) *H. dei gratia Dux Bavarie.* Omnibus presentem litteram inspecturis. salutem in domino. Notum vobis facimus. quod dilectus dominus et amicus noster. O. venerabilis Patauiensis Episcopus. Ecclesie sue intendens profectibus. dilecto fideli nostro. Burchardo nobili de Weiern. de consilio fidelium suorum, possessiones Ecclesie sue in *Stainchirchen*, *fere uastatas.* quas venerabilis antecessor ipsius dominus Rudgerus ab *abbate Milstatensi* comparauit ad tempora uite sue tantum. siue heredes habeat. siue non. contulit. tali pacto. quod post obitum ipsius, cum omnibus earum attinenciis et rebus aliis, que ipso die per eundem. B. in eisdem bonis relicta fuerint. sine contradictione, et diminutione. et heredum siquos habuerit, et aliorum qui sibi consanguinitate attinent precipue tamen *nobilis de Halse* impetitione, nec non absque omni impedimento nostro, et heredum nostrorum, ad ipsius Patauiensem Ecclesiam reuertantur. In cuius rei testimonium eidem domino Episcopo et sue Ecclesie presentem damus litteram. sigilli nostri munimine roboratam. Datum. anno domini. M. CC. LV.

Pataviae 1255.

Nos Burchardus Comes de Grünpach. dictus de Weiern. Litterarum presentium testimonio profitemur. quod dominus noster. O. venerabilis Patauiensis Episcopus. Ecclesie sue intendens profectibus. nobis de consilio fidelium suorum, possessiones Ecclesie sue in *Stainchirchen* fere vastatas. quas venerabilis antecessor ipsius dominus *Rudegerus* ab abbate *Milstatensi* comparauit. ad tempora uite nostre tantummodo. siue heredes habuerimus. siue non. contulit. tali pacto. quod post obitum nostram, cum omnibus earum attinenciis, et rebus aliis, que ipso die, per nos relicta in eisdem bonis fuerint. sine contradictione et diminutione. et heredum siquos habuerimus, et aliorum qui nobis *consanguinitate* attinent. precipue tamen *Nobilis de Halse* impetitione. ad ipsius Patauiensem Ecclesiam libere reuertantur. In cuius rei testimonium. eidem domino nostro Episcopo, et sue Ecclesie presentem damus litteram. sigilli nostri munimine roboratam. Datum Patauie. anno domini. M. CC. L. V.

1255.

Anno domini. Millesimo. CC. LV. In Octaua beati Stephani prothomartiris. Dominus *Purchardus de Weier.* Dominus Rapoto de Ezzenbach statuerunt se fideiussores pro Chunrado fratre Chersonis qui se nostre gratie quodammodo reddiderat exigentia suorum excessuum alienum, quod si ab Epiphania domini per annum restitutus gratie nostre aliquas insolencias probabiles committeret aut excessus. propterque indignacionem nostram *vel fame sibi communis* mercaretur *interitum.* predictus. P. de Weier. et. R. de Ezzenbach deberent sine dolo et dissimulationis qualibet materia, totis ad hoc uiribus intendere atque posse,

quod tunc ipsum *captiuatum* nostro examini uel iudicis nostri iudicio representent. Similiter et Hainricus Cherso frater dicti. C. nobis omnes res suas mobiles et inmobiles, et Otto de Holtzhaim. et Rvgerus fratres. XX libras denariorum Pataviensis monete pro sepedicto Ch. fideiussorie obligarunt ut si infra terminum supra diffinitum ac distinctum multociens dictus Ch. excesserit ut permisimus tramitem discipline. ipsi nobis in omnibus que prediximus sine contradictione qualibet teneantur.

LXXII.

Otto episcopus Alberoni Waller tres hubas in Gerchweis ad tempus vitae in feudum confert.

Pataviae 6 Junii 1255.

LXXIII.

Poppo canonicus et vicedominus Ottoni Judici de Straubing, Ottonis praesulis loco, pro certo debito satisfacere se spondet.

Pataviae 15 Junii 1255.

LXXIV.

Conradi comitis de Wasserburg confessio de praediis et juribus suis ecclesiae pataviensi concessis.

1255.

Notandum quod. *Ch. Comes de Wazzerburch.* confessus est coram viris ydoneis et discretis. pariter et honestis. quod in prediis siue feodis uel possessionibus, que *vrbar* dicuntur. quas tradidit Ecclesie Patauiensi. nullam conferendj haberet

Digitized by Google

ulterius facultatem. Item confessus est quod Popponem de Rehpochinge. et uxorem suam, cum heredibus ipsorum tradidit Ecclesie Patauiensi libere et solute. Item dictus Comes confessus est. quod dicto Popponi de villa *Grizpach*, iuxta Castrum *viehtenstein*, nichil contulerit. secundum quod idem. P. sepius fatebatur. Item confessus est, quod dictus. P. numquam montem Petlinsperge. dictum, ab eo in feodo possedisset. Item vschalchsdorf dimidiam Hubam, quam sibi non potui conferre. ad instanciam ipsius, dicto P. contulj, in qua eum de iure non possum, nec debeo tuerj. Item in Monte Bigelberch, dicto *Rosenhemerio* dimidiam hubam quam conferre non poteram. contulj. in qua non possum nec debeo eum tueri. Item dimidiam Hubam in Langingerdorf. dictus. P. a me in feodo non recepit. quod pertinet ad pueros de volchmarsdorf. Item in Langingerdorf dimidiam hubam a me non habuit in feodo. que pertinet ad heredes. Marguardj de Laufenpacher. Item hubam in Dornach quam Heinrico de Prukke contuli. quod de iure facere non potui. quam etiam relicta ipsius dicta Nellinge, contra ius possidet. Item predicta de Nellinge. nullum ius habet, in dimidia huba, quam in Ruprehtsperge possidet. Item aduocatiam in Aschenperge. quam domino. H. de *Wesen* contuli. quod de iure facere non poteram. in qua eum, uel suos heredes nolo nec de iure debeo tuerj. Item advocacias si quas ex proprio habui, que *aigenvogtai* dicuntur. Ecclesie Pataviensi tradidi et singulas in feodo habui. domino. Ch. Judici, et vlrico Simmano. et Rugero fratri suo pro LX. talentis in feodo dedi. quas ipsi per manum nostram domino *Gebhardo* Episcopo. pro CCC. talentis denuo obligarunt. Item omnes possessiones in Gaizhouen quas tradidi Ecclesie. nunquam conferendo postmodum ab Ecclesia alienaui.

Item omnes possessiones in Graeuendorf, quas dedi Ecclesie denuo nulli dedi. Item conpromissum est, in Dietmarum de Hugenberge. et Wernhardum de Pampach. de reddi-

Digitized by Google

tibus in Tutenpach. ut ipsi taxent. ut nobis in debitis nostris, pro redditibus. unius tal. XV talenta decidantur. Item dimidiam hubam in Grizpach sicut ex iure poteram contuli domino. D. de Hugenperge. in qua volo eum tuerj. Item promisi, et tenear satisfacere H. de aiglinge pro dampno quod in viehtenstein recepit. Item confiteor, quod. . de Noedernpach, in iure Castrensi in viehtenstein et in loco qui Pvel dicitur. nichil penitus. habet iuris. huius rei Testes sunt. Otto. Notarius. canonicus et Cantor Patauiensis. Gerhohus de Hvreimlinsperge. Siboto de Lonstorf. Rapoto de Ezzenbach. Waltherus et Pilgrimus de Tannberch. Hugo de Sauersteten. Wernhardus de pambach. Ditmarus de Hugenberge. Meinhalmus de Watzmansdorf. Wernhardus de Ynne. Vlricus de Preisekke. et alii quam plures.

LXXV.

Otto episcopus decimam ecclesiae suae in Radendorf Balduino Tulsoni obligatam exsolvit.

Pataviae 15 Junii 1255.

Notandum. quod nos. O. dei gratia Ecclesie Patauiensis Decimam Ecclesie nostre in Radendorf. a Paldwino. Tulsone, qui eam pro LX libris denariorum Wienensium obligatam tenuit. pro eadem pecunia absoluimus in hunc modum. quod uidelicet. sibi de decem libris wiennensibus, anno satisfecimus precedenti. Et pro Ottoni filio quondam *Judicis de Strubinga.* in XXVIII libris *Ratisponensibus.* et W. dicto *Guffaer ciui de. Chrems.* in XI libris *Wiennensibus* tenebitur. petiuit a nobis, ut eisdem pro ipso de dicta pecunia satisfacere deberemus. reputans sibi per hoc nos de suis debitis satisfacere per omnia. et ad plenum. quod et fecimus. nos. predictis. O. de

Digitized by Google

Strubinga. in XXVIII libris Ratisponensibus et W. dicto Guffer in XI libris Wiennensibus, pro ipso satisfacere permittentes. Sed cum idem. W. Ciuis de Chrems dictis. XI libris vsuras asserat accreuisse. ne plus cogeremur soluere quam oportet. dictus Paldwinus Tulso, una cum vxore sua singula que proprietatis, obligationis aut feodi titulo possident. nobis pro usuris que accreuisse poterunt obligarunt. Datum Patauie. anno domini. M. CC. L. V. XVII. Kal. Julij. Pontificatus nostri. anno Secundo.

LXXVI.

Otto episcopus possessiones certas Ottonis de Morspach speciali pacto transfert in Ottonem filium Ottonis et ejus uxorem filiam Ratoldi de Teisbach.

1255. 16 Junii.

LXXVII.

Otto episcopus vice Conradi comitis a Wasserburg absolvit bona, super quae Leutoldus Sauerstetter dicto comiti obligationis titulo commodavit.

Pataviae 24 Julii 1255.

LXXVIII.

Ottone episcopo existente in Obernberg, Ernwicus de Salharn cum sociis pluribus, datis simul fidejussoribus, fidem et amicitiam illi adjurant. (Alia quoque adest eiusdem diei fidejussio in omnibus fere conformis.)

Obernberg 1255. 7 Oct.

Digitized by Google

LXXIX.

Otto de Morspach omnia castra et omnes proprietates suas ecclesiae pataviensi ipsemet adjudicat, si denuo debitae fidelitatis immemor, manum ad injurias illi inferendas extendat.

Pataviae 1255.

LXXX.

Albero Waller fatetur, se ab Ottone Praesule tres hubas, sibi hucusque impignoratas, ad tempus vitae obtinuisse.

1255.

LXXXI.

Ottocarus rex monasterio s. Crucis cisterciensis ordinis, ab Hungaris et Cumanis saepius devastato succurrens, tradit eidem ecclesiam in Aland.

18 Dec. 1255.

O. dei gratia, dominus Regni Boemie. Dux austrie. Marchrauius Morauie. etc. Cum progenitorum nostrorum vestigiis et piis bonorum operum exemplis. debeamus. et velimus feruentius inherere. huiusmodi studijs prouocati. *Ecclesie sancte Chrucis que ab Hungaris et Paganis grauius et frequentius*

Digitized by Google

est vastata. duximus succurrendum. donando et conferendo Fratribus ibidem deo famulantibus, Ecclesiam in *Alacht.* ut ius presentationis et patronatus, in ea libere et legitime debeant possidere. prout nos illud ratione *vxoris nostre* iusto titulo noscimur possedisse. vt autem hec nostra donatio ipsis maneat inconuulsa. presentem eis paginam conscribi. et sigillo nostro fecimus communirj. Actum etc. XV. Kal. Jan. (18 Dec.)

LXXXII.

Otto episcopus monasterio S. Crucis Cisterciensis ordinis confirmat jus patronatus ecclesiae in Aland, ab Ottocaro rege eidem collatum.

1255.

O. dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. Omnibus hanc litteram inspecturis. Salutem in domino. Cum ex debito officii pastoralis, omnium Ecclesiarum debeamus merito intendere utilitatibus. et sollicite prouidere. eis tamen debemus. et volumus. in hac cause gratia prompciores quos in sancte religionis preposito. ac hospitalitatis bono feruentius cernimus desudare. Ea propter dilectis in Christo. abbatj, et Conuentui *sancte Chrvcis*, ius patronatus Ecclesie in *alacht* quod ab jllustri Principe Austrie. *Otakaro* domino Regni Boemie. eis, pro pace et quiete sui Cenobii est collatum. auctoritatis nostre munimine ipsis duximus confirmandum. Ita tamen quod in dicta Ecclesia persone Ydonee presententur. que nobis nostrisque Archidiaconis ac Decanis, iura debita in omnibus studeant conseruare. Actum anno domini M. CC. LV. Pontificatus nostri anno Secundo.

LXXXIII.

Digitized by Google

LXXXIII.

Otto praesul judicibus et mutariis suis circa Oenum vel Danubium injungit, ut sales, quos fratres S. Crucis annuatim recipiunt de elemosina Salzburgensis ecclesiae, sine omni exactione transire permittant.

1255.

LXXXIV.

Otto praesul confirmat Rudigeri antecessoris chartam de decimis vini in Crems et Stein, civi pataviensi Conrado Setzer impignoratis.

Pataviae 1256. 3 Jan.

LXXXV.

Transactio inter Ottonem praesulem, Ortolfum de Tobel et fratres de Hadmarsawe.

Pataviae 21 Jan. 1256.

O. dei etc. Orta et durante diutius inter dilectos nobis S. et H. fratres de Hadmarsah. ex una parte. et Ortolfum de *Tobel*. ex altera. super feodis apud *Chunighsprvnne*. quod sibi collatum a domino, et antecessore nostro. R. quondam Episcopo. pars utraque asseruit. materiam questionis. nos tandem

Digitized by Google

post plura edicta. in locis etiam statuta diuersis certum diem et peremtorium, partibus duximus statuendum. in quo dicto Or. personaliter. parte vero altera nec per se nec per alium conparente. idem Or. permultorum et meliorum Ecclesie nostre ministerialium sententiam ac approbationem huiusmodi sententie subsecutam possessionem dicti feodi sibi assignari obtinuit. in iudicio coram nobis. quam et nos assignari eidem. Or. mandauimus et precepimus. prout ad nos spectabat. et exigebat iuris ratio per nostrum nuncium, nostras super hoc litteras sibi dantes. Datum Patauie. XII. Kalend. Februarii.

Pataviae 21 Jan. 1256.

Item Notum. quod Ortolfus de Tobel. siue de Charesteten. promisit fide data uice sacramenti. nobis a Pascha proximo infra II. annos. *Turrim edificare in sancto ypolito.* altitudinis. que vulgariter dicitur *zwaier gaden.* Item *copulabit filium suum alicui mulieri de familia Ecclesie.* secundum consilium domini M. Tumprepositi. Domini Popponis. domini S. de Lonstorf. et H. de Hartheim. Item faciet super feodo in Chunighprvnne ad consilium predictorum. Acta sunt hec Patauie. anno domini. M. CC. LVI. XII. Kalend. Februarii. Testes. hii. M. Tumprepositus. P. canonicus et Vicedominus. S. de Lonstorf et H. de Hartheim. Perh. de Haidendorf. R. de Prante. Walfingus de Tegernpach. et alij quam plures. —

Digitized by Google

LXXXVI.

Complacitatio inter Ottonem praesulem, Ortolfum de Volkersdorf, Christianum et Heinricum Hutsmund, judicem, cives patavienses, de diversis debitis, praesertim ratione aedificiorum novorum in castro Ebersberg. *)

Pataviae 1256. 12 März.

---

*) Accessit eodem die charta Henrici judicis et universitatis civium patavien-sium, quomodo in casum, quod Otto praesul ante dictorum debitorum solutionem e medio sublatus fuerit, circa futurum pontificem intendere debeant? — et 11 Junii 1258 charta Ottonis de Volkersdorf, absolvens episcopum et ecclesiam patavienscm de omnibus debitis pro redemptione castri Ebersberg, eiusdem Hofmarchiae et aliis praetentionibus.

Anger (prope Passau) 11 Junii 1258.

Ego *Ortolfus de Volchenstorf* profiteor. et notum facio vniuersis quod dominus meus Otto venerabilis Patauiensis Episcopus de omnibus debitis in quibus ipse et Ecclesia Patauiensis mihi tenebatur, tum pro redemptione *Castri in Ebelsperch* et Possessionum eiusdem *Hofmarchye*, tum etiam pro victualibus meis, et alias qualitercunque mihi usque ad sexcentas libras Wiennenses in quibus adhuc remansit debitor integraliter satisfecit. Quare omnes fideiussores quos mihi statuerat, pronuntio absolutos. Et quia de predictis sexcentis libris. CC^{tas} et L. libras pro quibus Rugerus de Prante decimam in *Naerden* sibi me asserit obligasse. et pro Chunrado de Stainchirchen Centum libras mihi nititur defalcare. super eisdem quando ad ipsum venire commode potero secum tractabo secundum iusticiam uel gratiam et amorem. In cuius rei testimonium presentem litteram Sigillo muniuj proprio cum testibus subnotatis. Qui sunt hij. Poppo vicedominus. *Ulricus de Styria*. Gundakarus de Sauersteten Canonici Patauienses. Heinricus de Merswang. Dittricus de Volchenstorf. Bertoldus de Haidendorf. Cristanus ciuis Patauiensis. Heinricus filius judicis et alij quam plures. Datum in Anger. Anno domini M. CC. LVIII. III. Idus Junij.

Digitized by Google

LXXXVII.

Ottonis praesulis mandatum Commendatori et Vicecommendatori domus Theutonicae Viennae injunctum, de pecunia quadam nuntio et procuratori apostolico solvenda.

Wiennae 13 Martii 1256.

O. dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. Dilectis in Christo fratribus. *Comendatori et Vicecommendatori domus Theutonice in Wien.* et fratribus eiusdem domus, tam presentibus quam futuris. salutem et fraternam in domino Karitatem. Cum super inpetitione, venerabilis patris domini. p. sancti Georgii ad velum aureum Dyaconj Card., cum magistro. W. canonico sancti Dyonisii Leodiens. nuncio et procvratore ipsius duxerimus concordandum. taliter, quod bona voluntate et mera liberalitate Nuntium ipsum de aliis omnibus super quibus nos inpetebat, expeditum sufficientem, ad captandum ipsius Card. fauorem et benevolentiam, in tribus marchis aurj, quas aput vos deposuimus, cupiamus deseruire. volumus et mandamus. quatenus ut cum vobis per patentes predicti Card. litteras, vobis missas, et Nuntio suo etiam patentes constiterit. quod idem Card. conpositionem huiusmodi inter nos factam ratam et gratam habuerit. pecuniam eandem prefato magistro. Wilh. canonico, sine more suspendio assignetis statim per uestras litteras patentes ipsum certificetis quod nullo interueniente obstaculo quin post receptionem litterarum domini Card. eandem sibi pecuniam assignetis protestamur presentibus, quod nec nos, nec aliquis ex parte nostrj super eadem pecunia vos extunc attemptabit aliquatenus inpetendos. Datum Wiena feria. VI. post festum beate Lucie. anno domini. M. CC. LVI.

Digitized by Google

LXXXVIII.

Otto praesul translatis in Bertoldum de Haidendorf decimis, Reutzehent dictis in parochia Kammer, injungit parocho officium jura ista omni modo, censuris etiam ecclesiasticis custodiendi.

Pataviae 13 April 1256.

O. dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. . . Plebano in Chambarn. salutem in domino. Cum nos dilecto fideli nostro domino Berhtoldo de Haidendorf Decimam noualium, que Reutzehent dicitur et nos contingit. per totam tuam parrochiam iure contulerimus feodalj. petimus et in uirtute sacre obedientie districte tibi mandamus. quatenus ad eandem decimam colligendam. sibi cooperari debeas toto posse. Contradictores et rebelles ad solutionem debitam, et ne ipsum inpediant nostra auctoritate per censuram Ecclesiasticam et subtractionem diuinorum districtius conpescendo. Datum Patauie. anno domini. M. CC. LVI. Idus aprilis.

Ego Berhtoldus de Haidendorf confiteor per hoc scriptum. quod dominus meus. O. venerabilis Patauiensis Episcopus. decimam noualium in parrochia Chambarn, numquam mihi contulit feodaliter. sed ipsam mihi, ut eam ad usus et potestatem transferrem Patauiensi Ecclesio tantummodo recommisit. Datum Patauie. anno domini. M. CC. LVI. Idus aprilis.

Digitized by Google

LXXXIX.

Defuncto Eberhardo decimatore pataviensi in Stein, Otto episcopus ipsius munus certis legibus transfert in eiusdem filium, testantibus Gozzone judice et universitate civium in Crems et Stein.

Stain 14 Mai 1256.

Nos Gozo Judex Chremensis. et vniuersitas Ciuium ibidem. et in Staein. profitemur publice per hoc scriptum. quod defuncto Eberhardo. Decimatore domini. O. venerabilis Patauiensis. Episcopi patris nostri in Christo, apud Staein. inter ipsum dominum nostrum Episcopum ex una parte. et Relictam et heredes ipsius Eberhardi defuncti ex altera. super Decimis et aliis subscriptis, que ab Ecclesia Patauiensi habuerat. talis partibus acceptantibus, et nobis presentibus interuenit contractus per omnia in hec uerba. Nos *Otto* dei gratia ecclesie Patauiensis Episcopus hujus scripti testimonio, notum facimus vniuersis. quod defuncto *Eberhardo decimatore nostro in Staein* ad consilium dilectorum in Christo fratrum Capituli nostri, qui nobiscum aderant. nec non Ministerialium. ecclesie nostre. Subscriptas Decimas vna cum curia Decimali quas ibidem a nostris predecessoribus habuit. Eberhardo filio suo contulimus ad tempora uite sue. sic videlicet. ut in eisdem Decimis post obitum suum. nullis suis heredibus, si quos forsan ad futurum habuerit. vniuersisque coheredibus suis. fratribus, Sororibus, vel Matri quicquam iuris habentibus, cui etiam si quod habuerunt renunciauerunt libere, nobis nostrisque successoribus, de illis quod placuerit liceat ordinare. Sunt hee vero Decime. *Ozeinstorf. et Walthersdorf. Valchenberch et Decima, que adiacet Castro Schoennberch.* Item *Zeizzelberch*,

Digitized by Google

Gobatsburch. Grauendorf. Item *Mistelbach* medietas decime. Item *Schilttarn* medietas Decime. Item *Didze* medietas Decime. — Item in *Minnebach. Senftenberch et Rehberch* medietas decime. Item in *Radendorf* et *adiacentia Ciuitati.* similiter medietas Decime. Item in Egelse medietas decime. Item *ius Ciule in Wachowe* quod soluit duo talenta. De prescriptis uero Decimis nos IIII^{or} talenta. et LX^{ta} denarios soluere tenebitur annuatim et colere vineas quas habemus in *stain* iuxta Curiam Decimalem. Ceteram Decimam in *Lengenvelde* prefato Eberhardo contulimus similiter ad tempora uite sue. De qua nobis soluet. Caraddam vini vase annis singulis expeditam. Et quia solitum est ut beneficia debitis obsequiis conpensentur et maxime talibus quod iuris et usus ratio conprobat ex antiquo. ea quibus nobis deseruire tenemur, presentibus uolumus interclvdi. Que sunt ista. Procuratores nostros vini. decimam colligentes, vno tamen Curru cum omni alio apparatu tenebitur expedire. Amministrans duobus seruis expensas medio tempore preter vinum. Si vero Decimam alii locauerimus. eundem in nullo tenebitur expedire. Item omnia vasa nostra tam pro uino Decime quam vinearum. dum modo sibi assignata fuerint. tenetur conburere et nostros procuratores pro vindemio in apparatu quolibet expedire. Item de vineis quas nobis excolit ius recipiet vinitoris. Item dum noster Nuntius cum equo uel preter Equum adipsum uenerit. eundem procurare in sero tenebitur et in mane. Item Culti vini nostri Collectores. expediet in victualibus tantum similiter et eos qui prefuerint torculari. Nos quoque dum ad ipsum venerimus in lectistriniis straminibus et ceteris proposse suo tenetur recipere. debita honestate et seruire tanquam bone memorie pater suus. Ad hec Relicta ipsius. E. defuncti cum suis heredibus omni actioni et juri. que in domo nostra noua in Curia Decimali erecta a latere domus prepositi. et fratrum in Walthvsen sibi vindicabant. Renunciauit spontanea voluntate. sic. quod ad predictam Decimalem nostram

Curiam pertineat pleno iure. et hoc fecit ad nostram gratiam et fauorem. Ad maius quoque et euidentius omnium premissorum indicium prefatus. E. cui decimas contulimus memoratas tenetur et promisit firmiter vni de familia Ecclesie nostre. que sibi conpetens fuerit et amicis suis placuerit matrimonialiter copulari. quod si non fecerit. omnia que prediximus nobis et ecclesie nostre ipso facto et iure vacabunt. Preterea de Decimis nostris et aliis supradictis sibi aliquid in pignore uendere aut commutare uel alienare a nostra ecclesia quolibet alio alienationis tytulo non licebit. Et ut hec omnia permaneant inconuulsa presentem paginam conscribi et sigillo nostro communiri iussimus. cum testibus subnotatis. Sunt hii vero testes. Mingotus prepositus Magister Gotfridus. Irnfridus Decanus Chremisensis. canonici Patauienses. H. de Vihoven. Walthervs de Tanneberch. Perhtoldus de haidendorf Ministeriales. Gozzo Judex. Walchvnus Wrko. Helmwicus prehtlo scriba. Wipoto sartor. Sifridus pistor. Ciues de Chrems. Seveldarius. Rimbertus aput gradum. Neuchomen. Albertus hevzingarius Heinricus scriba. Hugo cellerarius. Otto filius haistolfi. Heimricus frater suus Haistolfus. fridricus filius Ottonis. Hiltperus. Haitfolchus. Alhardus et alii quam plures. Actum in staein. in nostra Curia Decimali. Anno domini. M. CC. LVI. pridie Idus maij pontificatus nostri anno III° Indictione. XIII. Ne vero aliqua prescriptorum possint uel debeant in posterum aliquomodo commutari presentem litteram ad instantiam sepedicti domini nostri Episcopi conscribi iussimus et sigillis communitatis Ciuium in Chrems et in staein. in horum testimonium communiri. Datum in *staein. in Curia Decimali.* Anno domini. M. CC. LVI. Pridie Idus Maij pontificatus domini O. Patauiensis Episcopi. Anno. III°. Indictione XIII°.

XC.

Marquardi Preuhauer de Allhardsberg confessio de feudo nuper ab ecclesia pataviensi recepto in Rudnich, pertinente ad Hofmarchiam in Gleufs.

Sittanstetten 1256. 3 Junii.

XCI.

Compositio inter Ottonem praesulem et Schaumbergenses fratres, Henricum et Wernherum, cointrante simul Wokone de Rosenberg.

1256 24 Junii.

Nos. O. dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. Vniuersis hanc litteram inspecturis volumus esse notum. quod durante inter nos ex una parte, et *H. et Wer. fratres de Schaumberch* ex altera super negotio Wern. de Schoumberch junioris lite et materia, questionis licet in nullo nos teneri profiteremur eisdem talis tamen forma super illo est de consensu partium adinuenta. desiderantes ipsos per hoc nostris et Ecclesie nostre obsequiis tantum fideliter adaptare. elegimus siquidem pro parte nostra dilectum in Christo fratrem, M. prepositum Ecclesie nostre. Ul. de Lonstorf. et Ul. de *Capella* uel pro ipso alium *parem eidem* si uenire noluerit. pro parte vero dictorum fratrvm, S. piburc, M. Trostlinus. et H. dapifer sunt electi. qui a proxima dominica post festum Johannis Baptiste ad quatuor ebedomadas *Lintzam* intrabunt terminaturi caussam eandem ut arbitri bona fide. De qua

cunque vero parte electi arbitri non venerint ipso die nisi forte aliquis detineatur impedimento legitimo pro eo etiam tunc par eidem mittetur, domino preposito. et Ul. de Capelle saluis autem parti alteri in CCCC^{tis} talentis pene tenebitur ratione. Predicti vero Nobiles vna cum domino *wokone de Rosenberch* nostris arbitriis procurabunt securitatem conductus Lintzam veniendi, standi et etiam redeundj. ubi etiam qui de parte predictorum fratrvm uenerint cum ipsis remanebunt tamdiu inde nullatenus exituri, donec predicta causa fuerit terminata se aput locum alium aliquem si secure Lintzam intrare non poterunt, sub forma eadem recepturi. Siqui vero arbitri ante causam terminatam exierint a loco quo intrauerint hic de cuius parte fuerint in. CCCC^{tis} talentis erit alteri obligatus. ceteris arbitriis statim nichilominus exituris. Statuta sunt insuper hec CCCC^{ta} talenta. solui infra tres menses cum promissum huiusmodi fuerit uiolatum. Ne autem hec mutua promissio possit aliquomodo inmutarj presentem litteram sigillo nostro iussimus communirj. actum anno domini. M. CC. LVI. VIII. Kalend. Julii.

XCII.

Arbitrium Ottonis praesulis inter praepositum capituli sui et Conradum plebanum de Zell Juvaviensis dioeceseos super ecclesiam in Hurwen, redditibus, damnis et expensis.

1256. Pataviae.

Digitized by Google

XCIII.

Woko de Rosenberg, Wittigonis filius, fidelem se spondet pataviensis ecclesiae vasallum et provicarium.

Pataviae 10 Jan. 1257.

tulimus *titulo iuris censuarij*. videlicet pro XXII. *metretis noualium dictis. Revtmezen annis singulis persoluendis* ex parte nostra libere et pacifice possidendum. Insuper Alramus dictus Fvzelo et Chunradus filius Rudlonis aput portam *burgenses nostri* in sancto ypolito coram nobis fide data promiserunt. quod dictum Berchtoldum seruarent loco prefati Ortolfi aput quem eundem Agrvm suis denariis conparauit indempnem ab omnibus laboribus succumbentibus et expensis, ita tamen quod iidem Alramus videlicet et Chvnradus sua exponerent pro defensione prenotati Berchtoldi siqua contra cum de supradicta collatione agri calumpnia oriretur. Huic collationi intererant testes idonei subnotati quorum nomina sunt hii. H. venerabilis Prepositus sancti ypoliti. Poppo vicedominus. Heinricus de Merswanch. Chunradus de Schawig. Chunradus iudex. Fridericus noplo. Wernhardus de Yin. Hainricus officialis sancti ypoliti Paganus. Vlricus in Turri. Chunradus Winspergerus. Rudlo aput portam et alii quam plures. *In* cuius rei testimonium Sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum aput sanctum ypolitum anno domini. M. CC. L. VIIII. X. Kalend. Aprilis.

CXXXIV.

Transactio de castro Haichenbach inter Ottonem episcopum et Wochonem de Rosenberg, mareschalcum Bohemiae.

Wien 16 April 1259.

Ego *Wocho de Rosenberch Marschalcus* Notum facio vniuersis, quod inter venerabilem dominum Ottonem patauiensem Episcopum, et me super castro Haichenbach et suis attinentiis per

per discretos uiros *Chadoldum Orphanum Ottonem de haselowe* Ottonem de *Meissowe* Chunradum de Caekking et Heinricum de Merswanch in quos ex utraque parte sponte conpromisimus, terminatum est amicabiliter sub hac forma quod idem dominus Episcopus dabit mihi Centum et quinquaginta libras denariorum Wiennensium et duodecim Marcas argenti, infra Natiuitatem dominj proxime nunc uenturam. vel conferet mihi vice dictarum Centum et L. librarum viginti librarum redditus si medio tempore vacare ceperint. Si autem predicte centum et L. libre mihi assignate fuerint, et non redditus, conparabo pro illis viginti libris redditus, uel tandem de meis proprietatibus dabo Ecclesie Patauiensi in proprium et illas a predicto domino Episcopo recipiam titulo feodalj. Castrum autem in Haichenpach cum omnibus que aput Rudlinum de Haichenpach conparauj, eidem restituam integraliter in instantj. nec de cetero ibi vel alibj *in Comicia uel districtu Patauiensis Ecclesie* aliquid conparabo uel acquiram sine speciali licentia dominj Episcopj et consensu nec munitiones aliquas faciam, et fidelitatem eidem Ecclesie uel Episcopo perpetuo obseruabo, nec eam uel eum in aliquo molestabo. Ministeriales etiam et alios fideles ipsius ab ecclesia ad meum seruitium non uocabo nec traham aliquomodo nec fouebo eos in suum et Ecclesie dispendium. sed si aliquis gratiam suam demeruerit, illum sibi amicabiliter sine dampno Ecclesie in quantum potero reformabo. In cuius rei testimonium presentem litteram Sigillo meo communirj fecj cum testibus subnotatis. Qui sunt Hij. *Sifridus. Orphanus. Heinricus de Lichtenstein.* Vlricus de Lobenstein. Vlricus de *Capelle.* Berhtoldus de Haidendorph. Vlricus de Vihouen. Rugerus *Proschinche.* Gerbertus Johannes de Merswanch. Heinricus de Radekke. Eberhardus di Veuhtenpach Vlricus de Preisekke. et alij quam plures. Datum *Wienna* anno domini M. CC. LVIIII. XVI. Kalend. Maij.

CXXXV.

Compositio inter Ottonem praesulem et Ottonem de Meissau de quadam decima et certa pecuniae summa.

Wiennae 16 April 1259.

CXXXVI.

Ottocarus rex relaxat civibus D. Ypoliti annuam pecuniae summam, viennensi judici persolvendam et iterum recipiendam a mercatoribus de Wilhelmsburg, Kilb, Losdorf, Melk, Ips et Pechlarn, pro facultate pannos coloratos Viennam ducendi.

18 April 1259 apud Wiennam.

Nos *Otakarus dej gratia Dominus Regni Boemie. Dux Austrie et Marchio Morauie.* Judicj et Ciuibus ad Sanctum ypolitum In perpetuum. Volentes non solum nostros, immo potius nostrorum subditorum qui mente sincera et animo indefesso nostris insudant iugiter obsequiis et honori totis viribus promotionibus et utilitatibus intendere corde bono, et in hijs maxime que continent iustitiam et sapiunt equitatem. Ecce fidelibus nostris vobis et vniuersis successoribus *uestris Ciuibus in sancto ypolito* instructj per veritatis noticiam et nostros fideles quam plures. quod nobis possit commodum generare Tria talenta denariorum et dimidium Talentum denariorum que annis singulis *Judicj Wiennensis Ciuitatis* persoluere debuistis, et illa recipere a *Mercatoribus de Wilhalms-*

Digitized by Google

purch de Chuleub de Lastorph de Medlico. de Pechlarn et de Ibsa pro eo quod uobis et ipsis licitum esset *pannos in Wiennam ducere coloratos* relaxamus. et a solutione predicta perpetua de nostra Munificentia vos et omnes successores uestros Ciues in sancto ypolito reddimus absolutos. Presertim cum dictos pannos ad Ciuitatem Wiennensem ut erat solitum non ducatis. et cessante causa effectus quiescere merito debeat et cessare. Et ne in posterum super premissis inquietari possitis ab aliquo uel turbarj, presentes litteras uobis damus Sigilli nostri robore in testimonium communitas. Actum anno dominj Millesimo CC. LVIIII. Datum per manum Magistri Arnoldj Prothonotarij nostri aput *Wiennam*. XIIII. Kalend. Maij.

CXXXVII.

Compositio litis de quibusdam decimis inter Albertum Cellarium plebanum in Engelhardszell et nobiles de Waldeck, Ottonem, Ortolfum, Meingotum et Heinricum. *)

Pataviae 29 April 1259.

CXXXVIII.

Otto praesul panificibus urbis Pataviensis libertates a Gebhardo antecessore concessas confirmat et auget.

Pataviae 2 Julij 1259.

Otto dej gratia Patauiensis Ecclesie Episcopus Uniuersis presentem litteram inspecturis Salutem in domino. Predeces-

*) Firmavit Otto praesul eodem die sub iisdem testibus.

Digitized by Google

sorum nostrorum indulta priuilegia rationabilia et concessas gratias mutare uolentes aliquatenus notum facimus vniuersis, quod concessam per dominum *Gebhardum* predecessorem nostrum bone memorie *panificibus in Patavia* gratiam iuxta quod in ipsius instrvmento continetur, plenius eisdem auctoritate presentium innouamus et etiam confirmamus. addentes quod nullus panificum in uenditione panis usque post triduum quicquam addat. et si fecerit judex cum duobus ciuibus et duobus panificibus considerabit panem eundem. quem si inuenerit dignum pena ordinabit sicut expedire uiderit forum de illo et recipiet duodecim denarios pro emenda. quod statutum non solum in *ciuitate* sed et *ultra Pontem* et jn *Iltscha* uolumus et precipimus obseruarj. Item statuimus ut nisi super mensas Panum que uocantur Etische panem aliquis audeat uendere uel presumat sed ubicunque alias inuentus fuerit Judex dabit panem ad hospitale pauperibus et a Panifice qui panem dedit, recipiet. XII. denarios. et a uendente similiter. XII. *denarios* pro emenda. Statuimus etiam ut nullus in ipsorum intret uel intrare possit consortium sine eorum optima uoluntate. Preterea iura et consuetudines quas a suis obtinent progenitoribus ipsis seruarj uolumus de cetero inconuulsa. Primum ut siquis indoctus Panifex esse voluerit, dabit nobis sex libras denariorum. et ipsis Panificibus sex libras denariorum et vrnam vinj. Judicj duas libras denariorum et preconibus unam libram cuius etiam pueri quos ante habuerit, nichil habent iuris in panificio sed quos postea generabit. Item heredes dictorum panificum dum panifices esse voluerint dabunt Judicj tamen XXXVI. denarios. et panificibus vrnam uinj nec filie ipsorum que absolute nupserint, et pueri illegitimi habebunt in panificio quicquam iuris. In quocunque autem quis panem. venalem ad ciuitatem duxerit Naui uel curru in eodem mandamus et statuimus ut uendat in toto. nec inde venditionis causa ad locum alium audeat deportare. Et ne super premissis uel aliquo premissorum dicti panifices grauentur in posterum,

Digitized by Google

presentes litteras sigillo nostro munitas, ipsis dedimus in testimonium cum testibus subnotatis. Qui sunt hii. Meingotus prepositus. Otto Cantor Canonicus. Otto de Trvna. Siboto de Lonstorf. Berhtoldus de Haidendorf. Waltherus de Tannberch. Heinricus de Hartheim. Heinricus Judex Herbordus filius domicelle. Prennaerius Heinricus de Prukke. Albero Sartor. Fridericus de helingensperg. Albertus Gerwaer. Vlricus panifex. Heinricus dictus Snabel. Otto panifex. Vlricus filius Engelbertj. Rugerus dictus Sprvnch. et alij quam plures. Datum Patauie. anno dominj Millesimo. CC. LVIIII. VI. Nonas Julij Pontificatus nostrj anno Sexto.

CXXXIX.

Otto de Holzheim civis pataviensis non exsolvat Steuram cerevisiae cum aliis braxatoribus.

Pataviae 19 Julij 1259.

Nos Otto dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. notum facimus vniuersis quod dilecti fidelis nostri Ottonis de Holzheim Ciuis Patauiensis deuotionis merita adtendentes eidem hanc gratiam facimus specialem. quod a *Braxatoribus Ciuitatis nostre* taliter sit exceptus ut diebus uite sue et nostris temporibus nobis *non soluat steuram ceruisie* cum eisdem. quam nec ab ipso singulariter repetemus. In cuius rej testimonium etc. Datum Patauie anno domini. M. CC. LVIIII. XIIII. Kalendas Augusti.

Digitized by Google

CXL.

Otto episcopus debitum erga Christanum, civem patavi-ensem, quo bona in Windberg apud relictam Burcardi de Weiarn absolverat, expungit variis possessionibus Christano in feudum aut pignoris loco collatis. *)

Patauiae 5 Aug. 1259.

CXLI.

Otto episcopus parochianis ecclesiae in Strazzing, ad quorum petitionem Irnfridus decanus Cremensis continuum deputaverat sacerdotem, injungit, ut saepedictae capellae in agris et vineis dotis nomine elemosinas conferant, quae illi deinde perpetuo maneant.

Patauiae 8 Aug. 1259.

CXLII.

Henricus Bavariae dux Albertum Waller ratum gratumque habet ceu receptatorem decimarum novalium supra Pataviam.

Burghausen 8 Aug. 1259.

Heinricus dei gratia Comes Palatinus Renhi. Dux Bawarie. vniuersis hanc litteram inspecturis salutem et omne

*) Confer No. 72.

Digitized by Google

bonum. Quia dominus O. venerabilis Patauiensis Episcopus Alberonem dictum Wallarium prouisorem suum tamen constituit ad petendum et recipiendum *decimas noualium supra Patauiam* que ad ipsum pertinere noscuntur, et que nulli debentur titulo feudali, ecce profitemur et promittimus per presentes, quod predictum dominum Episcopum uel eius ecclesiam nunquam occasione huiusmodi grauabimus, Alberone predicto viuente uel mortuo in eisdem. etiam si dictus Al. nostram indignationem occurreret uel offensam. aut si contra ipsum actionem aliquam haberemus. sed idem dominus Episcopus, easdem decimas reuocabit ad suum dominvm libere quandocunque sibi placuerit de nostra optima uoluntate. ita quod nichil iuris nos uel nostri nobis vendicabimus in eisdem. In cuius rei testimonium presentem litteram Sigillo nostro fecimus conmuniri. Datum *Purchuse.* VI. Idus Augusti. anno domini M. CC. LVIIII.

CXLIII.

Otto episcopus litem tollit inter praepositum et capitulum suum et Manegoldum de Wesenberg, et capitulo confert areas quasdam infra muros Pataviae, juxta portam majorem sitas a Manegoldo resignatas. *)

Pataviae 30 August 1259.

O. dei gratia ecclesie Patauiensis Episcopus. Omnibus Christi fidelibus hanc litteram inspecturis salutem in domino. Tenore presentium declaramus, quod cum Manegoldus de Wesenberen fidelis noster, ac Ecclesie nostre ministerialis. dilectos in Christo fratres. M. Tumprepositum, et Capitulum,

*) Regesta III. 136. habent Wesenbach loco Wesenberg.

coram nobis in iudicio super quibusdam areis conuenisset, sitis infra muros Patauie iuxta portam maiorem asserens easdem areas ipsum a nobis respicere iure ac tytulo feudali. Capitulo in contrarium asserente easdem areas a quodam confratre suo domino R. quondam subcustode in remedio anime sue receptas, quiete et pacifice possedisse, de quibus etiam areis *ius Ciuile quod Purchreht* uulgariter nuncupatur, annis singulis persoluisset. Nos uero dictas partes ad concordiam reuocantes, ad nostrum consilium se prvdentium uirorum arbitrio submiserint. quorum arbitrio mediante dictus Manegoldus, tribus libris a Capitulo acceptatis omni renunciauit simpliciter *actioni tam Ciuili quam proprio iuri*, quod sibi et suis heredibus in dictis areis conpetere asserebat. vnde et nos predicto Capitulo, ad multas ipsius preces et instantiam dictas areas donauimus pleno iure, vt ipsum Capitulum in eisdem areis deinceps plena et libera gaudere debeat proprietate. nullius astrictum uel obnoxium seruituti. In cuius rei testimonium hanc presentem litteram ipsi Capitulo fecimus conscribi, ac sigilli nostri munimine roborari. Datum Patavie anno domini Millesimo. CC. LVIIII. Kalend. Septembris. III.

CXLIV.

Hominibus quibusdam ceu pataviensi ecclesiae propriis etiam a duce Austriae recognitis, Otto praesul eosdem in proprietates ecclesiae intromittit, quae Inwertaigen dicuntur.

20 Oct. 1259 in S. Ypolito.

O. dei gratia Ecclesie Patauiensis (Episcopus) vniuersis presentes litteras inspecturis. salutem in domino. Quia dominus dux

Dux Austrie recognouit *pueros Gotfridi Wirfingi* Jeutam scilicet vxorem Sibotonis de Owe et Rudolfum fratrem ipsius Jeute ad nostram Ecclesiam pertinere, volumus ut iidem puerj proprietates Ecclesie nostre que *Inwertaigen* dicuntur et ad eos ex hoc pertinent debeant possidere. In cuius etc. Testes Otto de Trvna. Hertnidus de *Trvna.* Vlricus de Capelle, Siboto de Lonstorf. Berhtoldus de Haidendorf. Ekhardus et Hadmarus fratres de *Slehdorf.* Heinricus de Radekke. Pernhardus de Trvna. et alii quam plures. Datum in *sancto ypolito.* Anno dominj Millesimo. CC. LVIIII. XIII. Kalend. Nouembris. Pontificatus nostri anno Sexto.

CXLV.

Otto episcopus plenariam testatur obedientiam ergo jussum apostolicum, magistro Andreae de Tarento, nobili civi romano perceptionem temporalium ratisbonensis ecclesiae in mandatis dans.

Passau 1259.

O. dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. Dilecto in Christo fratri R. venerabili *Archiepiscopo Eistetensi. Canonico Ratisponensi.* Domini, L. illustrj *ducis Bawarie prothonotario* cum dilectione sinceram in domino Karitatem Cum per dilectorum in Christo fratrum Maioris Ecclesie Ratisponensis et sancti Johannis prepositorum venerabilium. ac magistrj Leonis Canonici Ratisponensis patentes litteras quibus mandatum apostolicum fuit insertum cognouerimus nobis et vobis super executione amministrationis temporalium, seu perceptionis ipsorum Ratisponensis Ecclesie, *magistro Andree de Tarento Nobilj civj Romano* concesse, mandatum aposto-

filius eam diuturno, sed non uxorium interfectum obeliscis, ingenti opere, ornavit. Ubi vero Fredegundis, Chilperici regina, ad hanc monasterium ingressa, ab ecclesiasticis indumenta lanuginis deiecta et obtonsa non paenitens, sed falsa Merovechi fabulosa propter hoc natum, in scandalum populorum disseminans, decimo mense et tertiodecim quarto interiit, per quod Chilpericus, qui ab ea multa mala pertulerat, ab omnibus pravitatis generis se amovens, ad pristinam conversationis facie quadragesimae et quatuor-que cinctu paenitentiae per annos fructu operatus, et in quibusdam bene valde vigilantiae et fortitudinis exemplis, ut ferunt, relictis, ad Deum migravit. Cui successit filius Clotharius, qui et Lotharius. Horum Fredegarii nova fecit Wilkinus C. L. VIII. In Oratea Annagrammatis locuti Matie virginis.

CXLVI.

Ottonis translatio cum nubili Merowingiorum familia de propriis suis et Sanctis patriotarchas.

Passus in Januar 2016.

O Dei gratia Rictarius Patriotarcha Epicurque vitaeactu pretentus tabernae temporalis Salutus in Gaulus. Sanctitis sancti gratia nostris ac per admissionem temporis diuturnitatem subsequentis vel finitum promissi. Quia nostrorum ac praedecessorum tantissimus patrimonium quam fidelis, quod cum Deo nostro ac Sanctis suis ac Sanctis Dei, quos habemus. Hinc nostrum successus ac objecta de commissione et cognitus fuissemus nostrum in Merowech et omnibus nostrum animositis quocunque cremantur nostrum ac magna nostrum ac Sanctis quae ac filio suo tabulas ac patrum praedecessorum suis huculturis Se-

putauerat, tractatus et contractus habitus fuisset pro decima Ecclesie nostre in Alpitvowe confectis super hoc debitis instrumentis et processu temporis eodem contractu cassato et *dicto H. se ad religionis habitum transferente, et Johanes filius suus* sibi ut dignum fuit in hiis omnibus iure hereditario successisset idem Johanes in deuotione circa ecclesiam nostram existens paterni vestigij imitator de consilio amicorum suorum et accedente ad hoc consensu Capituli nostri in commutatione sine emptione seu etiam adiectione bonorum que pater suus dictus. H. de Merswanch sibi assignauerat uidelicet bonorum omnium que in Merswanch et alias circa *Obernperch* et circa *Velden.* et *supra Fluuium qui dicitur Trvna ex utraque parte danubij in Bawaria* proprietatis tytulo possedit, uel a nobis et ecclesia nostra in Feodo habuit, ea scilicet que in usu *dominicalium* suorum que *vrbor* dicuntur hominibus uidelicet, rebus, siluis, pratis, pascuis, molendinis, aquarumque decursibus. venationibus piscationibus quesitis et inquirendis, cultis et incultis aduocatijs, iudicijs, et omnibus alijs ad ipsum pertinentibus quocunque censeantur nomine, nobiscum conuenire spontanee et liberaliter in hunc modum, quod uidelicet decimam Ecclesie nostre in *Alpitovwe* iure feodi hereditarij a nobis recepit in reconpensationem omnium premissorum, que nobis et Ecclesie nostre et successoribus nostris facta plena renunciatione absolute et libere potestatiua manv donauit et tradidit proprietatis titulo perpetuo possidenda, que et nobis ab impetitione Dimvdis sororis sue cui similiter ius in eisdem conpetebat, et ab omni aliorum per quos nobis suboriri possit in futurum impetitio, tamquam auctor eorum qui uulgo *Gwer* dicitur tuebitur bona fide. Et si per aliquos alios heredes uel aliquem alium per iusticiam euicta fuerint, eadem nobis per equiualens conpensabit. Nos etiam eadem sibi promittimus per nos et nostros successores in decimis sibi traditis seruaturos. Adicimus etiam que siue dictus Johannes et Wilbirgis uxor sua filia Ottonis de Trvna heredes

Digitized by Google

habent sive non habent. et idem Johanes Wilbirge predicta mortua per aliam heredes habet, uel Johane mortuo eadem Wilbirgis per alivm heredes habet, idem heredes prefatam decimam iure hereditarij feodi possidebunt. In cuius rei testimonium presentem litteram nostro et Capituli nostri sigillo fecimus communiri, testibus subnotatis. qui sunt hii. Meingotus Tumprepositus. Magister Ditzo Scolasticus. Heinricus de Ramvng. Wernhardus de Morspach. Heinricus de Haidendorf thesaurarius. Vlricus de Styria. Poppo vicedominus. Magister Hertwicus. Otto cantor. Canonici. Vlricus de Lonsdorf. Piligrimus de Tannberch. Otto de Truna. Heinricus de Hartheim. Perhtoldus de Haidendorf. Heinricus de Valchenstein. Pernhardus de Trvna. Heinricus de Aiglinge. Heinricus de Ahaim. et alij quam plures. Actum Patauie anno domini. M. CC. LX. IIII. Idus Januarii. Pontificatus nostrī anno Sexto.

CXLVII.

Otto praesul confert fratribus Wollaer civibus ratisbonensibus areas suas apud S. Sebaldum Ratisbonae.

Passau 10 Januar 1260.

CXLVIII.

Ottocarus rex fatetur, antistitem pataviensem sententialiter obtinuisse ut ecclesiae sua fideles nunquam coram alieno judicio conveniri queant, nisi forsan negaverit justitiam vel ipsimet contradixerint, juri stare contra eum.

23 Jan. in Kämnuch (1260.)

Digitized by

CXLIX.

Rapotoni de Falkenberg Otto praesul cedit pro mutuo sibi dato, jus cultellariorum in Patavia et insulam Danubii nec non jus civile arearum trans pontem et molendinorum.

Pataviae 18 Febr. 1260.

Nos Otto dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus notum facimus vniuersis hanc litteram inspecturis quod cum in solutione decime nostre in *Leubs* quam aput *Rapotonem de Valchenberch* pro CC^{tis} marcis argenti et centum et LXXVIII. talentis *Wiennensibus* absoluimus, magna nobis instaret necessitas, ita ut dictam aquireremus pecuniam difficulter, dilectus in Christo frater magister Haertwicus canonicus Ecclesie nostre circa nos et Ecclesiam pio ductus affectu. quinquaginta talenta denariorum *Ratisponensium* in subsidium predicte solutionis nobis concessit liberaliter, ut sibi processu temporis daremus in certis redditibus personale beneficium pro eisdem. Quare nos sinceritatis ipsius habundantiam grato cupientes et benigno affectu prosequi eidem de consilio dicti Capituli nostri Patauiensis *Cultellarios in Pataqia cum omnibus suis iuribus, et Insulam in Danubio, que per mortem Vlrici de Fvrt nobis uacare ceperit, et ius ciuile arearum trans pontem, et Molendinorum in Eno*, predictam pecuniam et *personali* beneficio sicut promisimus contulimus ad tempora uite sue, ita tamen ut predictum ius Ciuile arearum et Molendinorum tamen nobis liceat apud ipsum per equiualentes redditus quencumque nobis placuerit et se locus obtulerit conmutare. Et ne super hoc possit in posterum dubium aut calumpnie scrupulus suscitari. presentem litteram nostro, et Capituli nostri

Digitized by Google

Sigillo conmuniri fecimus in testimonio cum Testibus infra scriptis. Qui sunt hij. Meingotus Tumprepositus. Boppo decanus. Wernhardus de Morspach. Heinricus de Ramvngen. Heinricus de Haidendorf. Otto Cantor. canonici. Wichardus de Perholtstorf vicedominus. H. de Hartheim. Berhtoldus de Haidendorf. et alij plures. Datum Patauie anno domini. M. CC. LXI. XII. Martij. Pontificatus nostri anno. VIII.

CL.

Otto episcopus oppignorat Ortolfo de Volkerstorf, Ulrico de Lonsdorf et Elisabethæ ejus conjugi, possessiones in Steinakirchen.

Pataviae 20 Febr. 1260.

CLI.

Transactio Ottonis episcopi cum Ottone de Volkersdorf de exsolutione aeris, ab illo diversis negotiis praesulibus pataviensibus porrecti.

Pataviae 20 Febr. 1260.

Nos Otto dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus notum facimus vniuersis quod cum *Ortolfo de Volchenstorf* de vniuersis debitis suis tum per redemptionem Castri nostri et possessionum nostrarum in *Ebelsperch*, tum per emptionem uictualium suorum et omnium aliorum in quibus contra Ecclesiam nostram actionem habuit usque ad sexcentas libras Wiennenses satisfecissemus in toto, super eisdem sexcentis

libris concordauimus in hunc modum. quod pro CC^{tis} et L. libris Wiennensibus decimam in Naerden quam nobis absoluere non potuit habebit nomine *pignoris* uelut ante, et quod C. libras patauienses pro Stainchircherio in quibus sibi *nalorem excrescentem* quod *Vorwehsel* dicitur dedimus pro C. libris Wiennensibus, nobis et Ecclesie relaxauit. Qua re adhuc eidem in CC^{tis} et L. libris Wiennensibus simus tantumodo obligati. Pro quibus etiam eidem infra festum Inuentionis beati Stephani proximum. XXX. librarum Patauiensium tenemur redditus si possumus obligare. Quod si facere non poterimus faciemus omnia que dilecti fideles nostri Ulricus de Lonsdorf. Pilgrimus de Tannberch. Heinricus de Hartheim, et Christanus ciuis Putauiensis ab utraque parte ad hoc deputati, pro dictis CC^{tis} et L. libris ac censu decreuerunt faciendum. Quorum si aliquis medio tempore decesserit quod absit, nos vna cum Or. predicto loco defuncti ad huiusmodi alium statuemus. propter quod predictus Or. omnes fideiussores nostros dimisit modis omnibus absolutos, renuncians omnibus instrumentis et priuilegiis que a nobis uel predecessoribus nostris habuisse super predictis dinoscitur, ita ut de cetero habeant nil vigoris. In cuius rei testimonium presentem litteram communiri sigillo nostro fecimus cum testibus subnotatis. Qui sunt hij. Meingotus Tumprepositus. Poppo vicedominus Vlricus de Styra. Magister Leo. Magister Hartwicus. Otto Cantor. Gundacharus de Sauersteten. Canonici Patauienses. Ulricus et Siboto. fratres de Lonsdorf. Waltherus et Pilgrimus de Tannberch. Heinricus de Hartheim. Bertholdus de Haidendorf. Chalhohus et Heinricus fratres de Ualchenstein. Ortolfus de Morspach. Bernhardus de Trvna. Heinricus Judex Patauiensis. Christanus. Vlricus de Fvrt. Wernhardus de Ynne. et alij quam plures. Actum Patavie anno domini. M. CC. LX. X. Kalend. Martij. *)

*) Accessit sub eodem dato charta conformis eiusdem Ortolfi, inter Anasum, Trunam et Oenum potentissimi. Confer No. 90, 91 et 158.

Digitized by Google

CLII.

Compositio Ottonem episcopum inter et Rapotonem de Falkenberg super decima in Leis, arbitris Poppone vicedomino, Conrado de Zœking, Alberone de Küenring, Ottone de Meissau, Sifrido Orphano, Ulrico de Capellen, ære solvendo apud Chrems Gozzoni judici, civibusque Conrado rufo et Seveldario.

Pataviae 20 Febr. 1260.

CLIII.

Otto episcopus conjugio inter Elisabetham filiam fratris sui Sibotonis de Lonsdorf et Albertum de Zelking contrahendo, larga donatione contribuit.

Wels 23 Febr. 1260.

Eodem die, iisdem testibus Albertus de Zelking spondet Elisabetham infra annum ducere in uxorem et leges caeteras istius foederis, cooperante Ottone avunculo jungendi fideliter adimplere. — Pataviae VI. Martii 1260 capitulum pataviense ratam gratamque habet hanc obligationem, „pro honestate ecclesiae“ contractam.

Digitized by Google

CLIV.

Otto praesul abbati et conventui in Lambach ad usum fratrum infirmorum tradit ecclesiam in Obernkirchen.

Pataviae 9 März 1260.

CLV.

Alexandro IV pontifici Otto praesul nuntiat, poenitentiarium suum, fratrem Waltherum de Rogate ordinis fratrum minorum, super negotio Imperii in partes Alemanniae missum recepisse se summa reverentia et facturum opportuno tempore, quod papae finaliter complacere arbitratur.

Pataviae 7 Junii.

CLVI.

Heinricus de Hartheim et uxor sua Gertrudis de Falkenstein possessiones, quas longo tempore ab ecclesia pataviensi obligatas habuerunt, liberas et absolutas reddunt, — reddit illas vero Otto praesul ad dies vitae, tum ad ecclesiam sine diminutione redeant. Si Henricus captus fuerit, licebit ei per dictas possessiones se absolvere. Si eo decedente Gertrudis uxor alium duxerit maritum vel religioni se dederit, nihil habebit juris, istaque bona nec filiis suis unquam locabit. *)

Pataviae 18 Junii 1260.

*) Regesta III. 152. habent Harchem loco Hartheim. et IIII Kal. Jul. Codex vero XIIII Kal. Julij. (18 — 28 Juni??).

Digitized by Google

CLVII.

Compositio litis inter Ottonem praesulem et nobiles de Hauseck super praediis circa Holnstein.

In monasterio Melk 16 Julii 1260.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Fridericus de Husek et Fratrveles mei. O. videlicet et Hugo. et Chunegundis vidua fratris mei. H. pie recordationis cessimus liti que inter venerabilem dominum nostrum. O. Pataviensem Episcopum et nos vertebatur super predis circa Holnstein sitis. siue sit Nemus. Prata. Agri culti. sev inculti. quocunque nomine predia censeantur in districtu illo qui uulgari nomine. Pazzowerluz nuncupatur. de his nos nunquam amplius intromissuros nisi quantum ex ipsius gratia poterimus. obtinere. Acta sunt autem hec in *Monasterio Medlicensi* anno ab incarnatione domini M. CC. LX. XVII. Kalendas augusti. Verum ne huius litis cessio debeat in posterum irritari quia sigillorum nostrorum copiam non habuerimus fecimus hanc paginam honorabilis. domini nostri Or. abbatis Medlicensis Sigilli munimine roborari. Testes autem hij presentes fuerunt. Ortolfus abbas Medlicensis. Marquardus prior. Marquardus cantor. Heinricus camerarius. Purchardus cellerarius. Duringus prepositus. Chunradus hospitalarius eiusdem Monasterij. Swikerus Decanus de Lastorf. Perhtoldus de Haidedorf. Otto de Spincenbach. Nordewinus de Grosten. Chunradus officialis. Otto de Schonenpuhel. Chunradus de Cremilz. Ortolfus de Sancto Ypolito. et alij quam plures.

Digitized by Google

CLVIII.

Ottonis episcopi litterae ad Gerhardum plebanum ad S. Stephanum Viennae simulque in Gars, fundatorem monialium ad portam coeli et S. Job in Klagbaum, canonicum pataviensem et sedis apostolicae capellanum et protonotarium, de impetitionibus Johannis de Ocra, Papae per Alemanniam familiaris et nuntii specialis, pro reportanda praecipue magna in pataviensi diocesi collecta pecuniae summa, in usus sedis apostolicae convertenda.

Pataviae 13 Aug. 1260.

O. dei gratia et cet. Dilecto in Christo fratri magistro G. eiusdem ecclesie canonico, *plebano Wiennensi* Salutem et sinceram in domino caritatem. Litteras magistri *Johannis de Ocra* nos recepisse noueritis in hec uerba. venerabili in Christo patri domino. *O. dei gratia Patauiensi Episcopo. Johannes de Ocra domini pape familiaris, per alamanniam super recolligendo censu et aliis negociis* sibi ab apostolica sede commissis eiusdem domini *nuncius specialis* salutem in domino. Scire uolumus vniuersos, quod litteras sanctissimi patris domini *Alexandri* pape recepimus et uenerabili in Christo patri domino O. patauiensi episcopo easdem presentauimus quarum tenor talis existit. Alexander episcopus et cet. Dilecto filio magistro Johanni de Ocra familiari nostro Salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus venerabilis frater noster Patauiensis episcopus ad mandatum bone memorie P. sancti Georgij ad uelum aureum diaconi cardinalis tunc in alamannie partibus legationis fungentis officio, *magnam a Clero sue ciuitatis et dioce-*

Digitized by Google

seos colligi fecerit pecunie quantitatem, nec pecunia ipsa dicto Cardinali dum uixit fuerit persoluta, nos pecuniam huiusmodi *in utilitatem romane ecclesie conuerti uolentes*, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus dictum episcopum, quod infra unius mensis spacium post monitionem tuam et quoscumque aliquos apud quos predictam pecuniam tibi esse constiterit ipsam tibi nomine nostro sublato difficultatis et dilationis impedimento exhibeant, moneas attencius et inducas. Quod si monitis tuis infra predictum terminum parere noluerint in hac parte. tu in ipsum episcopum et quoslibet alios detentores ex tunc *omni appellatione remota* auctoritate nostra *excommunicationis* ferens sententiam tamdiu ipsos *singulis diebus dominicis et festiuis pulsatis campanis et candellis accensis excommunicatos publice nuncies* et facias ab aliis per omnia loca in quibus expedire uideris nunciari et arcius ab omnibus euitarj, *donec predictam pecuniam tibi integre curauerint assignare.* Si uero prefatus episcopus sententiam ipsam *per unum mensem animo sustinuerit indurato*, tu ex tunc eum *suspendas a pontificalibus*, citans eum nichilominus peremptorie, ut infra duos menses sic suspensus coram nobis *personaliter compareat pro meritis recepturus.* Non obstante si eidem episcopo a sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi, uel excommunicarj non possit per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodj mentionem, seu qualibet alia ipsius sedis indulgentia per quam effectus presencium impediri ualeat uel differi. et constitutione de duabus dietis edita in concilio generalj. Diem autem citationis et quicquid inde feceris nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare. Datum Anagnie. XIIII Kalend. Aprilis Pontificatus nostri anno VI. Cum itaque summam videlicet Ducentarum marcarum argenti de procurationibus dicti P. cardinalis ad plenum solutam esse non inuenerimus sed non nulli prelati ac decani et alij detentores remaneant residue pecunie

Digitized by Google

ut quidquid ex his, quae tam varie, tamque diuersis temporibus, ac uelut quibusdam interuallis constituta sunt, uidebitur esse superfluum, uel quod temporum permutatione penitus uideatur esse mutatum, id omne ex his, quae nunc sunt, et diligenter quidem perlectum, per uos uel per alios diligenter perlegendum, ita ut, quae ad ius ciuile, quae ad communem pertinent utilitatem, uel latere non possint, uel non facile ac talium negotiorum scientiae publicae, tamquam in tabulis, proponantur. Quae uero ad priuatas personas, uel ad certa loca, uel certa tempora, uel ad personarum, uel rerum, uel negotiorum causarum habitudinem, uel diuersa uarietas iuxta diuersa uarietas uetustatis pertinere ac uideri potuerunt, ea omnia tali ratione penitus uel funditus in hoc opere uos uenire conuenit, ut, quae ad ius ciuile, quae ad communem pertinent utilitatem, ea uobis ordinantibus, et

Decanum *Niwburgensem* pro vna marca. Wisentonem decanum *Viennensem* pro XIII marcis. Officialem magistri Gotscalci bone memorie *plebani de Holabrunne* pro VI marcis. argentj iuxta formam mandatj nobis traditi tamquam obedientie filius procedatis ordine iuris ut uestra nouit facere discretio in talibus conseruato. Nobis autem uel dicto magistro Johanni domini pape nuncio dies citationis et coram quibus feceritis ut est dictum superius declarantes et de processu toto vestris ad plenum litteris patentibus nos docentes. Datum Patauie Idus Augusti, anno domini M. CC. LX.

Post hec omnia soluta est dicto Magistro Johanni de Ocra, vna Marca Aurj patauiensis ponderis et per dominum Chunradum plebanum de Huren IIII. Non. Junij, quo die fuit Ascensio dominj, est assignata salzeburge in anno domini M. CC. LXI.

1260 in Medlico.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi. quod nos *Johannes de Ocra domini pape familiaris in alamanie partibus super colligendo censu et alijs negotijs* sibi ab apostolica sede commissis, eiusdem domini *Nuntius specialis* accedentes. aput *Wiennam* requisiuimus venerabilem dominum *O. Patrem Episcopum patauiensem.* ut secundum mandatum domini Pape. nobis concessum quantitatem seu summam pecunie que ad mandatum domini *P. caputij. Cardinalis per* fratrem *Theodericum* de ordine predicatorum in Dyocesi Patauiensi collecta fuerat nomine Romane Ecclesie deberet sine difficultate qualibet assignare die sibi et certo termino assignato. secundum formam mandati apostolici nobis super hoc traditj cuius tenor talis est. *Alexander Episcopus seruus seruorum dei* Dilecto filio Magistro Johanni familiarj nostro Salutem et apostolicam Benedictionem. Cum sicut accepimus, venerabilis frater noster Patauiensis Episcopus ad mandatum bone memorie *P. Sancti Georgij ad uelum aureum dyaconi Cardinalis* tunc in alamanie partibus legationis fungentis Officio magnam a Clero suc ciuitatis et Dyocesis colligi fecerit pecunie quantitatem. nec pecunia ipsj dicto Cardinali dum uixit fuerit persoluta nos pecuniam huiusmodi in utilitatem Romane Ecclesie conuerti uolentes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus dictum Episcopum, quod infra unius mensis spatium post monitionem tuam et quoscumque alios aput quos predictam pecuniam tibi esse constiterit ipsam, tibi nomine nostro sublato cuiuslibet difficultatis et dilationis impedimento exhibeant, moneas attentius et inducas. Quod si monitis tuis infra predictum terminum parere noluerint in hac parte, tu in ipsum Episcopum et quoslibet alios detentores ex tunc appellatione remota auctoritate nostra excommunicationis ferens sententiam, tamdiu ipsos singulis diebus dumdiris et festiuis pulsatis Campanis et Candelis accensis

Uvernherus dei gratia sancte *Maguntine* sedis Archiepiscopus Sacri Imperij per Germaniam archicancellarius. venerabili fratri. Episcopo *Constantiensi* salutem et fraternam in domino Karitatem. Litteras domini Pape recepimus in hec uerba. *Alexander* episcopus seruus seruorum dei. venerabilibus fratribus. archiepiscopo Maguntino et suffraganeis eius necnon et dilectis filijs vniuersis abbatibus Prioribus Decanis Prepositis archidiaconis et aliarum Ecclesiarum prelatis, Capitulis et conuentibus cuiuscumque ordinis prouincie Maguntine salutem et apostolicam benedictionem. Clamat in auribus omnium eosque quos animorum torporum non hebetat, in attentionis uigilantiam excitat horrendi preconia tuba terribilis que fidem rerum attestantium innalescens adeo certo generalis cladis bella pronunciat quibus flagellum ire celestis in manu inmanium tartarorum quasi ex abditis erumpentium inferi finibus premit et conterit orbem terre, ut iam non oporteant populi christiani ad cognoscenda hec qui adhuc ambigua certiori relatu aures arrigere sed eum ut ingenti et publice festinanti proinde occurrant periculo admonere. Cum enim idem *tartari dicentes quod totam terram eis obtinendam tradidit deus coeli* quem utique non uouerunt. iam omnibus *orientis* partibus occupatis et populis conculcatis iam *Sarracenorum duricia* que multorum temporum bella tulit et intulit extrema parte exterminii desolutione concussa iam *principali eorum ciuitate Baldac Da-*

Damnone apud Alagia cum ista gaudia fanatis sanctum
Ut ipsa sibi *Ut* ipsa sibi *Ut* ipsa sibi *Ut* ipsa sibi

consilio excludi ualeat diu ante preuisum ac de clementis dei misericordia confidentes quod si uisitauerit in uirga iniquitates suorum et peccata ipsorum in uerberibus discipline misericordiam suam tandem non abscidet ab eis, cogitauimus cum fratribus nostris quemadmodum a nobis expostulat speciale pastorale officium cuilibet inmeriti prefidemus, contra idem flagellum salutis utilia remedia ordinare. Equidem pro tam uniuersalis necessitatis articulo uidebatur non solum ecclesiasticorum, sed etiam secularium principum et fidelium populorum generale concilium conuocandum ut de communi omnium discrimine ac prouisionis oportune remedijs ad quam solas Ecclesie vires liquet non posse sufficere intentis singulorum sensibus communis deliberatio haberetur. Hec etenim causa neminem preterit communissima omnium et priuatissima singulorum quia et si tangat maxime maximos a quibus primum ordiri solet instantia cuiuscumque desolationis initium ut ceteri facilius uel de acephali et dispersi ad perniciem abducantur. Unumquemque tamen specialiter de uniuersitate contingit ruinam et statum mortem et uitam continens singulorum, nam aput eosdem *tartaros* patrocinium nulli prestat *fortune condicio* uel *sexus infirmitas*, aut *etatis miseratio* seu *reuerentia dignitatis*, qui non quorumdam sed omnium exicia et exterminia moliuntur. Nulli pacti federis fidem seruant quam quidam habere nequiunt infideles, propter quod dum sileant se ad Christianos priuate affectionis habere propositum hoc ipsum magis est Christianis astute fraudulentie illorum laqueus. quem huiusmodi sileationis passio subtegunt precauendus, quia eos subtilioribus doloribus subplantare conantur, quos inuenire credunt ad repugnantiam fortiores. Verumque ipsis tartaris nequicie sue proposita uigilanter instantibus dilationis diutine non capit res ista dispendium et absque longi temporis tractatu grauaminibus personarum rerumque detrimentis conuenire nobiscum. vniuersitas concilij non ualet necessitati que generaliter premitur, de

Digitized by Google

predicatum fortum constitit ad summum decimas hoc casu, quando ambulatio, in qua fortum factum est, ad unum tantum ecclesiae districtum extenditur. Quodsi vero ambulatio ad plures districtus ecclesiasticos pertineat, tum ad singulos districtus ecclesiasticos, ad quos ambulatio pertinet, decimae solvendae sunt, quae tamen omnes simul ad certum quantum reduci debent, quod pastor ecclesiae, in cuius districtu fortum factum est, recipere debet. Decimae autem ex fortis ecclesiasticis non solvuntur, quae ecclesiae pastori a parochianis ratione districtus ecclesiastici debentur, quia ea, quae ecclesiae pastori debentur, ab eodem pastore nunquam remitti possunt, quia ea ad ius ecclesiae immediate pertinent. Quae ita quod universalem regulam concernunt, ut ea, quae ad ius ecclesiae immediate pertinent, a pastore ecclesiae remitti debeant, nullam exceptionem admittunt, cum ea, quae ecclesiae pastori ratione districtus ecclesiastici debentur, ab eodem pastore remitti possint, quia ea ad ius ecclesiae mediate pertinent, et ius mediate ecclesiae pastori competens ab ecclesiae pastore remitti possit. Quae autem ecclesiae pastori ratione districtus ecclesiastici debentur, ea ad ius ecclesiae mediate pertinent, quia ea ecclesiae pastori ratione districtus ecclesiastici debentur, ab ecclesiae pastore remitti possunt

dum eisdem tartaris, tam in terra sancta, quam impetunt et inuadunt, quam in regno Vngarie atque terra Polonie alijsque locis unde ad alia occupanda Christianorum regna uiolentum habere nituntur ingressum. Conflentur in unum uires populi christiani. Nam tante tamque improbe multitudinis irruptionibus cohibendis unius regis uel regni non sufficerent facultates. prospiciendum est quoque quibus penis quibusue distinctionibus et censuris specialibus et temporalibus coherceri Christianos cuiuscumque excellentie seu conditionis oporteat a confederationibus cum eisdem tartaris incundis, ne qui fidem, quam habent cum deo et religionis Katholice irritam facientes quicquam attemptant in contumeliam uel iacturam nominis christiani. Que insuper regio cui quibusue modis et iuribus contra eosdem tartaros succurrere teneatur, qui etiam duces siue capitanei prefici debeant fideles exercitus in bello domini contra infidelium satelliciam processuri. Que deinde et qualia subuentionis auxilia pro hijs exequendis particulariter indicti debeant clericis et populis christianis. De reliquis nihilominus prouidentie oportune suffragijs in tanto negotio illud quod contingentibus conferendis secundum datam nobis a deo prudentiam deum et universale periculum habentes pre oculum cogitetis, et super omnibus deliberatione habita diligenti usque ad Octauam Apostolorum Petri et Pauli proximo futuram quod utique temporis spatium inspecta necessitatis instancia nulli uideri debet angustum aliquos ex uobis uel alios nuncios uestros uiros ydoneos prouidos et discretos ac sufficienter instructos et a uobis plenum habentes mandatum super premissis omnia faciendi que uos personaliter presentes facere ualeretis ad sedem apostolicam destinetis, per quos nobis super premissis omnibus circumspectionis uestre uoluntas et consilium innotescant, et quorum communicato consilio predicta sedes prouida deliberatione statuat disponet et ordinet, que in tam arduo christianitatis negotio publice salutis utilitas postulabit. Confidimus enim

Digitized by Google

constanter in domino et in potentia uirtutis ipsius quod si congruo uniuersaliter ordine instruantur, tartarica feritas Christianos ad resistentiam paratos inueniens et diuine gratie presidio ac humane prudentie consilio premunitos experiatur sibi aput eos terrorem multitudinis pauoris monstra fictilia circumuenientium dolos et dissensionum scismata per que in consultis et alienis adeo preualere nationibus minime profuisse. Quin potius deo suis fauente probabunt quantum in bello fidelium contra perfidos fideliter ac digne inuocantibus nomen Christi. Si vero te frater archiepiscope abesse uel quod absit deesse contingat, uos filij Moguntinum Capitulum auctoritate freti apostolica hec omnia exequi procuretis. Datum Lateran. XV. Kalend. Decembris. Pontificatus nostri anno VI. Huius igitur auctoritate mandatj indiximus concilium in feria II. proxima post Dominicam Quasi modo genitj Moguntie celebrandum. Mandantes uobis quatenus uocatis auctoritate predicta ad ipsum concilium vniuersis prelatis dyoceseos uestre tam regularibus quam secularibus, tam exemptis quam non exemptis cuiuscunque ordinis censeantur. ad dictum concilium occasione qualibet et excusatione postpositis instructi et munitj taliter ueniatis, ut tales in tanto necessitatis articulo sine omni mora de ipso concilio sub expensis communibus ad sedem apostolicam nuncij destinentur, qui in tam arduo christianitatis negotio ad ea que summus pontificatus mandat fieri ydonei reputentur. Sciturj quod si secus acciderit contra quoscumque rebelles seu etiam contumaces taliter procedemus sicut negotium fidei uidemus amplecti et apostolice sedis indignationem cupimus euitare. Datum Moguntie VII Kalend. Marcij. Anno domini Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Primo.

Digitized by Google

CLXXI.

Antistites Pataviensis, Olomucensis et Pragensis promittunt bona sua officia ad implendam pacem inter reges Hungariae et Bohemiae Belam et Ottokarum.

Wiennae 31 Mart. 1261.

Nos O. *Patauiensis.* B. *Olmucensis* et J. *Pragensis* dei gratia Ecclesiarum Episcopi, omnibus presentium inspectoribus declaramus nos promisisse, et promittere bona fide, quod dominum nostrum *dominum Regni Boemie, Ducem Austrie et Styrie, Marchionem Morauie* ad obseruandum omnia illa et singula que in instrumentis inter dominum nostrum antedictum, et dominum *Regem Vngarie et Reginam ac ipsorum filios* mediantibus religioso uiro *fratre Ludwico de domo Teutonica comendatore domorum per Boemiam*, et nobilibus uiris *Jarosio Pragensi Purcrauio, et Wokkone Marscalco regni Boemie* confectis continentur omnj diligentia inducemus. Si uero conpositionem predictam per dominum nostrum uel suos contigerit uiolari et idem dominus noster requisitus non emendaret infra. IIII^tuor^ mensium spacium ex tunc ipsum denunciabimus excomunicationis uinculo innodatur quibus nostrum in dyocesi sua, terras eius ecclesiastico subicientes interdicto. et ad hoc faciendum quilibet nostrum iurauimus et per uirtutem prestiti sacramenti nos obligauimus, et obligamus presentium testimonio litterarum quibus sigilla nostra duximus appendenda, et ut premissa omnia suum sorciantur effectum, memoratus Regni Boemie dominus, dux Austrye et Styrie, Marchioque Morauie, se et terras suas nostre iurisdictioni subiecit, renunciando priuilegiis omnibus pro sua pena uel terris suis omnibus a sede apostolica indultis inpetratis uel

Digitized by Google

impetrandis, super eo uidelice quod pena ipsius excomunicari, uel terre sue interdici non possint absque sedis apostolice mandato, uel eius nuncio speciali. Datum Wienne anno domini. M. CC. LXI. pridie Kalendas Aprilis.

CLXXII.

Otto Episcopus ad ipsam Ottocari Regis instantiam spondet illum excommunicandi et Austriam interdicto ecclesiastico subjiciendi, si pacem cum rege Hungariae initam Ottocarus violaverit.

Pataviae 7 April 1261.

Otto dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. Vniuersis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis salutem in domino. Quia pacis tranquillitas et bonum concordie piis amplectenda sunt affectibus et sinceris. nos qui pacis et concordie debemus esse modis omnibus sectatores, *ad petitionem et instantiam* serenissimi domini O. regis bohemie ducis austrie et Styrie. Marchionis Morauie. iurati promittimus bona fide *quod ipsum per nostram Dyocesin excomunicabimus* et terram ipsius Austriam Ecclesiastico supponemus interdicto si idem quod absit formam concordie inter ipsum et dominum Regem Hungarie ordinatam, iuxta quod in Instrumentis ipsorum exinde confectis continetur excesserit et attemptauerit uiolare. In cuius rei testimonium presentes litteras nostro sigillo fecimus communirj. Datum Patauie anno domini Millesimo CC. LXI. VII. Idus Aprilis.

Digitized by Google

CLXXIII.

Hugonem de Sauerstetten inter et Ottonem episcopum Pataviensem compositio de feudis soceri sui Rapotonis de Schoenberg necnon de quibusdam bonis, olim feudis Cunradi, comitis de Wasserburg.

Obernberg 24 April 1261.

CLXXIV.

Henricus de Aigling remittit damna omnia, perpessa in castro Viechtenstein et quae ab episcopo olim Gebhardo sustinuerat, praedium simul in Obernheim donat ecclesiae pataviensi de consensu fratruelis sui Amelberti et uxoris suae Diemudis. Otto praesul idem tamen praedium ei denuo confert titulo feudali ad dies vitae una cum certo redditu ex antiqua muta Pataviae. *)

Pataviae 6 Junii 1261.

*) Regesta III 168. (aversae parti sigilli inscriptum: „*secretum cola*[*tis*]").

Digitized by Google

CLXXV.

Transsumptum Ottonis episcopi privilegiorum canoniae Ranshofen super exemtione tam conventus quàm ecclesiarum ab archidiaconatu Matticensi, speciatim bullarum Coelestini et Innocentii pontificum, Manegoldi pataviensis episcopi, nec non delegatorum Henrici abbatis de Prul, Ruperti ratisponensis scolastici et Gerungi praepositi de Osterhofen. *)

Pataviae 10 Juni 1261.

CLXXVI.

Otto episcopus anniversarios, missas pro defunctis aliaque missarum solemnia praesertim ad sepulcra pontificum pataviensium defunctorum fundat in capella B. Virginis in ecclesia pataviensi atque crypta.

Pataviae 1261.

CLXXVII.

Otto episcopus confirmat donationem Hilkardis, viduae Leonis officialis in Pezenkirchen, de pluribus feudis et domibus, quas jure Purchrecht possederat, Leoni filio suo et Berthae uxori eius factam, reservatis tamen debitis ecclesiae suae servitiis.

1261.

*) (Cfr. Diplomatar. Ranshofanum. M. B. III. 229 — 390. praecipue 325 et 328.)

Digitized by Google

CLXXVIII.

Pactum Ottonem pataviensem episcopum inter et Hadmarum de Lichtenwerd necnon Ulricum de Hartheim de curia in Hartheim.

Passau 31 August 1261.

Nos Otto dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus notum facimus quod cum Hadmarus de *Lichtenwerde* Curiam in *Hartheim* que sibi obligata fuerat nobis dimisisset penitus absolutam et nos de eadem moueremus Vlrico de Hartheim qui eam sibi a predicto H. obligatam pro XXV Marchis asseruit questionem. Idem Vlricus nobiscum concordauit super predicto negotio in hanc formam quod ipse pure et simpliciter cessit obligationi quam habere se dixit in dicta Curia et nos illam sibi de consilio fidelium nostrorum dimisimus tantum ad tempora uite sue, ita ut nec eam vendere obligare nec infeudare aut alienare possit aliquo modo, sed ut ad nos et Ecclesiam nostram post obitum ipsius que in illa fuerint et *Colono qui ibidem residet quem nobis et Ecclesie nostre dedit, libere reuertatur.* Et si infra festum Pentecostes proximum non locauerit in predicta Curia *edificia Coloni debita et consueta et alias vniuersa predicte Curie attinentia non reduxerit ad eandem.* extunc uacabit nobis modis omnibus Curia supradicta. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro fecimus communirj cum testibus subnotatis. Qui sunt Hij. Waltherus de Tannberch. Siboto de Lonstorph. Heinricus de Hartheim. Berhtoldus de Haidendorf et alij plures. Actum patauie anno domini M. CC. LXI. Pridie Kalend. Septembris.

Digitized by Google

CLXXIX.

Chunradus plebanus ecclesiae S. Michaelis in Wachau concurrit de proventibus ecclesiae in Zwentendorf ad solutionem debiti ecclesiae pataviensis erga Irnfridum canonicum, decanum in Crems.

St. Ypolit. 18 Sept. 1261.

CLXXX.

Otto episcopus Irminfrido canonico, decano in Crems, decimas in Radendorf et Gerasdorf tradit pro mutuo XX marcarum argenti viennensis ponderis et XL talentorum viennensium.

St. Ypolit. 19 Oct. 1261.

CLXXXI.

Otto episcopus decimam in Tuln oppignorat Alberto de Zelking pro C. talentis, in quibus sibi tenebatur in subsidium nuptiarum filiae Sibotonis de Lonsdorf.

Amsteten 15 Nov. 1261.

Digitized by Google

CLXXXII.

Ottonem episcopum inter et Johannem de Merswang pactum de commutatione seu emtione bonorum suorum, proprietatum et feudalium ex utraque parte Danubii in Bavaria, supra Trunam, et quae in usu dominicalium suorum, quae urbor dicuntur, habere videbatur in Bawaria et decima ecclesiae pataviensis in Alpitowe. Tuetur ea Johannes simul contra impetitionem sororis suae Diemudis et eius cessionis auctorem se declarat, qui vulgo gwer dicitur.

1262.

CLXXXIII.

Otto episcopus Cunigundi, filiae Conradi de Goldeck, uxori Piligrini de Tannberg, certam assignat summam reddituum, urbor dictorum, quos in feudo habuit; nec non et castrum Portenstein. *)

Pataviae 28 Febr. 1262.

*) Complet instrumentum istud alia charta Cunradi de Goldeck, 18 Martii 1262. Salisburgi data.

Digitized by Google

CLXXXIV.

Ottonis episcopi confirmatio pacti inter pataviensem judicem, Heinricum Hutsmund, et Dietlinum civem de Efferding.

Ebelsberg 10 April 1262.

Nos Otto dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. Notum facimus vniuersis, quod cum *Dietlinus Ciuis noster de Everdinge* aput *Hainricum* dictum *Hvetsmundum Judicem* nostrum Patauiensem de consensu et voluntate vxoris sue, Reize et omnium heredum ipsorum omnem proprietatem omnemque feudum et *Purchrecht* quod Idem Judex ex socero suo Marquardo dicto Chaine habebat in Everdinge et pratis et agris adiacentibus conparasset. idem Dietlinus predictam proprietatem dedit Ecclesie nostre tali pacto, quod nos eidem et heredibus suis et omni sue posteritatj tam proprietatem et Purchrecht ac totum quod aput predictum Judicem conparauit dedimus, *iure Ciuili* quod *purchrecht* vulgo predicitur, perpetuo possidendum. ut nobis de predictis ratione iuris quod purchrecht dicitur medium talentum in Epiphania domini annis singulis persoluatur. ita tamen, ut hij, qui ex sua posteritate ab Ecclesia per matrimonium recesserint nichil iuris habeant in predictis. et illis remaneant qui tunc conoscantur ad Ecclesiam pertinere. Si uero predictus. Dietlinus uel aliquis de successione ipsius quidquam noluerit uendere de predictis nobis, uel successori nostro, offeret illud primo. nec alicui nec Ciuibus nostris in Everdinge qui ad Ecclesiam inmedietate pertineant et per manum nostram uel successoris nostri quidquam uendere, poterit predictorum. In cuius rei Testimonium presentes litteras sigillo nostro sibi dedimus

Digitized by Google

communitas. cum Testibus subnotatis. Qui sunt hij. W. de Perchtoldestorf vicedominus Siboto de Lonstorf. Chunradus. de Harthaim. Vlricus. de Hartheim. Frater Hainricus. de Merswanch. Otto Judex de Euerdinge. dictus francho. Marquardus. dictus Stvma. Engelschalcus. et alij quam plures. Actum. jn Ebelsperch. Anno domini. M. CC. LXII. IIII. Idus aprilis. Pontificatus nostri anno VIIII.

CLXXXV.

Otto episcopus dirimit litem de bonis in Taeren, cum Wernhardo de Schaumberg ortam post mortem Ulrici de Lonsdorf, fratris episcopi.

Nothbrehtsberg 1 Mai 1262.

CLXXXVI.

Otto praesul fratribus ordinis praedicatorum de Vienna plures indulgentias confirmat.

(12 Jun. 1262 apud Wiennam.)

CLXXXVII.

Heinrico Hutsmund judice Pataviensi demortuo ipsius vidua Reitza et Rudigerus filius rationem faciunt et feuda extra civitatem sita impetrant, illis infra civitatem sitis ecclesiae Pataviensi reservatis.

Passau 5 Sept. 1262.

Digitized by Google

CLXXXVIII.

Otto praesul feudum in Prunst monialibus in Niedernburg tradit pro remedio animae Jeutae de Helmgerspergo.

Pataviae 5 Sept. 1262.

CLXXXIX.

Otto praesul confirmat antecessorum Gebhardi et Bertholdi privilegia exemtionis capellae Dornbach prope Viennam, ad monasterium D. Petri Salisburgi pertinentis.

(Pataviae 5 Sept. 1262.)

CXC.

Otto praesul confirmat antecessoris Bertholdi litteras in favorem Bernardi de Dachsberg, ecclesiae Patauiensi juncti per matrimonium cum filia nobilis viri Ottonis de Traun, filia sororis fratrum de Lonsdorf, ministerialium ecclesiae S. Stephani.

Pataviae 5 Novemb. 1262.

Digitized by Google

CXCI.

Henrico de Tambruck Ottocarus rex injungit, ne pataviensem praesulem in predio suo Wieselburg ulllo modo molestet.

Krems 17 Novemb.

O. dei gratia dominus Regni Boemie. Dux Austrie. Marchio Morauie. Fideli suo, H. de *Tamprvkke.* gratiam suam. Volumus et sub obtentu gratie nostre districte tibi mandamus, quatenus venerabilem in Christo patrem *O. Patauiensem* Episcopum in predio suo *Wiselburch*, ratione aduocatie uel quoquo modo alio non molestes. maxime. cum eidem dictam aduocatiam dimisimus modis omnibus absolutam. Datum in *Chremisa* XV. Kalendas Decembris.

CXCII.

Initia pacis Pataviensem ecclesiam inter et Henricum Bavariae ducem, ad arbitrorum judicium submittentem, discordiam super feodis ecclesiae in Hagenau, atque Eisenbucherio restitutionem possessionum ecclesiae in Sillingen, Postmünster et Neunhofen mandantem. *)

Pataviae 14 Decemb. 1262.

Nos. H. dei gratia Comes Palatinus. Renhi. Dux Bawarie. notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis. quod

*) Regesta III. 190. Adde instrumentum Nr. 117 fo. 384 Codicis tertii Lonsdorfiani M. B. XXVIII P. II.

Digitized by Google

quod ad decidendas omnes questiones feudorum possessionum obligacionum, debitorum et dampnorum illatorum *treugarum* tempore, que homines nostri et venerabilis *Patauiensis Episcopi* habent ad inuicem et nos aduersum suos et ipse aduersum nostros et que sui contra nos et econuerso proponere habuerint, et specialiter de feudis quondam *Hagnowerii* de quibus inter nos et predictum dominum Episcopum questio vertitur, per arbitros nostre concordie sic est per omnia diffinitum. ut quidquid ab utraque parte tres persone ydonee assumpte statuerunt concorditer super huiusmodi, seruetur penitus inconuulsum. Et si concordare non poterunt, septimus eis, vir discretus et conmunis fauoris ad acceptationem ipsorum adhibebitur, cuius arbitrium ratum erit cum hiis quibus consenserit in predictis. Ad ostendendam autem primam concordie voluntatem, facimus predicto domino Episcopo possessiones suas in Postmunster in Neunhouen, et in Sallinge quas *Eyssenbucherius* occupat, restituj et ipsum ab omni infestatione siue detentione earumdem cedere, et pro actione sua quam habet contra Patauiensem Ecclesiam iusticiam recipere, et satisfacere similiter econuerso. In cuius rej testimonium presentes litteras conscribi et sigillo nostro conmuniri fecimus cum testibus subnotatis. Qui sunt hii. Meingotus Tumprepositus. *Fridericus de Nürnberch Burgrauius.* Otto Cantor. Heinricus de Pholinge. Heinricus de Rorbach. Heinricus de Hartheim. et alij plures. Actum Patauie. Anno domini. M. CC. LXII. XVIIII. Kalend. Januarii.

Digitized by Google

CXCIII.

Heinricus dux Bavariae spondet, si castrum Angerberg usque ad festum D. Georgii proxime venturum non sit destructum aut per homines fautoresque suos impedita sit destructio, cadet ab omni jure feudorum, ab eadem ecclesia relevantium.

Pataviae 15 Decemb. 1262.

Nos Hainricus dei gratia Palatinus Comes Reni. dux Bawarie. Tenore presentium declaramus, quod inita cum domino *Patauiensi* Episcopo, et eadem ecclesia, concordie stabili vnione, ad cauendum penitus indempnitatibus eorum, sumus vnacum *Consulibus nostris*, qui presentes erant polliciti firmissimo laudamento, nos infra festum beati Georgii proximo aduenturum Castri *Angerberch* destructionem finaliter effecturos, verum si eodem in nostra potentia permanente sine dolo ac captione qualibet, infra eundem terminum, id factum non fuerit, extunc si per nostros homines uel fautores fuerit impeditum, cademus ab omni iure feodorum, que suscepimus ab Ecclesia memorata. hiis omnibus eidem ecclesie libere uacaturis. Si uero eodem Castro, a quoquam hominum uel fautorum predicte Ecclesie, uel quorumlibet extraneorum priuati fuerimus, per uiolenciam siue fraudem, ut non posse nos exequi laudamentum predictum constiterit euidenter, Dominus Episcopus memoratus, omni facultate sua, et studio seu labore, cooperabitur nobis, ad rehabendum castrum idem, quod rehabitum, sine omni difficultate destruj faciemus funditus et in toto. Ad cuius rej cautelam, presentem litteram, Sigillo nostro fecimus conmunirj. Datum. Patauie. Anno domini. M. CC. LX. secundo, XVIII. Kalendas. Januarii.

Digitized by Google

CXCIV.

Conradus Frisingensis, Otto Pataviensis, Albertus Ratisponensis, Heinricus Chiemensis et Otto Laventinus episcopi sacro cardinalium collegio miserandam matris suae Juvaviensis ecclesiae statum denuntiant.

1262

Reuerendis in Christo Patribus ac dominis sacro sancte Romane sedis Cardinalibus vniuersis, Chunradus *Frisingensis. Otto Patauiensis* Frater *albertus Ratisponensis.* et frater *Heinricus Chymensis* Episcopi. et *Otto Lavendinensis* Ecclesie Electus. cum omni deuotione paratam semper ad eorum obsequia voluntatem. *Matris nostre Salzeburgensis Ecclesie miseranda calamitas* non solum ad uos gemitus filiorum excitat, sed et tumultus ad uos prouocat querelantes, quod cum ipsa dudum per mortem domini *Eberhardi* quondam eius archiepiscopi pastoris esset solatio destituta, et uiduitatis sue longa luxisset tempora, dum sub *occupatione* domini *Phylippi* quondam eius Electi detentione lugubri teneretur, et dominus papa postmodum sibi paterno conpatiens affectu illam reuerendo patri domino *Vlrico* nunc eius Archiepiscopo duxit prouide maritandam. sub cuius iudustria potuisset recuperationem spiritualium et temporalium accepisse. si malitia dierum. et temporum non fuisset, que in partibus nostris discurrit undique non cohibens in longum et latum pretendere passus suos. A primordio enim institutionis sue propter *gwerras multiplices nunc regis vngarie cum nobilibus terre Styrie*, nunc eiusdem Regis cum *Rege Bohemie* suscitatas, et propter pertinaciam domini Phylippi, qui gelans in malitia, mandatorum domini pape et Ecclesie clauium est contemptor inpudens,

Digitized by Google

possessionem Reinhe nec nunquam potuit adipisci, tempore quo Ecclesia Remensis vacabat, et quod ipse Rainaldus, tempore, et quamvis tabellio Remensis esset, nunquam tamen recognitionem premie quantitatis, et illam pro redemptione Sabbati ecclesie Sancti Remigii, quam ipse Rainaldus et Alberadis eius uxor hereditate petebat domine Reginae in vita sua, et quod ipse Rainaldus, tempore quo Ecclesia Remensis vacabat, non habuerat ordinem. Quoque quod ipse Rainaldus, tempore Sabbate de Ovis supervenisse, et quia ipse non habuerat ordinem, quod ipse Rainaldus tunc non habuerat ordinem, quia ipse Rainaldus tunc non habuerat ordinem, quia ipse Rainaldus tunc non habuerat ordinem, quia

pape alijs se recepit. aditum sibi ciuitatis et possessionis Ecclesie precludendo per quod non solum uenit super eum dispendium, sed et tota terra scandalo est perfusa, cum dominus papa Regibus et nobis et alijs principibus iniungat frequentius, quod ipsi et nos ipsum dominum archiepiscopum in suis adiuuemus iuribus, et tam sollempnis ut fatetur Curie nuntius missus est in contrarium laborare. nam prelatos et alios clericos illuc euocauit conmuniter ut audirent sententias quas proponebat se velle contra dominum archiepiscopum promulgare. Ipse uero dominus archiepiscopus omni requisiuit studio quod ipse nuntius Curie de Salzburga recedens, cum sit interdicta Ciuitas, nec ad eam uel suorum nuntiorum pateret accessus, excomunicatorum domini pape consortium declinaret, et se aput ipsum *in suis castris prope Salzburgam* reciperet, et de solutione debitorum Curie que petiit pertactaret, quod omnino renunciens, post appellationem ab ipso domino Archiepiscopo interpositam legitime in loco ipso interdicto, coram quodam alberone ac alijs quibusdam qui contra interdictum domini pape in fauorem ipsius domini Philippi. et in contemptum clauium Ecclesie diuina profanare iam multis temporibus presumpserit, cum alij quos uocauerat ubi uenerunt excommunicationis sententiam in eundem dominum Archiepiscopum, de facto cum de iure non potuerit fulminauit. in induciarum mense sibi tradito detentionis sue temporibus conputatis. Et sic nec per possessionum suarum redditus pecuniam pro debitorum solutione aut per mutuum quod iam alium conquisierat, eum promisit idem domini pape nuntius obtinere. Sed absolutionem debitoris impediens solutioni creditoris se opposuit, querens in amborum dispendio lucra sua. Vnde paternitati uestre supplicamus humiliter et devote, quatenus vniuersis terrarum nostrarum principibus et hominibus super tanto prouidentes scandalo pie ac paterne ipsi domino Archiepiscopo et eius negotio succurratis. ne propter adiutorij defectum pereat, quod in ipso per domini pape sanctitatis et

Digitized by Google

uestre paternitatis clementiam est plantatum, petitiones suas quas super necessitatibus suis nunc nobis porrexerit, generose exaudire dignemini et affectu conpassionis paterne pro ipso utiliter expedire.

CXCV.

Moniales in Traunkirchen palam faciunt episcopi missis, abbatibus de Lambach et Cremsmünster desolationem reddituum suorum, ob quam sorores et dominae et in vestitu quoque neglectae erant. Elisabetha tandem abbatissa necessaria vestitus de Salina in Jschl dominabus suis deputat.

1262.

Nos Otto dej gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. scire noluimus vniuersos, quod cum nobis uelantibus dominas ecclesie jn *Trunchirchen*. ab eisdem super defectu prebendali querimonia moueretur, et econuerso domina *Abbatissa* suos et locj defectus multifarie allegaret. nos, missis ad locum venerabilibus in Christo fratribus de *Chremsmvenster*, et de *Lambaco* prelatis. fecimus haberi per predictos diligentem inquisitionem et conputationem de ipsius ecclesie redditibus vniuersis. nec non et de defectibus. quos prefate domine proposuerant coram nobis et reperto quod prefata domina Abbatissa propter *desolacionem reddituum* aliquamdiu *neglexerat suas sorores et dominas in uestitu*. per predictos abbates nostra fretos auctoritate inducta fuit ad hoc consiliis et precibus eadem abbatissa. quod de redditibus *apud Yschil de Sallina* videlicet ipsis dominabus uestitus necessaria taliter deputauit. vt semper in tercio anno ipsis inde pro comparatione pelli-

Digitized by Google

clarum, donec talentum et dimidium nobis omnibus persolvamus et in quarto anno quadraginta talenta pro pollicitatione exsequendo, nobis tamen ita demum liceat pro qua singula talenta ex Dania exportare, quemadmodum ante hac fecimus, mercari. Si ea quæ pro pollicitatione dominus Alexandrum et nostros mercatores ad rebellandum inegisse mentionem fecit, ea ipsi Alexandro nunquam in mentem venerunt. Ea ipsa dominus Dacus ipse Alexandro nunquam suggessit, sed datum tot talenta coactus, nec, cuiusvis ordinatis per tempus quodque certos redditus, exhaurire potuit. Ea ipsa dominus secundus factum pronuncians pronuncians in perpetuum pacem ratificavit, ut ea ipsa nec ipse nec successores dominum Alexandrum unquam infra regnis et ditionem dominum, ea ipsius domino obtinentes nec non et successus dictus ut, pollutus, violare conabuntur, quemadmodum ea ipsa pro superioribus inviolat domino dictus ordinus violare dominum Alexandrum. Si hoc ordinis tentabuntur pervenit, ut ea ipsa ordinis ad antiquo, antea suas fuerunt. M. CC. LI. S.

CXCVI.

Otto Episcopus dividit bona inter parochias pertinentes ad novo loco et pacificus in divisae cella portam S. Pauli.

Patrum ao. Prov. 1266.

CXCVII.

Compositio Ottonis Episcopi cum Henrico Swelch de duabus domibus Ulrici Tungozinger, Henrico obligatis, sed per communem civium sententiam Episcopo adjudicatis propter necem Henrici Hutsmund judicis Patauiensis, in qua Ulricus Tungozinger merito suspectus exstiterat.

Pataviae 9 Mart. 1263.

CXCVIII.

Transactio de decima in Sighardskirchen inter Ottonem de Walkenskirchen et Ottonem Episcopum Pataviensem.

St. Ypolit. 3 April 1263.

Noverint vniuersi presentes litteras inspecturis. quod cum inter dominum meum venerabilem Patauiensem Episcopum *Ottonem* et me Ottonem de *Walchünschirchen* super decima in *Sighartschirchen* diucius questio verteretur. tandem ex parte ipsius dominj mei Episcopi, in *Heinricum de Mérswanch ordinis fratrvm Theutonicorum*, Sibotonem de *Lonstorf* et Johanem de *Merswanch*, ex parte vero mei in *Magistrum Gerhardum plebanum Wiennensem Vlricum de Vihouen et Wolfherum de Judenowe.* fuit sicut in arbitros conpromissum. et fide data promisi seruare omnia et singula que per ipsos super dicta decima fuerint arbitrata. propter quod iidem arbi-

Digitized by Google

bitrj deliberatione habita, pronunciauerunt arbitrando, quod ego cederem ad manus ipsius dominj mei Episcopi, sicut et statim feci. omni iuri. quod ratione feudj michi dicebam conpetere in predicta decima et ipse michi eandem conferret tantum ad tempora uite mee. et quod post obitum meum nullus heredum meorum quos ad presens habeo uel habuero in futurum ne alter aliquis quicquam iuris habeat in eadem. sed ad ipsum et Ecclesiam Patauiensem libere et sine contradictione qualibet reuertatur. Vnde ipsorum arbitrium ratum habens per omnia atque quantum, sepedictam decimam me recepisse confiteor non habere iuxta formam predictam, ab eodem domino meo Patauiensi Episcopo, tantumodo ad tempora uite mee. et in huius rei testimonium presentas litteras venerabilium dominorum meorum. Heinrici prepositi. sancti ypoliti. Babonis. sancti Andree. prepositi. magistri. Gerhardj. plebanj Wiennensis. sigillis et meo feci proprio conmunirj. Actum in sancto ypolito. anno dominj. M. CC. LXIII. Tercio. Nonas Aprilis.

CXCIX.

Otto episcopus commendatori et fratribus Theutonicorum in Vienna ius patronatus ecclesiae in Loibendorf confirmat, ab Ottocaro rege, consentiente Margaretha regina, Ortolfo de Traiskirchen commendatori 1260 in Sitzenberg collatum, commotus precibus confratris illorum Heinrici de Merschwang.

(4 April 1263. in S. Ypolito.)

CC.

Otto praesul decimas in Ulrichskirchen ab Episcopo Rudigero, Reinberto cerario in feudum collatas, Hermanno de Wolkersdorf cedit.

Wien 6 April 1263.

CCI.

Transactio inter Ottonem praesulem et Ulricum de Viehhofen de diversis debitis, pro quibus inter alia *certos* redditus, urbor dictos, accipit de feudis pataviensi ecclesiae per mortem comitum de Hardeck vacantibus.

(23 April 1263 in S. Ypolito.)

CCII.

Otto praesul Conrado Wachkramer de Linz decimam cedit de curia in Teren, ad parochiam Schönering pertinentem.

Ebelsberg 9 Maij 1263.

Nos Otto dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. notum facimus vniuersis, quod deuota seruicia *Chunradi Wachramarij de Lintza* que nobis exhibuit adtendentes, eidem decimam, que de vna Curia, in Teren, ad parrochiam in Scho-

Digitized by Google

nerhinge pertinent, contulimus tantum ad tempora vite sue. ita quod eandem alienare non valeat. vllo modo. In cuius rei Testimonium presentem Litteram sigillo nostro sibi dedimus communitam. Datum in *Ebelsperch.* anno domini M. CC. LXIII. VII. Idus Maij. Pontificatus nostri. Anno Decimo.

CCIII.

Decanus Cremsensis civibus in Stein continuum sacerdotem constituit et terminos simul ecclesiae in Stein praefigit.

(Chrems 22 Sept. 1263.)

Otto dei gratia ecclesie patauiensis episcopus omnibus presentes litteras inspecturis Salutem in domino saluatore. Cum dilectus in Christo frater. J. canonicus ecclesie *nostre Decanus Chremensis* ad instanciam *ciuium de Stein* et petitionem eorum deuotam. motus etiam quod mora intercidente nimia inuocando de Chrems presbyterum, *paruuli eorum sine baptismate et infirmi absque uiatico et extrema unctione sepius decedebant*, ipsis et *eorum ecclesie continuum* deputauerit *sacerdotem* fuit nobis supplicatum attentius per eosdem. ut processum huiusmodi nostris confirmare litteris dignaremus. Nos igitur considerationis oculo intuentes, prefatos ciues tantum conuenientia petiuisse. dictumque confratrem nostrum pie ac rationabiliter motum esse residentiam sacerdotis in Stein per memoratum Chremensem Decanum saluo in omnibus jure matricis ecclesie ad quam inmediate respectum habebit ad missam in nomine patris et filij et spiritus sancti. presentibus confirmamus. ita tamen ut Decanus Chremensis siue plebanus qui pro tempore fuerit instituendi et destituendi culpis suis pos-

Digitized by Google

centibus, predictum sacerdotem, liberam habeat potestatem. et ut defunctorum corpora ad matricem ecclesiam tantummodo deferantur. *Terminos* uero predicte *ecclesie in Stein* sic duximus distinquendos. *a curia nostra decimali* sursum usque *Tyrenstain* per totum. infra quos predicabit confessiones audiet, baptizabit, inunget. procurabit corpore domini et omnia exhibebit ecclesiastica sacramenta, pariter decernentes. ut omnia que ciues ceterique ad ecclesiam in Stein pertinentes de bonis suis quocunque nomine censeantur eidem ecclesie legauerint animo, circa ipsam et sacerdotem in Stein residentem remaneant integraliter et perpetuo. nec decanorum alicui contra decretum nostrum aliud de eisdem umquam liceat ordinare. In cuius rei perhennem memoriam ciuibus ceterisque plebesanis ecclesie in Stein offerimus presentem litteram sigilli nostri munimine roboratam. Et sunt testes. *Hermannus Altahensis. Helmwicus Chotwicensis. abbates.* Meingotus. tvmprepositus. Wernhardus de Morspach. Heinricus de Haidendorf. Irmfridus Chremensis Decanus. *Magister Gerhardus plebanus Wiennensis.* Canonicj. Bertholdus de Haidendorf. Rudolfus de Chleuzze. et alij quam plures. Datum in *Chremesia* anno domini M. CC. LXIII. X. Kalend. Octobris. Pontificatus nostri anno X.

CCIV.

Otto episcopus monasterio cisterciensis ordinis in Aldersbach ecclesiam parrochialem in Eckenheim cum filiabus suis confert. *)

(Pataviae 13 Febr. 1264.)

*) (Editum V. 379. Mon. Boic.)

Digitized by Google

CCV.

Otto praesul monasterio Niederalteich facultatem impertitur redimendi decimas in Absdorf.

(Pataviae 16 Febr. 1264.)

CCVI.

Henricus prior provincialis fratrum praedicatorum per Teutoniam testatur, sibi nunquam in mentem venisse, domum ordinis apud Pataviam contra Ottonis praesulis voluntatem erigendi ac Johanni, quondam priori Cremensi, cui id commissum, imperatum esse, nil moliendi, quod episcopi consilio repugnet.

Ezeling 9 Sept.

CCVII.

Fratris Gwidonis de Baseneville, visitatoris in partibus citramarinis nuntium de incursione Tatarorum extremoque fato terrae sanctae ad Franconem de Borno, tenentem locum praeceptoris Aquitaniae.

Frater Gwido de baseniuillen visitator in partibus citramarinis Religioso uiro prouido et discreto precordialissimo suo in

*) (Editum Mon. Boic. XI. 240.

Digitized by Google

Christo *fratri franconi de borno* Preceptori et emonitori et tenenti locum preceptoris *Aquitanie* Salutem et sincere dilectionis perpetuam firmitatem. Sinistros et flebiles rumores terre sancte prout ipsos per litteras reuerendi Magistri nostri recepimus apud Castroduni in uigilia beatj Barnabe apostoli uerbo aduerbum uobis transmittimus infra scriptos. Quamquam nobis a multis frequenter precedentibus annis incognitum *tartarorum aduentum* tremendum atque terribilem pronuntiauerimus stilo sollicito, Tamen quod *presentialiter pulsant ad ianuas* non amplius est locus ut ipsorum exercitia abscondamus sub modio, sed potius eorum stupenda atque miranda nervositate atque potentia fulciuntur, et tanta facilitate dominio suo *subiciunt* indistincte prouincias, quod nulla eorum uiribus resistere potest. quod forte permittitur a domino qui populum suum in maligno posito huiusmodi pestilentia et flagello purgari censuerit, ut forte redeat ad eos, cum secundum prophetam iudicia ipsius abyssus multa, quod a fugatis persis, medis, assyrijs, chaldeis, turcis, armenis, georgijs, et alijs infinitis nationibus in eadem. gladij sui ore crudeliter douoratis. *Comitatum* qui *Roays dicitur. hamam*, *Lachamele*, *cesaream* maiorem, Ciuitates, terras, et *castra ueteris de montano.* haran, assar, et alia castra atque diuersas prouincias hinc inde potentissime subiugatas. Etiam *baldac* illa ciuitate famosissima atque potentissima repentino casu inopinabiliter subiugata, ac etiam crinibus *caliphe* id est *pape*, et capitis eiusdem vna cum liberis et vniuersa familia et alijs habitantibus in eadem interemptis. Nuper circa Epiphaniam dominj *Alapie* ciuitatem immaniter obsederunt. unde populus antiochie timens ne repentina calamitas in eosdem irrueret. presertim cum *antiochia* ciuitas, propter inportunitatem et inopiam defensionis minime posset per eum retineri. de uoluntate et consilio domini B. nobilis principis eiusdem, sollempnes ad eosdem direxit nuncios cum diuersis muneribus et ioellis, uidelicet predicatores, minores, iacobitas, grecos et religiosos

alios, baiolum et connestabulum suum, ut saltim parcendo eorum sanguinj, sub tributi et subiectionis seruitute eos permitterent miserabiliter respirare. Quorum uotis Halaoti dux et dominus eorundem beneuolum attribuit intellectum. Timetur enim ne sub peditatis alijs, quod absit christianis, extrema totum contrarium sorciantur. Post expeditionem uero predictorum nunciorum predictus Halaon ciuitatem Halapiam precepit a suis circumdari et dari insultus non modicos, tam per machinas et minas et catos et alia necessaria, quod infra V. dierum spacium non sine sarracenorum strage permaxima ciuitatem eandem cum uiolentia subintrauit, muros eiusdem vna die et vno momento pro eorum multitudine diruentes funditus, castro in eadem existente exercitu suo et machinis terribiliter attingentes. Soladanus autem Alapiam et Damascum CL^{m} equitum ad resistendum eisdem munitus presidio, audiens inopinatum ciuitatis sue casum, pro timore solum deuictus, cursu veloci de Damasco secedens, prope castrum nostrum suph... suum cum aliquibus arripuit transitum, et inde versus gazarram direxit sua itinera non intuto. Ceteri uero illa.....positi in desolatione humilisque populus ciuitatis eiusdem et terre, uiso domino et capitaneo suo fugiente timente nullo persequente nemine ingerente timorem, deuicto sine proelio, relictis propriis arripuerunt in tanta multitudine subitam et uagabundam fugam, quod parentes ad filios, ad uxores mariti, frater ad fratrem, humilis ad sublimem, minime uertebat oculos. nec erat qui cadenti subleuationis remedium adhiberet, cum nullum locum crederent adipisci, in quo tante formidinis et pauoris possent consolationem aliquam inuenire. Etiam sic damascus remansit in subiectione et obedientia tartarorum. Preterea sicut fama testatur publica predictus princeps cum predicto domino tartarorum de consilio regis ermenie composuit de tripoli et residuo terre sue, iuxta formam antiochie ciuitatis. Et ut plurimorum assertio referebat, in confectione presentivm erat inpromptu uisitandi eundem personaliter, siue per sollempnes

Digitized by Google

speciales cum generalis materialis ac formalis causa cum finali, elementis partibus Quadrae, cum Deo, et Spiritu, et Angelis, cum creatione et conservatione, cum ex nihilo, tum ex materia, cum tempore, cum aeternitate, cum loco, cum immensitate, cum quantitate, cum qualitate, cum relatione, cum actione, cum passione, cum habitu, cum situ, cum quando, cum ubi, cum omnibus praedicamentis, cum substantia, cum accidentibus, cum universalibus, cum singularibus, cum propriis, cum communibus, cum definitione, cum descriptione, cum divisione, cum enumeratione, cum argumentatione, cum syllogismis, cum demonstrationibus, cum definitionibus, cum propositionibus, cum axiomatibus, cum maximis, cum sententiis, cum regulis, cum canonibus, cum exceptionibus, cum locis communibus, cum differentiis, cum proprietatibus, cum accidentibus, cum quatuor modis, cum quatuor figuris, cum quatuor quantitatibus, cum quatuor qualitatibus, cum quatuor differentiis, cum quatuor speciebus, cum quatuor generibus, cum quatuor elementis, cum quatuor humoribus, cum quatuor temporibus, cum quatuor partibus diei, cum quatuor partibus noctis, cum quatuor partibus anni, cum quatuor partibus mundi, cum quatuor ventis principalibus, cum quatuor angulis mundi, cum quatuor evangeliis, cum quatuor fluminibus paradisi, cum quatuor animalibus, cum quatuor rotis, cum quatuor cherubin, cum quatuor seraphin, cum quatuor regionibus mundi

in statu tam periculoso dinoscitur remanere, quod nisi per prouidentie uestre consilium, remedium necessarium apponatur, oportebit nos in lesionem et scandalum domus nostre ex toto supersedere defensioni terre sancte. aut alienare de bonis et elemosynis domus nostre non immodica quantitate in illis partibus. Nam sic se habet malicia temporis in istis partibus hijs diebus, quod sub usuris uel gratis propter absentiam Januensium mercatorum ab illis pecunia haberi non potest. et e contrario propter munitiones predictas oportet nos in quadruplo expensas subire solito largiores, cum stipendiarij haberi non possint, nisi ad uotum suum recipiant, et quod mortis sue periculum precio conparetur. Est et enim in mundo princeps aliquis qui sine multo incommodo. VII principalia castra vna die et vno momento possit tenere contra tam inauditam multitudinem defensabilia et munita et ad expensarum cumulum factum tante civitatis sicut est Accon, que pro maiori parte nobis incumbit, et ad quos vniuersa christianitas cismarina recurrit tamquam ad refugium singulare terre non credimus, et utinam haberentur mercatores siue alij prestitores qui supra cruces calices et cetera omnia ornamenta ecclesie mutuo darent pecuniam, nam in casu isto in quo proprio corpori pareere nullatenus intendimus, immo potius nos et honorabilis conuentus noster circa defensionem christiane fidei magno sitimus desiderio exsolvere nature debitum parcat autem sua misericordia dominus animabus, diuitijs parcere nullatenus curaremus. Orate pro nobis et fratribus nostris, caueatis ne aliqua de uestris nauibus *Accon* veniat nisi prius certos rumores terre didiceritis.

Consilium Illustris Regis et aliorum omnium nobilium *tocius Regni francie* tale est, quod omnes nobiles et principes et milites dicti Regni dabunt vsque ad septennium sexagesimam partem omnium reddituum suorum. et omnes alij prelati ecclesiastici tam religiosi quam alij. exeeptis illis qui deferunt arma in partibus transmarinis in subsidium terre

Digitized by Google

sancte sicut *milites templi* et *hospitalarij sancti Johannis* et *teotonicorum* soluent vicesimam partem, et hec hano soluent ad defensionem et subsidium Regni predicti si necesse fuerit. alias conduxerunt deduci in subsidium terre sancte uel in subsidium Civitatis *constantinopolitane*, prout dicto Regi et IIII nobilibus. et IIII. prelatis ecclesiasticis ad hec omnia leuanda et colligenda et etiam reseruanda specialiter constitutis et iuramentis astrictis expendenda uiderint uel exponenda. Item quod omnes domicelli qui attigerint. XV. annvm. habentes. C. libras in redditibus. et illi etiam qui attigerint XX. annum. habentes L. libras fiant milites.... proximo instans festum beatj Johannis baptiste alioquin ammittant feoda atque dominia. Item quod *nulla torneamenta* in regno predicto per biennium nunquam fiant. Item quod nullus nobilis uel inferior secularis nullum equum ad factum armorum deputatum emat uel habeat ultra precium C. librarum nec palofridum etiam ultra pretium XXX. librarum. nec prelati etiam ecclesiasticj ultra precium XV. librarum. Item quod iuxta mandatum pape ad omnes predictos directum mittant ad curiam Romanam sollempnes nuncios et procuratores in proximo instantj festo beatorum apostolorum Petri et Pauli respondentes pro ipsis prelatis super V. casibus. videlicet super facto *terre sancte*, et super facto *tartarorum* vehementium sicut timetur per *Vngariam* et super facto civitatis *constantinopolitane* et super facto *Maehfridi principis Apulie*, et qualiter pvniri debeant omnes illi qui inierunt treugas siue compositiones uel pacem aliquam cum tartaris, sicut *princeps Antiochie et rex Armenie et rex Rvssie* et quidam alij qui super hoc habentur tacite culpabiles et suspectj. Et quidem consultum est omnibus articulis excepto illo dicti principis Apulie in quo quidem non expenderent solum ..... et nichilominus *cruces per totam Franciam sollempniter predicentur*.

Digitized by Google

CCVIII.

Otto episcopus omnibus dioeceseos suae ecclesiarum rectoribus annuntiat, se fratribus ordinis minorum de Ratispona indulsisse, ut per totam dioecesin confessiones audiant et praedicationis officium exerceant sine praejudicio plebanorum.

CCIX.

Otto episcopus colonis ecclesiae pataviensis in Schwaadorf, Neusiedel et Fischamend, repetitis Hungarorum devastationibus ad extremum casum deductis, gratiam facit specialem ut de quolibet beneficio ratione debiti servitii XII metretas tritici, XX metretas avenae et porcam sive mediam libram, xenia quoque debita, annuatim tantummodo solvere teneantur.

CCX.

Transactio inter dynastas de Schaumberg et Ottonem praesulem pataviensem de collatione feudi comitis Leutoldi de Playen et aliis juribus dictorum nobilium in valle Danubii et Trunae, in muta ad Ascha, in civitate Efferding.

Notum. quod talis est contractus dominorum de *Schaumberch* super collatione feodi *Comitis. Leutoldi. de Plagen.*

Digitized by Google

Chunrat Mautzan dimid. juger. Struma tercium dimid. juger. Otto porco vnum juger. H. filius Carpentarij dimid. Juger. Idem duo Jugera. Chaufmanninne dimid. Juger. Eadem unum Juger. Soror eiusdem vnum juger. Schefwurcher vnum Juger. Ortliebus Calcifex vnum juger. Otto super vallem dimid. juger. Marchardus panifex dimid. juger. Heinricus filius Richerinne dim. juger. Harder dimid. juger. Pernhardus de Weilpach dimid. juger. Herbordus vnum Juger. Cunradus de Aeichech duo Jugera. Relicta Cunradj Balneatoris vnum. Ortliebus Calcifex duo Jugera. Grifo duo Jugera. Cunradus Schefwurcher vnum. Idem duo Jugera. Rapoto de Gurten vnum Juger. Albertus Galea vnum. Pernhardus duo Jugera. Schefwurcher vnum. Herbordus Galea Juger. Vidua Diethardj vnum Juger. Gebhardus de Swent dimid. Juger. Ortwinus Cherrer dimid. Juger. Arnoltinger vnum Juger. Idem vnum Juger. Albertus Galea vnum Juger. Metloefel duo Jugera. H. filius Carpentarii quatuor Jugera. Anwicus et Wizelcupoltinne duo Jugera. Cunradus de Nospach vnum Juger. Leuchardi *relicta* decimatoris duo Jugera. Ch. Schefwurcher vnum Juger. Grifo tria Jugera. Officialis unum Juger. Vlricus faber vnum Juger. Harder vnum. Ortwinus quidam Cherrer vnum. Herbordus Helm vnum Juger. Scriptrix vnum juger. Cher. de Cleichch vnum. Ortliebus Calcifex vnum. Wulfingus Coeus dimid. Juger. Poltener tercium dimid. Juger. Albero Calcifex duo Jugera. H. Officialis vnum juger. Chaufmannin. vnum juger. Summa omnium jugerum in tribus campis. LXXXV. Jugera et dimidium. hec soluunt. XIIII. modios Chastnvt. et VII. metretas et dimid. tritici. sed qvolibet anno unus campus nichil soluit.

Nouerint vniuersi quod nos O. dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus ad resignationem Wilhalmi de Cyrberch vnam Curiam et beneficium in Chrebzpach et duo beneficia in Puntenperge duobus filiis vlrici de vorst, contulimus titulo feudalj. Item ad resignationem Wernheri de Winsperch predicti contulimus Wernhardo et Ottonj Ciuibus in *Everding*. tres domos decimales in parrochia Veltchirchen. vnam in Vrvar. alteram in Neunnhouen. terciam in miterhom. titulo feudali.

Notum quod dominus Episcopus de consensu et voluntate Sibotonis de Owe bona super quibus inter eas *questio vertitur licet dominus Episcopus esset in possessione* eorumdem, ad manus domini abbatis Chotwicensis usque ad festum beati Michahelis proximum posuit *in sequestro* ita ut infra eundem terminum ipso domino Episcopo due persone, que sint heredes dictorum bonorum in proprietatem Patauiensis Ecclesie offerrantur. alioquin dominus Episcopus intromittet se extunc de dictis bonis et fructibus in eisdem.

Notandum quod ad resignationem Wernheri de Winsperch. contulimus Pilgrimo de Tannberch. In Leuzeinsperge. IIII. bona et dimidium. In Ekke alterum dimidium bonum. In Maentzenperge. I. Curiam. In Wetzeinstorf. dimid. bonum. In Erlazwisel. dimid. bonum. Huius Testes sunt. Meinhalmus de Watzenstorf. Ortolfns de Morspach. Heinricus de Valchenstorf. Wernhardus de Monte. Siboto de Poksrukke. Vlr. de Preisekke. et alii plures. Item Notandum quod ad resignationem eiusdem Wernheri contulimus Eberhardo de Veuhtenpach. In Nezelpach hubam. In Herleinsperge hubam. In Ekhartsperge hubam. In Vranslage hubam. In Altenuelden hubam.

Hec sunt bona culta Heinrici de Merswanch. Molendinum in Adoltinge. quod se-

Digitized by Google

secundum antiquum seruicium soluere deberet. XL. metretas. mensure in Obernberg. sed non soluit. Curia ibidem. soluens VI. mod. frumentj, scilicet Kastmvtt. et XL. metretas Kastmvtt. Triticj. Item auene. II. mod. granarij. Item ordei. XX. metretas granarij. siue Kastmetzen. Item V. metretas papaueris. Item leguminis. VIII. metretas. X. pullos, V. Anseres et III. caseos. in Natiuitate domini. Item Area ibidem. soluens. XXX. den. In Mersuuanch due Villicationes. quarum quaelibet soluit. VIII. modios Kastmvtt videlicet. Item Area ibidem et pomarium. Area soluit. LX. denar. sed officiales recipiunt fructus pomarij. In inferiori Murheim. I. Curia. soluens VI. mod. omnis granj. Kastmvtt. In superiorj Murheim. II. Curie. quarum quaelibet soluit VI. mod. omnis granj scilicet Kastmvtt. Hec omnia predicta soluunt. XI. schapha siliginis Patauiensis Mensure. Item Duo schapha tritici et dimidium. eiusdem mensure. VIII. metret. mensure de Mersuuanch Chastmetzen. Item vnum Schaphum Ordej. et II. sextaria Patauiensis Mensure. Item X. Modios auene mensure Chastmetze. Item dimid. schaphum leguminum Patauiensis Mensure. et III. metret. Castmetzen. Item. XXI^{a} metrete papaueris Chastmezen. Item XVII. Porcos et XXII. Anseres et LIIII. Pullos. et DCCC. Oua et XL. Item LX. Caseos. et XVIII. pensa linj. Item. V. solidos denariorum et X. den. Item Estimauit dominus Gebhardus Pomerium et Pratum et Schachen et Weinleiten ita ut dominus Episcopus det domino de Merswanch in Redditibus. V. talenta. Hec sunt Inculta. Curia In Aichach. illam institui. Curia in Weiern. culta est. illam absolui. Curia in Weilbach. Curia in Ekke. In Auchental huba et dimid. In Senftenbach dimidia huba. Molendinum ibidem. In Tobel huba. In Tekkenpach dimidia huba. Aput Marquardum dimid. huba. Aput Etichonem in fossa minus quam dimidia huba. Aput Schoublinum dimidia huba. In Schvwerperge dimidia huba. In Thannach et in chobel dimidia huba. In Forsthube huba. In Greifsperge dimidia huba. In Mewernperch Curia. In Weirehtinge Curia. Hec omnia prescripta cum essent culta soluerent. VIII. schapha. siliginis Patauiensis Mensure et. VI. metretas mensure Obernpergensis. Item unum schaphum triticj et V. sextaria Patauiensis mensure et Alteram dimid. metret. Chastmetzen mensure de Merswanch. Item. XVIII. metretas Obernpergenses et I. Metret. Ordej. Chastmezen. Item soluunt. XII. schapha Auene. Patauiensis mensure. Item soluit dimid. schaphum leguminum eiusdem mensure. et III. metret. Castmetzen. Item soluunt. I. sextarium Papaueris et XIII. porcos et de Weigrehtinge et de Murperch. II. Modios Rapularum et LVIII. pensa linj. et XVI. anseres. et XL. Pullos. et XL. Caseos. et DC. Oua et V. solid. denariorum. Hij sunt redditus quos habet circa Velden in Villa que dicitur Rudmarstorph. et Vispach. XI. scapha Patauiensis mensure media pars siliginis et Media Auene. Item soluunt. X. Metretas. qui dicuntur virlinge Papaueris et fabarum medium papaueris et medium fabarum. Item vnam metretam. qui dicitur Zinsmetzen Papaueris et fabarum. Item XI. Porcos. Item XXII. Carnes que dicuntur Schulter. Item XI. Agnos viuos. Item in Pascha. Mille Oua et C. Oua. Item jn Pentecoste. L. Oua. In festo Martinj. XI. Schoet linj. In Eodem festo. LV. Caseos. Item. LV. Pullos.

Ego *R. de valchenberch* profiteor tenore litterarum presentium dominum meum O. venerabilem Episcopum Patauiensem in Ducentis Marchis puri Argenti pro quibus *decima in Lewbs* ab antecessore suo R. pie memorie mihi fuerat obligata. plene satisfecisse uiris discretis presentibus et honestis. Testes autem qui satisfactioni interfuerunt sunt hij. Dominus J. decanus de Chremisa. Dominus Marquardus de sancto Pangratio. Dominus Johanes de Merswanch. H. de Radekk. Gozo Judex de Chremisa. Chunradus Seveldus. et filius suus senior Chvonlo magister monete in Wiena. Ruodlo cognomine viuianx et alij quam plures.

Digitized by Google

Notum. quod *Truento* frater *Chunradj de Grifenstein.* resignauit domino. H. Episcopo. bone memorie, aput *Neunburch.* libere et spontanee bona subscripta. In *Haedereichswalde.* tam in silua quam in campnis partem mediam. Item resignauit eidem in *Griffenstein* quicquid litis in *castro* uel silua habuit. Item resignauit eidem mediam partem *ville subtus dictum Castrum.* Item resignauit eidem in dem *Werde* subtus Castrum dictum Curiam. que Swaichoue dicitur. Item resignauit eidem, *den Ertzengrize* dimidium. hec autem facta sunt. coram hiis Testibus. Wisentone de Neunburch. Dietrico de Neunburch. dicto Engeldih von dem Reute. Hertnido de Traune. Rugero Pvschniche. Pilgrimo de Tannberch. Wernhardo de Dahsperch. Rapotone de Ezzenpach juniore. Gebhardo de Hadmarsahe. et aliis quam pluribus.

O. dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. litterarum presentium testimonio innotescimus vniuersis. quod cum *albertus de Pernstein,* suis culpis poscentibus. nostre se reddidisset gratie quodammodo alienum, usque adeo, quod ad habendam de ipso uindictam. intendère omni studio, *per offensionem vie communis et publice.* multociens nos artaret. tandem se deliquisse in nos immerite. et fidelitatis debitum, quo nostre astrictus est Ecclesie. recognoscens. sic nostre ad multorum *Nobilium* instanciam, est ad plenum gratie reformatus. quod uidelicet singula que *vna* cum *fratre suo Richkero,* ab Ecclesia Patauiensi in feodo possidet. quocunque *censeantur* nomine, si umquam deinceps in nostrum Ecclesie nostre et nostrorum dampnum seu preiudicium quicquam ininuriose uel maliciose attemptarit. uel fecerit. et hoc infra mensem non emendauerit. et correxerit bona fide. aut si extra familiam Ecclesie, filios ipsius in matrimonium copulauerit. nobis vacare debeant ipso facto. sic quod de eisdem nobis quod placuerit. liceat ordinare. Et ut premissorum diligens omnimodo noticia habeatur. hanc litteram conscribj fecimus. et sigilli nostri roborarj munimine. cum testibus subnotatis. Purchardo de Weiern. Vl. de Capella. S. de Lonstorf. P. de Taunberch. Or. de Morstpach.

Nos Al. et R. fratres de *Pernstein.* Notum facimus. quod nos subscripta predia. In Rvdmarstorph VIIII. Chalhohperge. VIII. In der Oede aput Pentcenstadel. IIII. in Chinitige duo. Curiam In Oede et Molendinum. in Phaphenreut. III. in Saechsinge. IIII. In Raeceling. III. Curiam jn Chuebach que ab Ecclesia patauiensi feodali titulo possedimus et XIIII. feoda in Germanstorph que a nobili de Halse eodem iure possedimus, discreto viro domino Heinrico de hartheim. per manus domini nostrj. O. venerabilis Patauiensis Episcopi et predicti Nobilis de Halse resignauimus et donauimus libera uoluntate cum vniuersis attinentiis eorundem. siluis. pratis. agris. pascuis. aquis. aquarumque decursibus quesitis et inquirendis et iudicio in eisdem. hac conditione apposita. quod predicta omnia sibi tuebimur bona fide. et auctores sui erimus quod vulgo gwer dicitur coram jure, quolibet de predictis. Et si forte ab eo per iusticiam euincatur aliquid predictorum, tenemur eidem tantumdem de nostris possessionibus sine difficultate qualibet assignare. In cuius rej testimonium etc.

Hec sunt possessiones Ecclesie In Hall. In Stege tercia pars *aque de Salina.* Item locus patehe in Stegarn. Item due aręe in quarum una sedet Chunradus Maenler, et in reliqua quidem qui uocatur ylias. Item ortus quem habuit Otto poechel in feodo a toeringerio. Item. IX. uel octo homines quorum quilibet soluit pro censu. V. denarios.

Minem lieben Herren dem Bischolf Otten von pazzowe enbutt ich Hvoch von Sauersteten vnd Heinrich von Aheim vnd der Gaul vnd Greif vnser getrewlih dienst. Wir chunden eu daz wir haben Porgen genommen von hern Einwige vor anderhalb Hundert phunt mit bescheidener rede also hie geschriben stet. Also

Digitized by Google

daz der Her Einwit piz sante Georintuit zv ewern Hulden chom. sterbe abe er in den ziten so schuln sin porgen ledek sin. An daz ein man ev sol gewis tvon daz ev von siner Vanchnusse ihtes ich wider var ze wider driezze. Ist daz er in den ziten nicht chomen mach, zv ewern hulden so schol er sich geben wider gevangen in ewer gewalt. ob er ist also gesunt alsf er hevt ist. vnd ist daz ab er ist siech. so schol sin Bruder der Herrant an siner stat invarn vnd schuln die borgen alle ledich sin. Ist daz daz des niht geschiht so schvln die Porgen varen hinz Obernperge in den Marcht nimmer darvz ze chomen ev werden ewer phenninge gegeben dez habent si alle gesworn.

CCXXI.

Computationes inter Ottonem a Lonsdorf, Pataviensem antistitem et castellanos suos in Obernberg, aliisque locis.

Pataviae 2 Martii 1254.

O. dei gratia Electus Ecclesie Patauiensis. vniuersis presentem litteram inspecturis. Salutem in domino. Notum uobis facimus. quod facta computatione de distributis et non de receptis, in feria. II^da^ post festum beati Mathie apostoli cum Griffone de Obernperge. sibi remansimus debitores in Quingentis. XXIII. tal. et L. II. den. et XXX. Marcis argenti. expeditis omnibus *Castellanis in Obernperge.* usque ad terminum, singulis, constitutum. exceptis, domino *Ortolffo de Waldekke. et Al. de Rotawe.* Expeditis etiam vigilibus, Janitoribus et Circariis. usque ad inventionem beati Stephani. Inclusis etiam expensis a nobis factis in Obernperge. similiter et auena. Hoc adiuncto quod huius debiti Summa siue porcio uidelicet. C. XXIX. tal. est a nobis nouiter ordinata. pro antecessore nostro residuis debitis exsolutis. Et ne predictus. G. prelibatis defraudetur debitis. Ecce de consensu Capituli nostri promittimus per presentes. quod eum non priuabimus muta nostra quamdiu dictam pecuniam predecessori nostro, et nobis accreditam totaliter non accepit. Et ut omnis dubitatio de predictis debitis amputetur. ad cautelam indempnitatis ipsius etiam si nos antequam pretaxata debita recipiet de *Muta*, commune debitum solueremus, in signum protestationis nostre de pecunia non soluta, presens instrvmentum sibi tradendum duximus, Sigillo capituli conmunitum. quia proprio caremus. Datum. Patauie. anno. incarnationis. domini. Millesimo. CC. L. IIII. Indictione. XII. VI. Non. Marcij.

(Sequuntur plurimae ejusdem episcopi locationes castellanorum et castrensium, mutariorum, conductorum, aliorumque ecclesiae suae officialium, infeudationes et computus, dijudicandis ejusdem aevi pretiis rerum et illustrandis moribus, consuetudinibus, variisque usibus apprime inservientes.)

1254.

Anno domini Millesimo. CC. L. IIII. Locauimus *Judicium in sancto Ypolito.* Chunrado vz der Grube, ciui ypolitensi pro. LXXX. tal. denariorum. a festo Pentecoste. per annum, pro quibus fideiussit frater suus Nopplinus. de quibus dedit ad manus. X. tal. Item in festo ypoliti dabit. XX. tal. Item in festo Mychahelis. dabit. XX. tal. Item in festo Purificationis sancte Marie. dabit. XXX. tal.

1254.

Anno domini Millesimo. CC. L. IIII. Hii sunt *Castellani in Viehtenstein.* qui promiserunt nobis seruire per annum. Ditmarus de Hugenperge. cui dabimus.

VI. libr. de quibus eidem satisfecimus in Scaphio Siliginis. Item Wlfingus. de Prukke. cui dabimus. IIII. libr. de quibus eidem satisfecimus in Scaphio Siliginis. Item Heinricus de Winhartsheim. cui dabimus. II. libr. de quibus eidem satisfecimus in dimidio Scaphio. Siliginis. Item Albertus de Ebergorsperge. cui dabimus. IIII. libr. de quibus eidem satisfecimus in scaphio. Siliginis. Item Vlricus in Turri. cui dabimus. VIII. libr. de quibus eidem satisfecimus in Scaphio. Siliginis. Item fratres de Chlafpach. quibus dabimus.....

1254.

Anno domini Millesimo. CC. L. IIII. Locauimus Meinhalmum de Watzmansdorf in Ortt cui etiam assignauimus Turrim. cui dabimus. XV. libr. tribus uicibus in anno. in festo Georii. V. libr. Johannis. Baptiste V. libr. Mychahelis, V. libr. et ipse tenetur Turri per Custodes, et vigilem, prouidere. qui nobis iurabunt. fideliter in nostro seruicio perseuerare. Item Locauimus magistrum Wernhardum Sagittarium *in inferiori Castro Ortt*. qui tenetur nobis seruire metquartus a festo Georii per annum. et nos dabimus. in festo Georii. IIII. libr. Johannis, Baptiste. IIII. libr. Mychahelis. IIII. libr. et. I. libram pro uestibus-

1254.

Anno domini Milliesimo. CC. L. IIII. Locauimus dominum *Heinricum* de Hartheim in *Monte sancti Georii* cui etiam assignauimus Turrim, cui tenetur in custodibus prouidere et per uigiles, qui omnes iurabunt nobis fideliter deseruire. Item Locauimus dominum Perhtoldum de Heidindorf. in monte sancti Georii, cui dabimus usque ad festum Johannis Baptiste. VI. libr. quem postea, secundum quod nobis et sibi expediet. conducemus.

1254.

Item notum quod anno Dominj. M. CC. LIIII. facta conputatione cum Griffone de Obernperge. A festo beate Lucie. usque ad Dominicam proximam *post* Assumptionem Sancte Marie. que fuit Dum clamarem. ipsa Dominica exclusa. et recepit per idem tempus. Quingenta tal. et III. tal. et dimidium talentum minus VII. den. Item Notum quod post rationes factas cum Griffone de distributis et non receptis in feria secunda. post festum Mathie usque ad dominicam post Assumptionem. que fuit dum clamarem. idem Griffo expediuit dominum Episcopum in C. LXXXX. tal. et XLVII den. jncluso precio. S. Notarius et O. Strinne usque ad eundem terminum. et Griffo tenetur domino Episcopo LXXI. tal. propter emendam pro seruo captiuo. et seruo incendiario. Excluso etiam jnstrumento. in feria. II. post Matthie sibi dato.

1254.

Anno domini Millesimo. CC. L. IIII. Hii sunt *Castellani in Fürstenekke* qui stare promiserunt a festo Georij per annum. quorum, cuilibet dantur. III. libr. Vlrico de Houtzenperge. III. libr. Item Chunrado de Charolspach. III. libr. Item Ortolffo de Cholberch. III. libr. Item Vlrico et Heinrico fratribus de Lobenstein. VI. libr. Item Heinrico et Wernhardo fratribus de Willeinsrevt. VI. libr. Item Heinrico de Perleinsrevt. III. libr. Item Heinrico dicto Schavp. III. libr. Item Hermanno de Laimpach. III. libr. Item Heinrico Prvnstario. VI. libr. Item Porn. VI. libr. Item Heinrico de Cholberch. VI. libr. Item Vigilibus et Janitoribus a festo Georij usque ad festum Mychahelis. XIII. libr. minus. LX. den. de quibus expediuimus eos. in VI. libr. de residua parte tenemur eos expedire in Inventione. beati Stephani. Item Castellanos tenemur expedire supradictos bis in anno. uidelicet in diebus Rogationum. et in Inventione beati Stephani.

Digitized by Google

1254.

Hec sunt debita *Custodientium Turrim in Chazperch* que dominus et Predecessor noster ipsis tenebatur. usque ad Pascha. Herbordo de Libenstein. III. libr. et XXX. den. Item Vlrico de Hartheim. XVII. sol. et X. den. Item promisimus etiam nos Chalhobo de Euerdinge pro Custodia dicti Castri a festo Georij per annum. V. libr. de quibus sibi in festo Georij. soluemus. II. libr. Mychahelis. I. libr. Martini. II. libr. Item tenebatur etiam Predecessor noster Fratribus dictis Streitwiein. VIII. libr. et dim. usque ad Festum Jacobi. de quibus. ipsis in festo Georij soluemus. III. libr. reliquas in Pentecoste. Item dabimus etiam pro Custodia dicti Castri a festo Georij per annum Wernhero de Chumbrehtinge. II. libr. et Ottoni de Ritsinge. II. libr. et Cuilibet. I. libr. in festo Georij ex hiis. et Mychaelis. I. libram. Item dabimus Janitori in dicto Castro. a festo Georij per annum. XX. sol. in hiis terminis in media Qradragesima. V. sol. in Solsticio. V. sol. Mychahelis. V. sol. in Natiuitate. domini. V. sol. Item dabimus uni vigili eiusdem Castri. II. libr. ad annum persolvendas, in terminis memoratis. Item dabimus alteri vigili eiusdem Castri II. libr. per annum. in Qudragesima media. dim. libr. in Solsticio dim. libr. Mychahelis. dim. libr. in Natiuitate. domini. dim. libr. Item dabimus ad inferius Castrum Morspach. Sibotoni in Turri. VIII. libr. per annum. in hiis terminis in festo Georij. II. libr. in Solsticio. II. libr. Mychahelis. II. libr. in Natiuitate domini. II. libr. et tenetur habere unum Vigilem. Item dabimus dicto Ymberich. VIII. libr. hiis terminis. in festo Georij. III. libr. Mychahelis. II. libr. Martini. III. libr. Item dabimus uni Vigili dicti Castri. II. libr. sicut illis de Castro superiori. Item dabimus. H. de Chvmbrehtinge pro Custodia inferioris Castri. VIII. libr. in terminis eisdem persoluendas, qui pro superius dicto Ymberich sunt prefixi. Item dabimus Vlrico de Hartheim a festo Georii per annum. VI. libr. in hiis terminis. in festo Georii. II. libr. Johannis Baptiste. II. libr. S. Egidii. II. Scaphia Siliginis. in festo Mychahelis. II. libr. et tenetur habere vigilem in Turri. Acta sunt hec anno domini Millesimo. CC. L. IIII. in feria. VI. ante Dominicam Reminiscere. Item dabimus Leutoldo Pruschingchen. XXX. libr. pro Custodia Castri inferioris Morspach. A festo Johannis Baptiste. per annum. et tenetur Turri in Vigilibus prouidere. de quibus sibi satisfecimus in. XV. libr. De residua uero pecunia tenemur sibi satisfacere in festo Mychahelis.

1255.

Hec est *Purchuta in Vichtenstein*. Anno domini. M. CC. LV. a festo Georii per annum. Domino Dietmaro de Hugenperge. VI. libras. Alberto de Ebergozperge. IIII. libras. Super Turrim ibidem. vlrico. et Genero suo. X. libras. Item Fratribus de Chlafpach. VI. libras. Item winhartsheimerio. III. libras. Item Heinrico sagitario. IIII. libras. Item Portenario ibidem. III. tal. Item duobus vigilibus VI. tal. Item aliis duobus vigilibus a festo sancti Georij. usque ad festum sancti Michahelis XX sol. Item aliis duobus vigilibus a festo sancti Georij usque ad festum sancti Michahelis. X. sol.

Pataviae 1255.

Quibus soluit in toto.

Notum. quod dominus Episcopus. composuit cum. L. et. B. fratribus dictis Privschinch. super debitis. que dominus. B. Episcopus aput ipsos contraxerat. in hunc modum. quod uidelicet. utrique in festo Natiuitatis domini. XX^{ti} libras soluere tenebitur isto anno. pro qua etiam pecunia usque ad solutionem. quatuor hubas in Polsinge. quas dictus. B. Episcopus, eis pro eadem obligauerat, obli-

Digitized by Google

gationis titulo possidebunt. Actum Patavie anno domini. M. CC. LV. dominus Episcopus satisfecit. L. Privschinch. de XX^{ti} tal.

1255.

Notum. quod anno domini. M. CC. LV. facta ratione per Cantorem. de omnibus receptis ab Engel. uidelicet. CC^{tis} et XIIII. tal. et. XL. den. et a Sibotone Mutario in Obernperge. I. tal. a festo Bonifacij, quod fuit in dominica factus est. usque in diem Agnetis ipso die excluso. in anno domini. M. CC. LVI. dictus Cantor de omnibus receptis ac etiam distributis dominum Episcopum. plenarie expediuit. et dictus. Episcopus. remansit debitor ipsius Cantoris in dimid. tal. minus. I. den.

1255.

Notum. quod Raecingerio locatum est officium *trans pontem Patauie*. Anno domini M. CC. LV. in festo Johannis Baptiste. pro XXX. libris. quas soluet. hiis terminis. In Inventione Sancti Stephani. V. libras. In festo Michahelis. V. libras. In festo Natiuitatis domini. V. libras. In Purificatione beate virginis. V. libras. In media Quadragesima. V. libras. In festo Pasche. V. libras.

1255.

Anno domini Millesimo. CC. L. V. Notum quod isti sunt. fidejussores. *H. de* Chumbrechtinge. Rugerus Privschinche. pro V. tal. Leutoldus *Privschinche* pro V. tal. Al. dictus Speiser. pro V. tal. Item H. frater suus. pro V. tal. Siboto de *Pochsrukke*. pro V. tal. frater suus pro V. tal. Siboto de *vrleussperge* pro V. tal. Heinricus de Cholberch pro V. tal. Vl. de Monte. pro V. tal. Irenfridus de Hautzenperge pro V. tal. Otto de Mortspach. pro L. tal.

1255.

Anno domini millesimo. CC. L. V. locauimus dominum Chunradum de Hartheim in Castro nostro *Euerdinge*. taliter. quod debet habere tres castellanos secum. et. X. armaturas expeditas. quibus tenetur una cum uigilibus et portenariis in *Purchuta* prouidere. et seruiet nobis a festo proxime uenturo *pentecoste*. per annum et nos dabimus sibi. XL. libras. et Karratam vini. Huius rei testes sunt. O. de Volchinstorf. Vl. et Siboto de Lonstorf. Vlricus de. Cappella. Waltherus de Tannenberch. Heinricus de Hartheim. Leutoldus Privschinchen. et alii quam plures.

1255—1256.

Notum quod *summa receptorum in Eno in descensu*. anno domini. M. CC. L. V. a festo beati Erhardj usque ad festum beati Sebastianj anno domini. M. CC. L. VI. talis est. Septingenta. tal. et XVIII. tal. minus. XVIII. den. Item summa in Eno sursum, per tempus predictum. XVI. tal. et VI. sol. minus I. den. Item summa de muta Ciuitatis. in Eno. LIII. tal. et III. sol. Item summa de iure Laufensi. VIIII. tal. Item. summa receptorum in *danubio* de minutis. LVIII. tal. et dimidium. et V. den. Item. summa. in Mortspach in descensu. CCCC. tal. et XX. tal. minus XXVI. den. Item summa. receptorum ibidem. sursum. per idem tempus. in frvmento et vino. C. LX. tal. et dimidium. et XXIIII. den. Item summa. omnium summarum, quas continet presens scriptum. de omnibus receptis in muta tam apud Mortspach quam Patauiam. tam in Danubio quam in Eno. sursum et deorsum. Millia. tal. et CCCC. tal. et XXX. VI. tal. et XII. den. a festo Erhardi anno domini. M. CC. L. V. usque in Vigiliam Sebastiani anno domini. M. CC. LVI. Insuper recepit Engel. de denariis domini episcopi. LIIII. tal. et V. sol. et XV. den. inclusis denariis de consecratione sancti Mychahelis. Item summa distributorum anno domini. M. CC. LV. a festo Ekhardi, usque ad festum pentecoste. CCCC. tal. et. XXXVI. tal. et LX. den. propter nouam

Digitized by Google

Purchut. Item. a Pentecoste. usque ad Octauam assumptionis. CC. tal. et VI. tal. et VIII. den. Item. summa edificiorum Castri sancti Georgii. LI. tal. et XXIIII. den. Item alia summa edificiorum. XVII. tal. et VI. sol. minus. III. den. Item pro auena. duobus equis in Castro III. tal. et III. sol. Item summa ab octaua assumptionis, usque Sebastiani CC. tal. et X. tal. et dimidium. et IX. den. Item summa *pro custodia omnium Castrorum*. veteris et noue a festo Erhardi. anno domini M. CC. LV. usque Sebastiani. anno domini. M. CC. LVI. CCC. tal. et. unum tal. et. V. sol. et XXV. den. Item summa Phantlose magne. LX. tal. et X. den. Item summa datorum Cantori a dominica factus. usque Sebastiani. CC. tal. et XIIII. tal. et XL. den. Item summa datorum domino Christano. C. tal. et XVIIII. tal. minus. XX. den. Summa autem omnium distributorum. Mille. sexcenta. tal. et XX. tal. minus. XXVI. den. — Facta autem ratione. anno domini. Mill. CC. LVI. in die Sancti Sebastiani. cum Engelscalco. super omnibus receptis. et distributis. remansit dominus Episcopus. debitor ipsius Engel. in C. et XXXVIII. tal. et V. sol. et VII. den. inclusis debitis domini Christani usque ad eundem diem Sebastiani. uidelicet. C. et XVIIII. tal. minus. XX. den. Inclusa similiter omnium castrorum noua et antiqua Purchuta. usque ad eundem diem. et Engelscalcus dominum Episcopum de omnibus receptis a festo Erhardi confessoris. prioris anni usque ad predictum festum Sebastiani plenarie expediuit.

3 Jan. 1256.

Notum. quod anno domini. Millesimo. CC. LVI. Non. Januarii. III. vir Nobilis. Wer. de *Schaumberch*, fide data promisit firmiter. fidelitatem Patauiensi Ecclesie in omnibus obseruare. in *Obernperge*. etiam et in *Euerdinge*. in utroque loco unum nobis utilem suo habebit nomine *Castellanum*. sibi etiam dare isto anno tenebimur. C. libras. quarum. XXV. libre sibi in quolibet quatuor tempore persoluentur. a festo Purificationis ad annum.

Item. anno domini. M. CC. LVI. a festo Purificationis. ad annum. locauimus in Chatzperch. Ymbricum. et dictum Taenlspeche. quibus dabimus VIIII. tal. Item locauimus in Turri eiusdem Castri eodem anno per idem tempus. Fridericum de Winnberge et Rudlinum *Sagittarios* quibus dabimus. VIIII. libras. et II. schaph. de hiis vero nos dedimus ipsis. II. tal. Ymbrico et Taenlspeche uidelicet sagittariis vero schaphium frvmenti. et mediam libram. iterum vero nos dedimus ipsis. y. et. T. (ymbrico et Taenlspeche) II. tal. Item locauimus in inferiori Castro, Mortspach, wernhardum Cherer et fratrem suum, eidem anno, in festo Mathie. quibus dabimus VI. tal. et schaphium frvmenti. de quibus soluit eis Engel. I. tal. et nos I. tal. et medium talentum pro acquirendo vigili. Item locauimus in Turri. ibidem. eodem. anno. in festo Purificationis. Pilgrimum sagittarium. cuj dabimus. IIII. tal. et schaphium frvmenti de quibus nos dedimus sibi. medium schaphium frvmenti. et XII. solidos. Item dedimus nos ipsi. Meinhalmo de Wasinstorf. in sua Purchuta II. talenta.

Pataviae 13 April 1256.

Notum quod de consensu et voluntate Capituli nostri locauimus *Judicium Ciuitatis nostre Patauiensis*. H. dicto Hutsmunt et H. filio suo a festo Pasche venturo proxime per annum. pro. LXXX. tal. denariorum Patauiensium. sic ut eadem locatio si quod absit superstites non fuerimus. eis per nostrum successorem integre conseruetur. aut alterj eorum, si forte vnus ex ipsis migrauerit similiter ab hac luce. In quorum testium ipsis nostras litteras dedimus. nostro et Capituli nostri sigillorum, robore communitas. Datum Patauie. anno domini. M. CC. L. VI. Idus aprilis Pontificatus nostri anno tercio. Indictione XIIII.

Digitized by Google

1256.

Notum quod anno dominj. M. CC. LXI. in festo Georgii. Locauimus H. de Puchling, et H. de Haekindorf *officinas nostras in Viehtenstein et in Engelhartscelle*, ad annum. pro CC. modiis auene. et C. carratis fenj, et tenentur soluere et supplere anno presentj fenum retentum in anno preterito Insuper dabunt Xenia consueta. Et sunt exclusc ab eis possessiones quas emimus. Et tenentur satisfacere vigilibus et portenariis in Vihtenstein de precio ipsorum.

Pataviae 8 August 1256.

Ego vl. de Lobenstein huius scripti testimonio ad noticiam peruenire cupio singulorum. quod super expensis et sumptibus vniuersis circa Castrvm Patauiensis Ecclesie *Riedekke* per me factis. temporibus venerabilium in Christo patrvm. domini Rudigeri et domini Berhtoldi episcoporum. venerabilis dominus meus Otto Patauiensis Episcopus. de consilio et assensu Capituli et Ministerialium suorum mecum composuit finaliter sub hac forma. quod uidelicet promisit firmiter bona fide. mihi. XXIIII. librarum redditus Wienens. dum proxime vacare sibi ceperint. simul uel singillatim remotos tamen ab hofmarchiis suis ad unum miliare. conferre titulo feodalj. Sunt autem hii redditus sic distincti. XVI. librarum redditus immediate vacantes. qui vulgo vrbor dicuntur. et VIII. librarum infeodatorum que omnia grato animo acceptaui. Teneor quoque promittens firmiter uersa uice. ipsum Castrvm Riedekke, cum omnibus suis attinentiis domino meo episcopo reddere. qualibet occasione cessante. dum modo ante restitutionem sex ebedomadibus sibi postulauerit assignarj. Et si forsan per me non requisitus a domino episcopo Castrvm idem sibi voluero reddere, id ipsum sex ebdomadibus ante sciet. Vt autem de collatione dictorum reddituum per omnia sim secvrus. statuit ipse dominus meus episcopus siquid de vacaturis ex iam, in antea redditibus aliud quam hic exprimitur. ordinauerit. sit irritum et inane. et omni careat robore firmitatis. successores suos, si quod absit ante collationis huius executionem decesserit. cum hec premissa sint honesta et rationabilia de sui consensu Capituli similiter ad premissorum obseruantiam obligando. et sic ecclesiam Patauiensem simulque dominum meum episcopum ab omni iure, actione et inpetitione qua ratione expensarum in dicti castri constrvctione factarum ecclesiam et episcopum conuenire poteram. protestor a me liberos et solutos. Ad hec vnum de natis meis alicui de familia ecclesie Patauiensis. teneor matrimonialiter copulare. qui si forte decesserit herede legitimo non relicto, alterum illius loco copulabo illo, qui ut dictum est contraxerit uel ad contrahendum deputatus fuerit. post obitum meum tamen predictos redditus possidente. ipsis redditibus Ecclesie patauiensis uacantibus si forsan huiusmodi matrimonium omissum fuerit casu aliquo contingente. In cuius rei testimonium et cautelam Ecclesie Patauiensi presentem do litteram sigilli mei munimine roboratam. Testes. M. Prepositus. Al. de... Decanus L. de Haimburch. Dizto Scolasticus. T. Tumpler. Wer. de Morspach. Johannes. Jr. Decanus Chremisensis. poppo Hertwicus. vl. de Stira. O. Cantor. canonici Patauienses. vl. et S. de Lonstorf. P. de Haidendorf. Vl. et P. de Tannberch. Wer. de Dahsperch. H. et Ch. de Hartheim. H. de Valchenstorf. H. de Sauerstetten. H. de Aheim H. de Aiglinge. G. de Swent. O. de Morspach. H. de Radekke. et alij. quam plures. Actum Patauie. anno domini. Millesimo. CC. LVI. VI. Idus. Augusti.

Pataviae 9 August 1256.

Ego. B. de Haidendorf huius scripti testis confiteor et protestor. quod decimam Noualium per parrochiam Zehelfinge que dominum meum O. venerabilem Patauiensem Episcopum et eius Ecclesiam contingit ab ipso non in feodo sed habeo

habeo tamen simpliciter incommisso. In cuius etc. Datum Patauie anno domini M. CC. LVI. V. Idus Aug. Est enim sigillum meum appositum huic scripto.

1256. 31. Aug. in monte S. Georgii.

Notum quod facta computatione per Sibotonem. Mutarium de receptis in Obernperge dum primo cepit Mutam recipere. ab anno domini. M. CC. LV. a festo Erhardi uidelicet per annum. et ab anno domini. Millesimo. CC. LVI. usque ad dominicam deus in loco exclusa eadem dominica. in qua fuit festum Egidii recepit hanc summam. uidelicet. M. C. tal. LXX. tal. III. sol. minus. II. den. et ipse de hiis omnibus expediuit dominum Episcopum per idem tempus expediuit etiam omnes Castellanos in Obernperge portenarios et vigilantes vniuersos usque ad festum beati Mychaelis venturum. expediuit etiam dominum Christanum. in C. LXXXI. tal. et dominus Episcopus remansit debitor suus. in. C. LVIII. tal. Actum in Monte sancti Georgii. anno domini. M. CC. L. VI. Pridie Kalendas Septembris.

1256. 1. Sept. in monte S. Georgii.

Notum quod facta conputatione. cum Judice. anno domini. M. CC. LVI. in die beati Egidii qui fuit in dominica Deus in loco. super moneta ab eo priori anno recepta. et antiquis suis debitis omnibus conputatis. tam ea, que habuit per instrumenta quam alias. omnibus decisis. dominus Episcopus remansit debitor ipsius. in C. tal. actum in Monte sancti Georgii. Kal. Septembris.

Pataviae 3 Oct. 1256.

Notum quod deportata Cista decanj a domo Judicis jn Cameram dictj Episcopi et ea ibi coram subscriptis testibus aperta jnuenimus hec in ipsa. Quinque marcas aurj et fertonem patauiensis ponderis. Item vnam Marcam aurj Trecensis ponderis quam dominus Episcopus sub sigillo deposuerat aput ipsum. Item. VI. anulos aureos. Item XXX. Libros magnos et paruos. Item XXX. talenta denariorum patauiensium. Item pixidem argenteam cum tribus catenulis que in medio sunt connexe. Item quasdam Gemmas. Item VIII. Caligas de prvkka. Item duo Mensalia. Item IIII. bursas de serico. Hec omnia uiderunt et tractauerunt suis manibus hii Testes. Magister Gotfridus. H. de Haidendorf. Custos. Popo vicedominus. frater petrvs ordinis misericordie. Vl. de Lonstorph. et S. frater suus. H. de hartheim. Wer. de Prampach. H. de Aigelinge. Ch. de Valchenstein. H. de Radekke. H. Judex. et alij plures. Actum patauie anno dominj M. CC. LVI. Candidi martiris.

1256.

Notum. quod anno domini. M. CC. LVI. facta computatione cum domino Christano, super omnibus debitis suis, in quibus tenebatur dominus Episcopus. in die beati Egidii qui fuit in dominica Deus in loco, Dominus Episcopus, remansit debitor ipsius in LXXXII. tal. Patauiensibus. III. sol. et. XI. den. et sibi de omnibus aliis satisfecit. per *suos Mutarios* Engelscalcum et Sibotonem. Actum *in Monte sancti Georgii.* est enim hec summa omnium in quibus sibi tenebitur. tum pro domino. Berhtoldo Episcopo, tum etiam pro debitis domini Ortolfi de Volchenstorf. uidelicet. de tal. XII. tal. III. sol. et XI. den. Patauiens.

1256.

H. Nobilis de Scoumberch. vna cum vxore sua, filiis et filiabus suis. nec non Wer. de Schoumberch fratre suo. proprietatum suarum. LX. libr. redditus tradent super altare beati Stephani prothomartiris. illuc perpetuo proprietatis titulo seruituros. Quod si infra festum Purificationis beate Marie virginis proximum

Digitized by Google

facere neglexerint. nos et Ecclesia nostra, vna cum prescriptis, fideiussoribus ab omni solutione et inpetitione dicte pecunie erimus pariter absoluti. Nos vero predictos redditus assignatos. eidem. II. et filiis suis tamen conferemus titulo feodali. eisdem ad nos et Ecclesiam nostram si preter heredes decesserint. reuersuris. Ad hec omnia iura promissiones et pacta inter ipsos et predecessores nostros facta hactenus nobis Ministerialibus Ciuibus et aliis nostris hominibus quocunque censeantur nomine per omnes suos districtus integre conservabunt. Notum quod ex officio in Matse. obligata fuit Curia in Heldolfsperge. Heinrico de Matse. Item decima in Loch obligata fuit eidem. pro. XXX. tal. Salzpurgensibus. que omnia ad gratiam domini O. Patauiensis Episcopi remisit spontanee non coactus.

1256.

Anno domini M. CC. LVI. locauimus *officinam nostram in Ebilsperch*, domino Rudolfo de Alhartingen, a festo beati Jacobi per annum. pro LX^{a} talent. Wienensibus, Commisimus etiam ei homines nostros in Petenbach et alios eidem officio adtinentes, qui per dominum B. antecessorem nostrum alii commissi fuerant. Promisit etiam nobis seruire in eodem castro per annum, cum IIII. armaturis. et frater suus dominus Vl. de *perge*. cum duabus armaturis cui ipse dabit. *VI. libras* de suo non de nostro. Annexum fuit etiam quod in futuro anno *eodem pacto* eandem teneat officinam. omnj pacto quo isto anno.

1256.

Item Notum quod *Castellani in Ebilsperch* videlicet ¡Vlricus de Hartheim, Rudolfus de Alhartingen, et frater suus, Vlricus de Perge, usque ad pentecoste, ibidem seruire tenentur. Quibus etiam iam ipsorum Purchuta est soluta. Videlicet hoc modo. Vlricus de Hartheim recepit ab Abbate de Chremsmvnster. XV. libr. Rudolfus de Alhartingen pro se et suo fratre respondebit. Item locauimus in turri ibidem, Herbordum de Revt et Wolflinum generum ipsius, quibus dabimus ad annum. VIII. libr. et dedimus eis. II. scafia frumenti. et seruire tenentur usque ad festum beati Jacobi.

1256. 9 Aug.

Item Notum quod anno domini. M. CC. LVI. in Vigilia beati Laurentii locauimus *Judicium in Euerdinge Franconi*. pro XXX. tal. Wienensibus per annum. Item Notum quod Richerus Plebanus de Allensvelt tenetur nobis. XV. tal. Wienens. quorum. VIII. soluet. Herbordo de Reut. et Wolflingo genero suo in Turri Ebelsperch. nobis vero. VII. tal. obligauit etiam nobis beneficia sua ut ad aliud dominum se non transferat nec ulli seruiat sine nostra licentia speciali. si vero secus fecerit. omnia sua nobis vacabunt. anno domini. M. CC. LV. in Inuentione beati Stephani. Hos libros concessimus. Abbati de Altha. Ysidorium ethimologiarum pro memoriali. Abbati de Alderspach Summa vitiorum. Preposito S. Floriani postillas super psalterium. Magistro Hertwico Summam virtutum. Item in sancto Ypolito Decreta et decretales. Item Sybotoni de Tanberch. decretales concessimus. Item Decano de Chremise. Summam Reimundi.

1257. 8 Febr.

Notum quod nos. Otto Patauiensis Episcopus. anno domini M. CC. LVII. VI. Idus. Februarii. constituti in *Ebelsperch* feodum fidelis Ecclesie nostre Dietmari de Engelpoltsdorf vxori sue, filie uidelicet Wolflini de Hartheim contulimus sub hac forma. ut idem Dietmarus et vxor sua predicta heredes suos reducant per matrimonium ad nostram Ecclesiam, predicto feodo Ecclesie nostre si secus fecerint tunc vacante. Item locauimus Officium nostrum in Velden IIII.

Digitized by Google

Ciuibus ibidem. a Kathedra Petri per annum pro L. tal. anno domini. M. CC. LVII. Item locauimus *Judicium In Iltsa* a festo Purificationis ad annum Hadmaro pro IIII. tal. actum. anno domini. M. CC. LVII.

Ebelsberg 15 Oct. 1257.

Nos. O. dei gratia etc. notum facimus vniuersis quod *proprietatem iuris ratione quod in Werteigen dicitur*, ad nos pertinentem. eitam In Imerinpuche Heinrico filio Ch. de Alzinge. damus sub hac forma. quod videlicet Idem. H. cum vna de familia Ecclesie nostre contrahat que cum heredibus siquos per ipsum habuerit. dictas possessiones possidebit de cetero iure. et si forte illa decesserit per dominum H. non procreatis heredibus et relictis, jdem de familia Curie nostre ducet aliam. que cum suis heredibus siquos per ipsum habuerit gaudebit in dictis possessionibus iure superius recitato. In Cuius esc. Testes etc. Datum Ebelsperch. anno dominj. LVII. III. Idus octobris.

1257.

Notum. quod anno domini. M. CC. LVII. facta conputatione cum Eng. in die sancti Clementis, a festo Sebastiani, quod fuit in anno domini. M. CC. LVI. per duos annos de omnibus receptis et distributis tam Purchuta et expensis Castrorum exclusis. XXX. tal. et dimidio que debentur Castellanis in *Furstenekke*, qui debent seruire usque ad festum Georgii. anni sequentis. et exclusis. VIIII. tal. et dimid. que debentur in *Vitenstein* Castellanis, qui similiter debent seruire usque ad idem festum. inclusis etiam *sagittariis* in tribus castrorum *Chatzperch*, et inferiori *Morspach* qui debent seruire usque ad festum Purificationis beate virginis. Item Hetelo et Streitwitz debent seruire usque ad festum Michahelis et data sunt eis. V. tal. et vigilibus ibidem data sunt. XIII. sol. In aliis omnibus expediuit dictus Eng. dominum episcopum de omnibus receptis et distributis usque ad dominicam In uoluntate tua que fuit in Octaua martinj, et remansit dominus Episcopus debitor ipsius, in. C. tal. et XXIII. tal. et LXXXII. den. non descisa lite que uertitur super debitis domini Christani. que eidem debebat dominus Episcopus. uidelicet. CCC^{ta} LXXVII. tal. III. sol. et IX. den. quibus debitis inclusa erant LXXXII. tal. III. sol. et XI. den. in quibus eidem Christano dominus Episcopus remanserat debitor in festo Egidii. quod fuit anno domini. M. CC. LVI. in quo die cum ipso fecerat rationem. de omnibus prioribus debitis suis. De quibus debitis fatebatur Eng. se soluisse domino Christano. CCCC^{ta} tal. et LVII. tal. et V. sol. et XXVII. den. quod et idem Christanus fatebatur.

1257.

Notum quod anno domini. M. CC. LVII. facta ratione de omnibus receptis et distributis per Sibotonem mutarium in Obernperge proxima feria tercia ante festum Andree idem mutarius tam in Purchuta data Castellanis vigilibus. portenariis quam etiam inclusis expensis domini Episcopi et edificiorum et in lateribus. dictum dominum episcopum expediuit. a dominica deus in Loco. in qua fuit Egidii. in anno domini. M. CC. LVI. usque ad festum Sebastiani et a festo Sebastiani sequentis anni usque ad dominicam Omnia que fecisti. in qua fuit Gallj. inclusis debitis ipsius episcopi, in quibus eidem debitor. remanserat. in priori ratione. uidelicet. C. tal. LVIII. tal. III. sold. et XL. den. et episcopus remansit eidem debitor in. LXX. tal. minus. I. tal. Et cum sint equales mute salium in soluendo. Engelscalcus quoque de muta Patauiensi. XL. libras amplius quam in Obernperge de recepto Siboto ministrarit idem Siboto tantundem defalcabat domino Episcopo de hiis in quibus sibi remansit debitor, ut in recepto cum Engelscalco valeat concordare. Insuper etiam dominus episcopus tenetur

Digitized by Google

Rotauwerio. XX. tal. de aliis. X. tal. ipsum. S. mutarium expediuit. et domino episcopo computauit.

Pataviae 1 Febr. 1258.

Nos Otto dei gratia Ecclesie Patauiensis. Episcopus Notum facimus vniuersis quod nos ad resignationem fidelium nostrorum Alberti et Richeri fratrum de Pernstein subscripta predia jn Rudmarstorph. VIIII. Chalbohsperge. VIII. In der Oede aput Pentcenstadel. IIII. in Chrininge duo. Curiam in Oede et Molendinum in Phaphenreut III. in Saechsinge. IIII. in Reccling. III. Curiam in chvebach, que ab ecclesia nostra In feudum habuerint dilecto fideli nostro Heinrico. de Hartheim cum vniuersis attinentijs eorumdem. siluis. pratis. agris. pascuis. aquis aquarumque decursibus quesitis et inquirendis et iudicio in eisdem contulimus titulo feudalj. In cuius rei testimonium presentem litteram sibi dedimus nostro Sigillo munitam cum testibus subnotatis. Qui sunt hij. Vlricus et Siboto fratres de Lonstorph. Otto de Trvna. Berhtoldus de haidendorph. Waltherus de Thannberch. Leutoldus Pruschinch. Piligrimus de Thannberch. Chalhohus et heinricus de Valchenstein. heinricus de Aigelinge. Heinricus de Radekke. Ortolphus de Morspach. heinricus dictus huetsmundus Judex Patauiensis. Christanus. et alij quam plures. Datum patauie. anno domini. M. CC. LVIII. Kalend. Februarii. pontificatus nostrj anno. IIII.

Nos Otto dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus notum facimus vniuersis quod dilecto in Christo. S. presbitero *Ecclesiam in Pewerbach* cum omnibus suis attinenciis et utilitatibus a festo beati Georgii proximo per IIII. *annos subsequentes locauimus* sub hac forma. ut primis duobus annis quolibet anno. XXVI. schaphas mensure Patauiensis soluat de illa. XIII. scaph. frvmenti. et XIII. auene. sequentibus autem duobus annis. XXX. schaphas persoluet. XV. frumenti et XV. auene. Preterea per predictos. IIII. annos soluet singulis. VI. libr. Wiennenses hijs terminis. in festo beati Michaelis. II. libr. in Natiuitate domini. II. libr. in carnispriuio similiter. II. libr. Si autem quod absit *sterilitas terre afflictatio aeris uel depopulatio* inciderit medio tempore, ad consilium meliorum de parrochia de dicta pensione eidem tenebitur relaxari. Ceterum in dote Ecclesie edificabit domum honestam pro quibus expensis similiter sibi condescendemus iuxta quod uiderimus expedire. Datum in Euerdingen. Anno domini. M. CC. LVIII. XII. Kalendas Octobris. (20 Sept.) Pontificatus nostri anno. V.

Nos Otto etc. notum facimus vniuersis quod *Mutam Pontis in Ebelsperch Leutoldo dicto de Posche. Ciui nostro ibidem* a festo beati Galli proximo per IIII. annos subsequentes pro LXX. libris Wiennensibus locauimus sub hac forma. quod nobis dedit ad manus. V. libras et dabit. V. precedente tempore cum solutionem illarum dissimulare nolumus nec differe. LX. V. libras residuas *vigilibus et portenariis nostris in Ebelsperch* per predictos. IIII. annos solvet iuxta quod eisdem solutionis termini fuerint. IIII. constituti. et pontes ibidem taliter preparabit ut nulla sit in illis medio tempore transeuntibus difficultas. nec habebit in solutione census predicti nisi ut ordinauimus respectum ad alium aliqualem. Etiam si medio tempore decesserit, *vxor et heredes* ipsius ad dictos. IIII. annos gaudebunt si voluerint eo iure. uel si ministrare noluerint *loco sui* faciemus ipsis gratiam in eo. si forte idem Leutoldus ultra sua tempora quicquam dedit. In cuius rei etc. Actum in Ebelsperch. anno domini. M. CC. LVIII. in die beati Dyonisii. (9 Oct.)

Neuburg 5 Oct. 1259.

Nos Otto dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. notum facimus vniuersis. quod dilectus nobis Hadmarus de Sünneberch quartam partem decimarum de

Digitized by Google

tribus villis Sunnberch Petendorf et Holabrvnne quam a nobis habet in feodo, vxori sue Katharine pro decem librarum redditibus per manum nostram obligationis titulo assignauit. In cuius etc. Datum in Neumburch. ano domini. M. CC. LVIIII. III. Nonas Octobris.

Item notum quod ad resignationem Waltheri senioris de Tannberch duo beneficia ex opposito fori in Chapell prope Raenna, Heinrico de Hartheim contulimus titulo feudali.

1260.

Notum quod anno domini. M. CC. LX. nos. O. dei gratia Patauiensis Episcopus. locauimus Habervelderio Judicium nostrum in Velden a Kathedra Petri ad annum pro. XXX. libris Patauiensibus. et quod nobis isto anno in sero et in mane uel duo prandia ministrabit.

Ebelsberg 15 Jan. 1264.

Notandum quod ad resignationem Rudlini de Stochaeh terciam partem eiusdem Curie Stochaeh prope Lintzam arnoldo Harbrvnnaer de Lintza contulimus titulo feudali. actum in Ebelsperch. anno dominj. M. CC. LXIIII. XVIII. Kalendas februarii.

Notum quod Hermannus de Schonleuten confessus est se habere in feudo ab Ecclesia Patauiensi. in Rugstorf. II. Vineas et aream. In Raekleinstorf Curiam villicalem. et redditus. I. hbr. de Reutaker. In voltendorf. V. beneficia et duas areas et reutacher ibidem. coram hiis Testibus. preposito sancti Andree. Decano Wiennensi wisentone. Heinricus de Mersvanch. Walthero de Tannberch. Vlrico de Capella. Meinhardo de Traisem et aliis pluribus.

Notum quod Curiam in Stochaeh quam absoluimus aput Poltingerium locauimus sub tali seruicio singulis annis soluendo. videlicet. I. modium tritici. II. modios siliginis. I. modium ordei. II. modios auene. maioris mensure. II. porcos valentes sevronchust mediam libram. XII. Caseos quorum quilibet valeat. II. denarios. quos soluet in Pascha. IIII. mod. Pentecoste IIII. mod. Natiuitate domini. IIII. Item. III. Anseres. XII. pullos medium talentum ouorum.

Ego Sighardus de Grimenstein, prout dominus Episcopus pataviensis Ecclesie, mihi iniunxit assignare Tröstlino de Cirberch, citra XV. tal. legitimorum redditum, assigno ipsi predictis redditibus autem heubam in Steinheh. prope perngersdorf, hubam in qua habitat fribergerus officiatus aliquando Tumaduocatj eiusdem predij tres hubas conterminas, que sunt absolute, id est urbor, hubam aput swiseln, in qua quidam cognominatus. Movtshenaer, aliquando habitauit.

Item notandum quod ad resignationem Ottonis Junioris de Walde Curiam in Wejdarn quam a nobis in feudo habuit vlrico de vihouen contulimus titulo feudali. Econuerso autem ad resignationem ipsius vlrici de vihouen eidem Ottoni Curiam in Chaltenprvnne contulimus titulo feudalj. Item ad resignationem Gotfridi de Toxenpach quandam decimam circa sanctum ypolitum quam idem Gotfridus a nobis feudo habuit Heinrico seruo prepositi sancti ypoliti qui eam a predicto Gotfrido similiter in feudo habuit titulo contulimus feudali. Item ad resignationem Rudolfi. de Potendorf quandam decimam in parrochia in Weiten quam ab Ecclesia nostra in feudo habuit Ottoni de Meyssowe contulimus titulo feudali. Item quod Fridericus sagittarius dictus de Mosprvnne quandam curiam in Mosprvnne quam ab Ecclesia nostra in feudo habuit ad manus nostras nobis libere resignauit. nos autem remisimus sibi propter huiusmodj vnam libram. pro qua nobis Curia sua in Swabdorf fuerat obligata, et dedimus promptorum denariorum vnam libram eidem. Item Hartmudus de Smida dimisit nobis absolutam unam decimam in Smida, quam ab Ecclesia nostra pro quinque marchis argenti habuit

Digitized by Google

ginam inspicientibus. quod nos cum domino *Walchuono de Rotenberch pro capella in huckenheim* in qua ipse se ius peticionis et patronatus habere dicebat. post uarias hinc inde disceptationes in talis forme determinationem conuenimus. quod *quicunque in Pirenbach plebanus fuerit.* ille quoque iam dictam capellam. quesita pro ea gratia peticionis et patronatus a memorato Walchvono et suis heredibus habebit. ita quod nulli alii nisi cuicunque predicto plebano eam conferri licebit. Quod ne lubrico decursu temporis in ambiguum uergere possit. decreuimus huius instrumenti representatione non incaute roborari. Cuius facti testes Sunt. De choro. Ortolfus prepositus in ardacchir. Arnoldus custos. Vlricus scriba. Heinricus cellerarius. Albero plebanus de trvftern. De ministerialibus. Cvnradus de buohel. Richkerus de wesin. Manegoldus de aheim. Albertus puer. Thiemo de bvochelberch. Albero de germvndsberge. Heinricus de hoerienbach.

a) Sigillum episcopi, in margine laesum, filis sericis rubri viridisque coloris appendet.

b) Nec annus nec dies diplomati adscripti sunt.

VIII.

Leopoldus gloriosus, Austriae Styriaeque dux, hospitali pauperum in suburbio Pataviae remittit suum Bergrecht in vinea Frechawiensi.

Pataviae, 1200. 29 Martii.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris christi fidelibus. qualiter *Illustris dux Austrie et Styrie Liupoldus.* in remedium anime, sue et parentum suorum remisit hospitali. quod instituit in consolationem pauperum in suburbio chori Patauiensis. illud quod in uulgari dicitur *perchreth.* uidelicet

XL. denarios annuatim persoluendos. de uinea *Frechoue*, quam dominus Poppo Archipresbyter de Rovsebach beato consilio prememorato tradiderat hospitali. Huius rei testes sunt. Rapoto de Staine. Hartnidus de Orthe. Wichardus de Zebingen. Albero de toberahe. *Diethericus de Liethenstein.* Helenwicus de Grieze. Rovdegerus de Semftinberch. Cholo de chovliup. et ceteri quam plures. Actum Patauie. IIII. Kalendas Aprilis. Anno ab incarnatione domini. M. CC. indictione IIII.

a) Indictio quarta congruit anno 1201; anno autem in diplomate designato convenit indictio tertia.

b) Appendet sigillum equestre ducis valde laesum.

IX.

Ulrici et Dietrici fratrum de Wolkersdorf transactio de castro Heiligenberg cum Wernhero pataviensi episcopo.

Viennae, 1209. 5. Dec.

Nos Vlricus Et Ditricus fratres de Wolfkerstorf presentibus confitemur. quod Reuerendus dominus noster *Wernherus Patauiensis Episcopus.* deuotionem nostram liberaliter adtendens partem dimidiam Castelli in Hailigenperig illam videlicet quam nos a vidua Rudberti comparaueramus. vna cum agro, qui vno aratro excoli poterit et quindecim iugeribus silue Et pomario quodam et dimidia libra reddituum Et prato quodam ad Sex carraddas feni, nobis ambobus insolidum contulit titulo fevdali. verum licet premissum castellum in Hailigenperig titulo qui vocatur *Inwertaigen* vulgariter — ad patauiensem Ecclesiam pertineret. possessores tamen eiusdem antiqui ipsum et proprietates ad illud pertinentes hec negabant, immo vt mere proprium possidentes. vendebant simpliciter, predicto domino nostro Episcopo irrequisito, nec recognouerunt illi ius aliquod in eodem. Quare ipse dominus

Digitized by Google

noster Patauiensis habito sapientum virorum consilio, ne omnino perderet iura sua, et de speciali gratia pro clarificanda nostra conscientia, predictum titulum *Inwerstaigen.* quo ad premissam dimidiam partem castelli predicti et bonorum superius expressorum commutauit in titulum fevdalem, nosque infevdauit prout superius est expressum. Protestatus etiam fuit idem dominus noster Episcopus tempore infevdationis premisse. quod si aliqua que sunt in premisso fevdo expressa, in vrbora sua, sev possessione consistunt, quod illa nobis non contulit nec premissam collationem suam, nobis factam, duxit ad eadem extendendam. cui protestationi nos liberaliter consensimus. et expresse. decernentes talia super quibus ipse protestationem emisit ad nos minime pertinere. Promisimus etiam sibi ac promittimus in hiis scriptis. quod si nos predictum fevdum vendere continget, quod nos et heredes nostri illud sibi vel suis successoribus pre omnibus aliis exponemus emendum sine qualibet captione. In quorum testimonium presentes dedimus literas amborum nostrorum sigillis communitas Datum et actum *Wienne* Anno Domini M. Ducentesimo Nono. Nonas Decembris.

Exstat sigillum Dietrici, alterum decst.

X.

Eberhardus juvaviensis archiepiscopus confirmat pauperibus apud S. Egidium Pataviae donationem nobilis viri Cunonis quondam comitis in Meglingen.

Mühldorf, 1213. 26 Juny.

Eberardus dei gratia Salzburgensis Archiepiscopus apostolice Sedis Legatus. omnibus in perpetuum. Quum ea que iuste petuntur prompte conuenit exaudiri. Nos ergo donationem *nobilis uiri Cunonis quondam comitis de megelingen.* pauperibus apud sanctum *Egidium* in Patauia ob retributionem diui-

Digitized by Google

nam de consilio familie sue factam ex tenore priuilegij suj super hoc dati cognoscimus euidenter. Quam largitionem suam in duabus curiis predij sui quondam nunc autem nostri in Suezzenbach. nonam partem decimarum sicut ipse constituit eisdem pauperibus in perpetuum confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc confirmationem nostram infringere uel ei ausu temerario contraire. Data apud Mülendorf VI. Kalendas Julij pontificatus nostri. XIII. anno. Incarnationis autem M. CC. XIII. feliciter Amen.

Cum laeso archiepiscopi sigillo.

XI.

Conventio inter Manegoldum Pataviensis ecclesiae episcopum et Palatinum Rapotonem de jure patronatus in Wihmertingen.

Pataviae. — 1215. —

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Manegoldus *dei gratia* Patauiensis Episcopus in perpetuum. Cum mens humana nichil capiat quin illud deleat etas honestas et rationabiles bonorum uirorum constitutiones redigere scripto utile est et ualde necessarium. Inde quidem uniuersitati presentium et futurorum committimus quod cum controuersia uerteretur inter uenerabilem fratrem nostrum Heinricum abbatem de maense et Rapotonem palatinum super ius patronatus in ecclesia Wihmertingen consilio nostro et comitis heinrici de ortenberc amicabilis inter eos facta est talis conpactio ut palatinus omni iuri suo quod habuit uel habere uidebatur in prefata ecclesia renuntiaret et clericus palatini heinricus ab abbate mense episcopo ad inuestiendum presentaretur quod ex consensu utriusque factum est et ideo hanc paginam tam nostri sigilli quam prefati palatini apensione et testibus subscriptis fecimus communiri. Sunt autem hii testes. heinricus deccanus. Calohus. Cunradus maior ple-

Digitized by Google

plebanus Otto scriba Magister Ruggerus Magister heinricus Canonici. Einwicus notarius heinricus comes de ortenberc. Gebehardus comes de dornberc heinricus de ahaim Cunradus de steininchirchen.

Acta sunt hec patauie anno incarnationis domini. M. CC. X. V. indictione III. anno pontificatus nostri X.

Appendent duo sigilla valde laesa. Primum exhibet episcopum sellae insidentem et alterum scutum Palatini, panthera ad latus sinistrum conversa, distinctum.

XII.

Ulricus, Pataviensis ecclesiae episcopus, duas areas in Elmungeswerde et in Zagelove, per Ulricum ecclesiae praedictae quondam custodem instauratas, capitulo cedit Pataviensi.

Pataviae. 1216. 28 Febr.

(*Chrismon*). In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ulricus dej gratia Patauiensis ecclesie episcopus. in perpetuum. Cum ex debito susceptj teneamur officij, ut circa singularum ecclesiarum amplificanda stipendia. paterna ac pia sollicitudine uigilemus. hinc est quod tam presentium quam futurorum memorie duximus commendandum. quod duas areas. unam sitam in Elmungeswerde. aliam in Zagelove. quas dominus Vlricus quondam custos Patauiensis ecclesie. et plebanus in sancto Andrea. ex concessione habens episcopalj. ex parte decimarum pertinentium ad iamdictam sanctj Andree ecclesiam. que scilicet pars decimarum soluitur in eisdem augeis. uidelicet Elmungeswerde et Zagelove. eas taliter instaurauit ut in utraque arearum illarum sex vacce ad usum qui dicitur sweigo ex huiusmodi instauratione pascantur. ad petitionem prefati. Vlrici

Digitized by Google

nec non ad preces Patauiensis ecclesie capitulj. una cum decimationibus illis. ad pascendas uaccas illas ab ipso Vlrico ad has arcas assignatis. iamdicto Patauiensi capitulo libere tradidimus iure pleno atque perpetuo possidendas. Vnde et presenti priuilegio firmiter statuimus atque sanctimus. ne alicui alte uel humilj. ecclesiastice secularjue persone. liceat hanc nostram donationem infringere. seu ej quoquam temeritatis ausu in aliquo contraire. Quicumque igitur hoc adtemptare presumpserit. excommunicationis penam. ac dei omnipotentis iram incurrat. in die nouissimo. nisi resipuerit, eternaliter cum impiis condempnandus. Omnibus autem ej consentientibus. sit eterna pax in domino. eternam felicitatem cum felicibus feliciter adepturis. Actum Patauie II. Kalendas Martij. Anno dominj M. CC. XVI. Indictione V. Anno pontificatus nostri primo. Existente Eberhardo Patauiensis chori preposito. Et huius quidem rei sunt testes Hartnidus Aquilegensis prepositus. Timo canonicus. Chunradus tumplebanus. Normannus. Heinricus de Betenbach archidiaconus. Magister Heinricus de Witen archidiaconus. Otto bibbero. Rudolfus canonicus. Laicj. Hadmarus de Wesen. Livtoldus de Sauerstetin. Heinricus de Aheime. Gundacharus de Ebelsperch. Chvnradus iudex Patauiensis. Gerhardus. et alij quam plures.

a) Adest sigillum filis sericis rubri viridisque coloris suspensum, et episcopum repraesentans sellae curruli, capitibus lupinis exornatae, insidentem, dextraque manu baculum, sinistra evangelia gerentem.

b) Indictio V haud congruit allegato diplomatis anno, cui potius convenit indictio quarta.

Digitized by Google

XIII.

Ulricus, pataviensis episcopus, recipit renunciationem viri nobilis Conradi de Altha in villicationem Walkenskirchen.

Viennae 1217.

*V*lricus dei gratia Patauiensis episcopus. omnibus christi fidelibus presentibus et futuris. perpetuam in Christo salutem. Cum nostre in domino salutj. plerumque id expedire credamus. ut omnibus quibuscumque ecclesiis. non solum in amplificandis. uerum etiam in confirmandis possessionibus suis. prouideamus sollicite. sic ut ea que iusto adepte sunt titulo. in perpetuum se possidere gaudeant cum quiete. hinc est quod per presens scriptum certificamus tam posteros quam presentes. quod dominus *Chunradus de Altha uir nobilis.* diuino instinctu admonitus. in nostra aliorumque multorum presentia renunciauit penitus omnj iuri suo. in uillicatione sita *Walchunschirchen.* quam pie memorie domina Pertha. soror ipsius. pro anime sue remedio. Patauiensis ecclesie capitulo. pleno iure contradidit. ac ipse. C. est publice confessus ibidem. quod eadem uillicatio sicut prefata domina. P. ipsam donauit libere. sic de iure sit et debeat perpetualiter esse pertinens. ad capitulum memoratum. Sed et ad uberiorem firmitatem factj huiusmodj. ipse. C. uillicationem eandem. ad dies uite sue tantummodo possidendam ab eodem capitulo sibj concedj obtinuit. ad pensionem. LX. denariorum annuatim ex ea in festo sanctj Michahelis. sine contradictione qualibet soluendorum. Et eo utique uiam uniuerse carnis ingresso. idem capitulum plenam facultatem habebit. de eadem uillicatione. prout tunc magis fuerit utile disponendj. Ne autem propter diuersos euentus. fragilemque hominum memoriam. hujus uillicationis possessio. capitulo eidem debeat seu possit a quoquam procedente tem-

pore perturbari. nos ad petitionem ipsius Chunradi ipsi capitulo in hujus rej testimonium porreximus presentem paginam nostro consignatam sigillo. cuj et eorum nomina qui una nobiscum astitere presentes. fecimus adnotari. Actum *wienne* Anno dominj. M. CC. XVII. Indictione. V. presentibus. *Livpoldo. illustri duce Austrie et Stirie.* Wichardo dapifero de veldesperc. Hademaro de *Chunringen.* Marquardo de hintperch. Rvdolfo de Potendorf. Kadoldo de *Veldesperch.* Rvdolfo de Sinmaningen. *Godfrido camerario.* Dieterico de *Wienna.* et aliis quam pluribus.

Cum sigillo episcopi.

XIV.

Gebhardi episcopi cura de solvendis debitis antecessoris sui Ulrici erga Liupoldum gloriosum, Austriae Stiriaeque ducem.

1222. 6. Julii in pomoerio apud Kirling haut procul Closterneuburg.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Gebhardus* dei gratia. Patauiensis episcopus presentibus et futuris. Salutem in domino. Vnicum obliuionis remedium est scriptura que calumpniis obuians. lites semel decisas non patitur denuo suscitari. Idcirco tam presentium quam futurorum memorie presentj scripto inculcamus. quod debita illa pro quibus piae recordationis. *Vlricus* predecessor noster in morte sua. domino *Livpoldo ducj Austrie, et Styrie* remanserat obligatus. nos persoluere uolentes. omnj iuri quod nos et ecclesia nostra in domo. et area iuxta *domum plebanj Winnensis* constituta. uidebamur habere de consensu Capitulj nostri renuntiauimus. et iam dictus dominus *dux* nos de sexcentis libris liberaliter reddidit absolutos. ipso insuper a pignoribus sibi prius assignatis.

Digitized by Google

recedente pro residua eorumdem summa debitorum remanente. que est sexcente marce argentj. et LXXX Marce auri ponderis. Winnensis. uillam nostram *Mosebrunne*. centum libras annuatim reddentem et siquid minus reddit. nos de uilla nostra *Swabedorf* supplere debentes. consensu capituli nostri accedente. in fidem dominj Ducis predictj. *Rvdolfo de Potendorf* in feudum concessimus. nomine ipsius ducis absque fraude tenendam et possidendam conditione tamen hac adiecta. ut si a Natiuitate domini proximo uentura. usque ad annum *duci* memorato uel *iudicj suo in Anaso. seu Notario eius in Winna.* qui pro tempore fuerint sive eodem duce quod absit medio tempore decedente. *domuj Thevtonicorum* summam predictam soluerimus feodj memorati ius circa ipsius ducis et prefatj Rvdolfi personam prorsus exspiret. et ad nos. et ecclesiam nostram uilla supradicta libere ac pleno iure reuertatur. et instrumenta super hoc contractu confecta reddantur. Si uero ante terminum. uel etiam in termino predicto summa pretaxata non fuerit a nobis persoluta. uilla antedicta. et eius supplementum. penes ipsum ducem. et eiusdem filios iure fevdalj remaneat perpetuo possidenda. uel etiam apud illum quem ipse dux de eadem voluerit infeudare. Medio autem tempore. scilicet infra terminum solutionj prefixum fructus omnes et redditus huius uillae. et eius supplementj. propter dilectionem nostram ipse dominus dux nobis percipiendos reliquit et per officialem nostrum in usus nostros omnimodis conuertendos. Vt igitur hic contractus sit sine calumpnia permansurus. presentem paginam dominj nostri *Ratisponensis* episcopi et nostro. atque ipsius dominj ducis et chori nostri sigillo procurauimus consignari. testium nominibus qui eidem interfuere subscriptis. Hii sunt testes Chunradus Ratisponensis episcopus. vlricus Sanctj Nycolai prepositus. Otto Patauiensis Decanus. Haertnidus *Aquilegensis* prepositus. Chalohus. Gotfridus Archydyaconus. Heinricus de Mystelbach. Ebirhardus de Jahinstorf. Magister Heinricus Zobelinus Magister Heinri-

cus scriba. Patauienses Canonicj. *Diepoldus Marchyo de Hohenburch. Albertus comes de Bogen. Chunradus comes de Wazerburch.* Chunradus de Hohenvelse. Rudolfus de Potendorf. Livtoldus de Saversteten. Otto de Morspach. Waltherus et Pilgrimus de Tanneberch. Vlricus et Heinricus frater eius. de Chirhlingen. Dietricus de Tulbingen. Helnwicus de Grize. et alii plures. Actum *in Pomerjio apud Chirhlingen* II Nonas Julij. anno domini Millesimo. Ducentesimo. Vigesimo secundo. Indictione. decima. Pontificatus nostri anno primo.

Ex quatuor sigillis solummodo exstant fragmenta ducalis sigilli equestris, necnon laesum chori sigillum.

XV.

Gebhardus Praesul civitati suae Effërding antiquum renovat privilegium in solutione mutae apud Pataviam.

Patavine. 1222. 14 Julii.

In nomine domini *Gebehardus* dei gratia Patauiensis episcopus. omnibus Christi fidelibus. presentibus et futuris. In perpetuum. Quia nostra interesse dinoscitur. ut utilitatibus omnium ecclesie nostre pertinentium. hominum. sollicitudine paterna prospicere debeamus. hinc est quod ad presentium noticiam et ad futurorum memoriam cupimus peruenire. quod *licet cives ciuitatis nostre Euerdingen in solutione mvte apud Patauiam* ciuitatem nostram. *hoc ius ex antiquo habuerint. quod ipsi ciues Patauienses habere noscuntur.* quia tamen ita factum est propter antiquitatem temporis. quod ius idem per dies aliquot est subtractum eisdem. uolumus atque statuimus innouantes. quatenus prefatj ciues de Euerdingen. in ipsius solutione mvte de propriis rebus suis sicut et hactenus. cum ciuibus Patauiensibus pari gaudeant gratia atque iure. Preterea elucescere cupimus uniuersis hanc paginam intuentibus. quod ipsa *ciuitas Everdingen*

Digitized by Google

hoc etiam iure gaudet ut omnes aduenientes. recipiantur atque seruentur ibidem. preter eos tantum. qui manifeste *furtum* secum afferunt seu *rapinam*. neque ibj eiciendus aliquis est *proscriptus*. nisi interdicatur ibj primitus. uel ipsius inibj proscriptio publice nuncietur. fur quoque siquis in ciuitate captus fuerit. de ciuitate sicut est cinctus cingulo debet dari. Siquis uero ciuium proscriptionem meruerit. hic est in ciuitate seruandus. quousque absolutionem obtineat. per satisfactionem debitam de commissis. sed et id cunctis manifestandum duximus. quod de *curua aha*. usque *Tratwerde aduocatia* ad nostram omnimodis spectat ecclesiam. et *de nauibus* in hoc quod dicitur *Stechreht*. nos et successores nostri habemus iudicium ut in foro. Vt igitur ista permaneant inconuulsa presentjs priuilegy paginam conscribj. et conscriptam nostri impressione sigillj fecimus consignari testium qui interfuere nominibus subnotatis. Hy sunt testes. Hadmarus de wesen. Livtoldus de Sauerstetin. Pilgrimus et Waltherus fratres de Tanneberch. et aly plures. Datum apud *Patauiam*. II. Idus Julij. Anno dominj. M. CC. XX. II. Indictione decima. Pontificatus nostri anno primo.

Cum sigillo episcopi.

XVI.

Honorius III pontifex injungit pataviensi episcopo curam arcendi censuris ecclesiasticis, omni appellatione remota, comites Ortenburgios ab omni ecclesiae suae molestatione.

Laterani. 1222. 25. Nov.

Honorius episcopus seruus seruorum dej. venerabili fratrj. Episcopo Patauiensi. Salutem et apostolicam benedictionem. Di-

lecti filij Capitulum patauiensis ecclesie grauem ad nos querimoniam destinarunt. quod nobiles uiri. Comes de Ortemburc. R. et A. nec non quidam alii propriis nominibus exprimendj Patauiensis diocesis aduocatie officio quod in ecclesia ipsa obtinent multipliciter abutentes, eam indebite aggrauant et molestant. Quia igitur non est equanimiter tolerandum ut qui sunt ad presidium ecclesie deputati in bonis ipsius huiusmodi occasione crassentur, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus. quatinus si est ita aduocatos ipsos ut ab eiusdem ecclesie grauamine conquiescant monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota iusticia mediante compellas. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia. odio uel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Laterani VII Kalend. Decembris. Pontificatus nostri anno Septimo.

Cum bulla Honorii papae III.

XVII.

Gebhardus Episcopus pro mutuo, urgente necessitate apud Henricum Trugewourfel de Shmidahe sumto, illi de consensu capituli et ministerialium decimam in villa Shmidahe obligat.

Wiennae 1223. 13. Nov.

Testes: Chunradus Pataviensis decanus. Alberoplebanus de Mosebach. Otto Taegingarius. Albero rufus. Chalhochus de Mugendorf Hartmvdus de Werdaren. Heinricus Naelivbare et alij plures. Actum Wienne in domo Naelivbarij Idus (13) Novembris. Anno dominj. M. CC. XXIII. Indictione XII. Pontificatus nostri anno secundo.

Cum sigillo episcopi.

Digitized by Google

XVIII.

Gebhardi ex comitibus de Plain, episcopi pataviensis, et Rapotonis ortenburgici, Bavariae palatini comitis, reconciliatio et injuriarum damnorumque amicabilis compositio.

Pataviae 1227.

In nomine domini amen. *Gebhardus* dei gratia Patauiensis Episcopus et *Rapoto* Palatinus Comes Bawarie. Omnibus in perpetuum. Vt lites et odia ac eorum occasiones quelibet que inter nos seminarium possent esse discordie. per bonum pacis et concordie penitus exstirpentur. ea quecumque inter nos et nostros sunt reformatione digna eorum qui subscripti sunt. discretionj et industrie per omnia commisimus decidenda. Vniversorum itaque memorie presentem paginam intuencium cupimus commendare. de consilio nostrorum pacem et concordiam cupientium reformarj. super dampnis utrimque illatis. talem inter nos compositionis formam et concordie esse factam. quod ex parte pataviensis ecclesie quatuor isti videlicet. Eberhardus de Johanstorf canonicus, Hademarus de Wesen, Liutoldus de Sauersteten; Otto de Possemunster. Ex parte quoque mei *Rapotonis Palatini Comitis* etiam hii quatuor. Heinricus de *Torringe* videlicet. Wernhardus de Rotawe. Siboto de Tetelheim. Hermannus de Hirzarn. denominati super hiis fidem dederunt. et eandem fidem se obseruaturos inviolabiliter sacramentis interpositis firmaverunt. vt ipsi octo in vnum convenientes. ad loca ipsis destinata eant. et dampna utrimque illata audiant. et ea bona fide sine dolo et fraude. decidere non obmittant. quod negotium elapsis diebus. XIIII. post festum beati Jacobi venturum proximo predicti octo inchoare remoto omni dubio tenebuntur. quorum si quempiam legittima

Digitized by Google

necessitate detentum abesse forsitan contigerit. de consilio tamen utriusque nostrum alter loco ipsius subrogabitur. qui ad omne id tenebitur. ad quod is cuius vicem debet gerere tenebatur. Modus vero satisfactionis ab utraque parte certissime talis erit. Is qui dampna ab altero receperit. coram prefatis octo. super hiis querimoniam deponet. cui lesor si potuerit. pro consilio predictorum octo amicabiliter satisfacere statim debet. quod si facere non potuerit. ipse qui dampna intulit. si de eo predictis. VIII. visum fuerit. quod integre opinionis sit. et fide dignus sacramentum super sua innocentia tunc prestabit. Si autem talis non fuerit. et predictis. VIII. si placuerit. duos fide dignos sibi adhibebit. qui ivrati una cum ipso super obiectis ipsius innocentiam expurgabunt. Si vero iam fati octo. nec hiis tribus fidem adhibere voluerint. uel etiam ipse lesor conpurgatores sicut dictum est habere non potuerit. tunc inivriam passus. sicut de lesore premissum est. si fide dignus fuerit. super dampnis sibi illatis ivrabit. cui si a prememoratis. VIII. creditum non fuerit. duos sibi fide dignos adhibebit. qui similiter una cum ipso super dampnis sibi illatis sacramenta prestabunt. Verum si is qui dampna intulit. paupertate adeo depressus fuerit. quod de propriis satisfacere non potuerit. vel adeo contumax exstiterit. quod ivdicio predictorum octo parere noluerit dominus sub quo ipse fuerit. pro ipso satisfacere extunc debet. Huiusmodi autem ivdicio sic peracto diem amicabilem inter nos ad quem uterque nostrum certissime venire debeat statuemus. vbi vicissim. sive super ministerialibus aut aliis hominibus. proprietatibus. vel feudis. aut quibuscunque aliis possessionibus si nos alterutrum lesimus. amicabiliter divina mediante gratia componemus. Si vero ad eundem diem non potuerimus concordare sepedicti octo de novo fidem dabunt et eandem fidem se seruaturos sacramento prestito confirmabunt. quod quidquid questionis inter nos fuerit. sine dolo et fraude. bona fide decidere debeant et sedare. et uterque nostrum ip-

Digitized by Google

sorum dictis remota omni occasione. stare tenebitur et parere. *De nobilibus autem de Halse.* de quibus palatinus Comes injuriam se passum proclamat. taliter est statutum. quod quidquid ipsi nobiles ab eo tempore. quo *ad gratiam Pataviensis ecclesie* redierunt. dampni uel iniurie sive sub pace sive *sub treugis* ipsi *palatino Comiti* intulerunt. Ego G. pataviensis Episcopus. amicabiliter aut secvndum justitiam satisfacere debeam de hiis ipsis. Et versa vice Ego Palatinus Comes in quocumque predictos nobiles dampnificavi ab eodem tempore. Sive sub pace sive sub treugis coram predictis octo amicabiliter aut secvndum justitiam dampnis satisfacere debeo de eisdem. Coram quibus si terminari non potuerit. idem factum. omnia quecumque *dux Austrie* vna cum *Comite Heinrico* ordinauerit. qui et hec reseruauerunt sibi primitus rata erunt. De hominibus quoque Palatini Comitis qui ad *civitatem* Patauiensem domicilium transtulerunt. uel adhuc transtulerint. Ego G. Patauiensis Episcopus secundum quod sepefatis. VIII. placuerit, ivsticiam teneor exhibere. Eo etiam taliter constituto. quod et Ego Palatinus si dominum Episcopum aliqua tali *usurpatione* que uulgo *ubervanch* dicitur. in terris aut agris cultis et incultis. leserim. uel alias homines suos aut sua indebite usurpaverim. super hoc requisitus et certificatus ad dictum prememoratorum octo. sepefato domino Episcopo satisfactionem plenariam persolvere debeo et explere. Ad quod etiam persolvendum. versa vice dominus Episcopus est astrictus. Illo quoque interposito hiis ad ultimum et annexo. quod ego palatinus Comes ad predictum diem quem sumus pariter habiturj. de omnibus dampnis que in proxima Reisa qua contra *comitem de Bogen* processi, ipsi domino Episcopo. aut eis pro quibus in ivre aduocare tenetur. intuli. sive per reisam seu quocumque alio modo. ad dictum et voluntatem sepefatorum VIII. amicabiliter uel secundum iusticiam dignam satisfactionem et plenariam debeo exhibere. Vt igitur hec omnia robur debite firmitatis obtineant. et tam a nostris quamque

ab utroque nostrum illibata conserventur et penitus inconuulsa. duplicem paginam conscribi fecimus et utramque utriusque nostrum sigillo cum subnotatione testium voluimus communiri. Hii sunt testes. Vlricus de sancto Nycolao prepositus et Archidyaconus. Vlricus covertel. archidyaconus et canonicus Pataviensis. Chunradus tumplebanus Pataviensis et Archidyaconus. Ex Laicis. Waltherus et Pilgrimus fratres de Tanneberch. Otto de Johanstorf. Ortolfus de Waldekke. Heinricus de Merswanch. Angelbertus de Eigelinge. Chunradus de Steinchirchen. Heinricus et Fridericus fratres de Sigenheim. Wichardus de Hutte. Wernherus de Mitterchirchen. Heinricus de Eissenpuchen. Chunradus rex. Richkerus de Rotawe. et alii ministeriales quam plures. Ex *Nobilibus* autem viris hii intererant. Wergandus de Rumtinge. Heinricus de Povmgarten. Ludewicus de *Hagenowe*. Datum *Patavie*. Anno Incarnationis domini. M. CC. XXVII. Indictione. XV. Anno Pontificatus domini Gregory pape primo.

Sigillorum appendentium primum exhibet episcopum sellae insidentem, alterum vero insignia comitis palatini, nempe pantheram ad latus sinistrum collo crinito unguibusque projectis conversum, quo scuto deinde post exstinctam palatinorum Ortenburgicae stirpis lineam Vicedominatus ad Rotam usus est.

XIX.

Abbas et Prior monasterii Zwettl ordinis cisterciensis, judices unacum abbate S. crucis a sede apostolica delegati, sententiam excommunicationis ab episcopo pataviensi suis canonicis illatam, nullam et irritam declarant.

Crems. 1229. 7. Dec.

Venerabilibus in Christo fratribus et dominis. vniuersis prelatis. abbatibus prepositis. Archidiaconis. Decanis. Plebanis. Vi-

Digitized by Google

cariis. et Capellariis. *H. dei gratia abbas. et G. Prior de Zwaetel.* Iudices a sede apostolica delegati. deuotas orationes in domino. Scire dignetur uestra vniuersitas quod nos communj consensu habito uirorum sapientium consilio. cum nobis in iuditio legittime constitisse *sententiam excommunicationis.* quam *Episcopus Patauensis tulisse dicebatur contra suum prepositum.* Heinricum. Gotfridum. Chalohum archidiaconum. Eberhardum de Johansdorf. Chvonradum Decanum. Chunradum custodem. Magistrum Waltherum. et alios socios eorum et fautores. multis rationibus fuisse *nullam* et nichilominus sicut de facto processerat. ita etiam de facto ad cautelam de mandato domini pape per suum penitentiarium sicut per publicum instrvmentum apparet esse sublatam. pronuntiauimus eos non fuisse. nec esse per illam sententiam ligatos. nec aliquatenus a persecutione sue cause. uel ab aliis legitimis actibus. propter has inpediendos. immo etiam denuntiauimus excommunicatos. qui eos propter hoc excommunicatos. de cetero reputarent. Et hec sententia a nobis communiter prolata. In nomine patris. et filij et spiritus sancti. Amen. Nos dei gratia. *Abbas et Prior de Zwaetel Judices a sede apostolica delegati* cognoscentes de causis que uertebantur inter Episcopum Patauiensem. et suos Canonicos. scilicet. H. prepositum. Chvnradum Decanum. Ch. Archidiaconum et C. Custodem et eorum socios cognoscentes inquam auctoritate rescripti apostolicj. cum tercius coniudex noster mortuus esset uidelicet *Abbas sancte Crucis* quia nobis in iudicio legittime. constitit eundem Episcopum eosdem Canonicos excommunicasse. post iter arreptum ad curiam Romanam. et cum centum in curia habito sapientium consilio. eandem sententiam pronuntiauimus *nullam esse. nec eos per illam unquam fuisse ligatos.* Insuper excommunicauimus omnes illos qui occasione illius sententie. uel alterius ab Episcopo in eosdem late. dum causa accusationis inter eos pendebit. aliquomodo uitarent uel excommunicatos in aliquo reputarent et hanc sententiam per totam Salzburgensem prouinciam precepimus publicari. Acta sunt hec in Octaua

Digitized by Google

Beati Andree. apostoli in Cremis anno dominice incarnationis. M. CC. XXVIIII. Domini Gregorii pape. anno secundo. Coram hiis testibus. Magistro Geroldo yconomo *Wiennensis* ecclesie. Magistro Marchwardo de *Telna*. Marchwardo plebano de *Gors*. Sifrido plebano de *Waelsa*. Rudegero plebano de *Chulvb*. Volrico. Pilgrimo. Gaebolfo. subdiaconis. et aliis quam pluribus. Ego autem Prior de Zwetel, quia sigillum proprium non habeo nec propter instituta ordinis mei habere debeo. sigillum abbatis mei huic sententie a nobis communiter prolate apposui secundo.

Sigilla desunt.

XX.

Episcopus, praepositus et archidiaconus pragensis, a sede apostolica delegati in causa excommunicationis et interdicti, a Gebhardo patauiensi praesule lati contra praelatos et clericos Austriae, sententiam promulgant accessoriam, praelatos et plebanos simul denuntiantes, quos ab officiis et beneficiis supensos, Romam transmittendos arbitrati sunt.

Pragae. 1229. 17. Dec. in domo episcopali juxta ecclesiam ad curiam laetam. (Tein-Kirche in der Altstadt Prag.)

In nomine domini Amen. Nos. I. miseratione diuina episcopus, E. prepositus. y. Archidiaconus *Pragensis* ecclesie a sede apostolica delegati in negotio quod mouet dominus. *G. Patauiensis* Episcopus contra *prelatos. et alios clericos austrie in sua diocesi* constitutos. eo quod dicit eos *excommunicatos in ecclesiis interdictis a se, diuina officia in salutis sue preiudicium celebrare.* citauimus eundem clerum ut coram nobis comparerent in *tyna* quadam villa *Pragensis* ecclesie in die sancte Lvcie dicto Episcopo de hiis que ipsis obiceret secundum iu-

ris ordinem responsuri. Die autem prefata ueniente. nobis ibidem presentibus dominus Patauiensis Episcopus *in propria persona* comparuit coram nobis. petens ut ad mandatum sedis apostolice nobis iniunctum procederemus. prout Juris ratio postularet. Nos autem ex officio nostro certi esse uolentes an pars etiam aduersa per se uel per personas ydoneas compareret. quesiuimus. an pro alia parte aliquis esset presens ibidem autem surrexerunt abbas de *Jerus* et prepositus *Nambergensis*. Item danihel de *polan* et Rembertus de *Asparn* qui dixerunt se pro se et pro aliis uenisse profitentes se super hoc mandatvm nullum habere. Apparuit autem nichilominus Magister *Marquardus de Riede*. Item quidam laicus qui se nominabat *pertoldum* quorum uterque obtulit quasdam literas in quibus videbatur eorum uterque constitui procurator *quorundam prelatorum specialiter et omnium clericorum austrie*. verum in continenti dominus Episcopus pataviensis contra procurationem Magistri Marquardi excepit dicens ipsum esse excommunicatum unde a limine Ivdiciorum esse expellendum, et super hoc testes peciit incontinenti recipi. Crastina autem die idem Magister Marquardus apparens coram nobis erupit in uocem *appellationis* quasdam causas sue appellationis exprimens euidenter falsas. eo uidelicet quod sibi denegassemus copiam apostolici rescripti. Item quod citassemus eos ultra *duas* dictas et ad locum *suspectum*. Cvm autem ex parte Episcopi diceretur quod audiri non deberet ullo modo cum esset excommunicatus. et paratus erat Episcopus probare incontinenti. quod procuratio tam sva quam dicti laici nulla esset. Diximus Magistro Marquardo et hiis qui cum eo erant quod parati eramus eis omnimodam iusticiam facere. et si eum uel partem suam in aliquo grauaremus parati eramus corrigere. dummodo etiam rationes partis aduerse et ipse audiret et a nobis audiri permitteret. ut ita audita utraque parte quod iustum foret faceremus. ille nullam ulterius moram uolens facere cum suis sociis a nostra abscessit presentia. Cvm autem nos uiros religiosos plures post eos

Digitized by Google

misissemus mandantes ipsis quod ad iuditium redirent nos autem omnimodam eis iustitiam uellemus facere. Rediit tam ipse quam alii. sed dicentes se habere amplius iudicem papam. Nulla mora facta sed nec nos nec partem aliam uolentes aliquo modo audire iterato recesserunt. Cvm tamen eis continue instaremus dicentes et promittentes. quod parati eramus eis omnimodam justiciam inpertiri. parati etiam si in aliquo grauaueramus eos incontinenti reuocare uel etiam ipsorum appellacioni si hoc iustum uideremus deferre. Iterato igitur ipsis contumaciter recedentibus. misimus honestas et graues personas eos reuocantes primo et secundo et tertio. sed illi redire nullomodo uoluerunt. immo ascensis equis *cum conductu Regis* quem eis sufficientissime procuraueramus penitus abscesserunt. Supplicabat igitur nobis dominus Episcopus patauiensis proponens tribulationes maximas et infinitas tam sue ecclesie quam persone. ut ex ipsorum contumatia quam faciebant in periculum finale patauiensis ecclesie non sineremus eos commodum reportare. maxime cum iam per eos cum potestate laica contra ecclesiam coniuratos. bonis omnibus sui episcopatus spoliati cogebatur deficere etiam in expensis. nos igitur et ipsi Episcopo beniuolam audientiam concedentes et nichilominus pro iure partis aduerse licet absentis. quecunque nostrum animum mouebant fideliter proponentes per discussionem negocii ad ueritatis inquisitionem curauimus peruenire. Constitit autem nobis probationibus sufficientibus tam facti quam Juris. quod procuratio facta in personam Magistri Marquardi nulla fuit tam aliis rationibus quam illa specialiter. quod ipse tempore date procurationis excomunicatus erat maiori excomunicatione a dicto Episcopo suo ordinario pluries et ex diuersis causis et ex illa specialiter. quia dixerat dominum Papam esse hereticum. De excomunicationibus autem factis in evm probatum est lite super excomunicatione in modvm exceptionis sibi obiecta inter ipsos contestata coram nobis per viros honestos et religiosos et omni ut credimus exceptione maiores. Constitit etiam nobis

Digitized by Google

nobis quod alia procuratio facta in pertoldum laicum. non erat nobis aliquatenus admittenda. nam fides illj cartule propter plurimas suspiciones non poterat adhiberi. utpote que erat signata nomine multorum prelatorum et tocius cleri uno sigillo penitus ignoto pluribus deletis literis ita quod cuius esset non poterat liquido deprehendi. dicebatur tamen a presentatore esse sigillum abbatis scothorum nec eadem carta habebat aliquid certitudinis. quare ei fides adhiberi debebat. Constitit etiam nobis tam per responsa eorum qui pro prelatis et clero uenerant. quam aliis pluribus modis quod ex parte nostri litere nostre citationis peruenerant tam ad prelatos austrie quam totum clerum. quia fuerant in tota Austria multipliciter publicate. Constitit etiam nobis per probationes Juris quod appellationi interposite non erat deferendum. tum quia cause assignate erant notorie false. tum quia persone dicte exigente sva contumatia et aliis de causis appellare non poterant. tum ex pluribus aliis causis. Nos igitur uisis meritis utriusque partis habita deliberatione plenaria de consilio uirorum sapientium qui fuerunt tunc temporis nobiscum. licet pars Episcopi peteret in *principali* procedi ut scilicet secundum mandatum apostolicum aduersarios suos *contumaces* pena canonica castigaremus. maxime cvm excessus eorum esset *notorius*. lite tamen super hoc non contestata hoc facere noluimus. sed quia nobis constitit de contumatia tam *prelatorum Austrie quam alterius cleri* utpote qui citati nec per se apparuerunt. nec per ydoneos responsales in penam sue contumatie quosdam ex ipsis prelatis sev clericis quorum nomina inferius sunt annotata. quos tamquam principaliores esse in hoc negotio perspeximus in exemplum et terrorem aliorum suspensos ab officiis et beneficiis ipsorum ad presentiam sedis apostolice transmittimus eis comparendi personaliter coram domino Papa in octaua pasche terminum prefigentes. ut ibidem aput sedem apostolicam tam de pena istorum quam aliorum clericorum Austrie in quibus *propter multitudinem* seueritati

Digitized by Google

ad presens detraximus. secundum domini pape beneplacitum disponeretur. Remittimus etiam negotium nobis inter dictum episcopum et prefatos clericos commissum in manibus domini pape. ut tunc predicto Episcopo finaliter respondeant et prelati nominati et ceteri clerici de obiectis. dictum eis terminum peremptorium assignantes. Non enim uidemus qualiter Episcopo pataviensi per nos in principali possit iustitia exhiberi propter hoc. quod nec nuntios nostros cum literis nostris citatoriis sev aliis *in austriam* possimus dirigere. cum eorum qui nostras litteras illuc detulerunt quidam clerici iam sint in uituperium dei et ecclessie Romane male tenti et uiliter tractati. et timemus eis in futurum etiam uite periculum imminere. Hii autem sunt quos *ab officiis et beneficiis suspensos ad Romanam curiam transmittimus. Abbas scotorum in vienna.* Prepositus *numbergensis.* Abbas in *cella s. Marie.* Prepositus. *s. Andree.* Prepositus. *s. Georgii.* Abbas in *Kothuico.* Abbas in *Altenburch.* Abbas in *Medlico.* Abbas in *Sitansteten.* Abbas in *Gleunch.* Abbas in *Chremsmvnster.* Abbas in *lambach.* Prepositus in *Walthovsen.* Prepositus. *s. Floriani.* Prepositus de *Rschersperge.* Decanus in *Anaso.* Decanus in *Chremis.* Decanus in *Hezogenburch.* Magister Marquardus de Riede. Magister Marquardus plebanus de *spithe.* Sifridus plebanus de *haimburch.* Olricus plebanus de *wizlinsdorf.* Eberhardus plebanus de *lovchse.* Conradus plebanus de *Rustbach.* Marquardus plebanus de *Gors.* Danihel plebanus de *polan.* Fridricus plebanus de *widernalde.* Vernhardus plebanus de *sicendorf.* Hinricus plebanus de *Rapotenchirchen.* Rudgerus plebanus de *Chvoliube.* Riembertus plebanus de *Asparn.* Henricus plebanus de *Asparn.* Sifridus plebanus de *Waels.* Siboto plebanus de *Grimarsteten.* Plebanus de *valwa.* Olricus plebanus de. *s. Andrea.* Pernoldus. Erchenpoldus. Albertus. Rapoto clerici celebrantes in *vihenna.* Acta sunt hec in *tyna* in domo *Episcopali* in presentia Magistri Bernardi scolastici pragensis. Magistri Egidii archidiaconi *Tynensis.* Magistri Stephani Archidiaconi *horsouensis.* Tho-

Digitized by Google

bie canonici pragensis. Abbatis et prioris de *Mileuch* premonstratensis ordinis. Nepri et Milozlay capellanorum Episcopi pragensis. Benigni canonici *Sacensis*. ypoliti *capellani Regis* Boemie. Lupi sacerdotis Radozlay capellani Episcopi. V. prepositi. s. Nicholay de Patavia. Marquardi prepositi. s. *ypoliti*. Conradi maioris plebani de *patauia*. Eberharti. Alberti. Et aliorum multorum Anno dominice incarnationis. M. CC. XX. VIIII. XVI Kalendas January pontificatus domini Gregory noni Anno tercio.

Cum quatuor sigillis.

XXI.

Ludowicus filiusque ejus Otto, Bavariae duces, testantur, quod Gebhardus, Pataviensis episcopus, partem comitiae in Winneberge, necnon Sebach et Utenhoven, Alberto comiti de Bogen contulerit ad dies vitae.

Landowe. 1230. 22. Febr.

Nos Lvdewicus dux Bawarie et Otto filius suus Palatinus comes Reni confitemur quod dum Albertus comes de Bogen injuriaretur Patauiensi Episcopo. et ecclesie sue. in parte comitie in Winneberge. dum idem Episcopus esset in procinctu eundi ad curiam Romanam. et in Landowe existeret dictus comes conmonitus a nobis. ne amodo Episcopo et ecclesie sue injuriosus existeret. ad petitionem nostram et ob dilectionem dilecti sui consanguinei venerabilis Patauiensis Episcopi Gebhardi recognouit et confessus est dictam partem comitie. se uiolenter et contra justiciam possedisse. Dictus uero Episcopus timens eum alienare antiqua feuda. que a Patauiensi possedit ecclesia. huic malo uolens occurrere, partem dicte comitie. in qua ipsi et ecclesie iniuriosus exstiterat. et Sebach.

et vtenhouen sibi in feudum contulit. pro obsequiis dicte ecclesie exhibitis. et in futurum fideliter exhibendis. tali conditione interposita. ut nec partem predicte Comitie. nec antiqua feuda. nec noua. uidelicet Sebach et vtenhouen. sibi liceat uel uendere. uel obligare. uel aliquo alio genere alienationis alienare. Insuper se ad hoc obligauit. quod si de predictis feudis antiquis uel nouis aliqua obligauerit. uel infeudauerit. uel uendiderit. uel aliquo alio genere obligationis alienare decreuerit. ut omnia feuda tam antiqua quam noua Patauiensi ecclesie extunc uacent. et ut post mortem suam libere ad Patauiensem ecclesiam reuertantur. De Sebach uero specialis adiuncta fuit conditio. vt quando dominus Episcopus alios reditus equiualentes sibi assignet. quod tunc Sebach Episcopo et ecclesie incipiat uacare. Et ne aliquis hys que prelibata sunt per aliquam calumpniam ualeat obuiare. presentem paginam sigillorum nostrorum munimine et testium subscriptione decreuimus communire. Huius rei testes sunt. Perngerus comes de Lewenberch. Alrammus et Albertus fratres de Halse. Heinricus de Lapide. Chunradus de Hohenvels. Livtoldus pincerna. Pertholdus de Oede. Fridericus de Paesschinge. Ex clericis isti. abbas de Alderspach. Heinricus cappellanus suus. Albertus de Possmvnster. archidiaconus. Pertholdus de Povmgarten. Heinricus Zobelinus. Ditricus decanus sancte Agathe. Magister Fridericus Notarius. Hartliebus prepositus. Perngerus plebanus de Drozendorf. Magister Haertwicus. Albertus vliesaer. Otto de Munchhaeim. Chunradus Boemus. Wernherus chnollo. vlricus Chreiar. Wolflinus de Glevze. Rudolfus de Schouinge. Datum aput Landowe. anno dominice Incarnationis. M. CC. XXX. VIII. Kalendas Marcij.

a) Appendent sigilla equestria ducum.

b) Diploma ejusdem quidem tenoris, sed de dat. Landowe 1223. kal. Mart. insertum est codici Ottonis de Lonsdorf. vid. Mon. Boic. Vol. XXVIII. pars altera, no. 87. pag. 329.

Digitized by Google

XXII.

Rudigerus episcopus, egestati hospitalis S. Egidii subventurus, domum quamdam et aream illi confert.

Pataviae. 1237. 4. Julii.

Rudegerus dei gratia Patauiensis Episcopus. Omnibus presentem paginam inspecturis. salutem in domino. Considerata intolerabili *Leprosorum* apud sanctum *Egidium* egestate. cogitauimus qualiter ipsorum posset inopie subueniri. Sperantes etiam nobis cumulari mercedem multimodam apud deum si de bonis nobis ab ipso collatis, indigentibus impenderemus grata subsidia Karitatis. spe eiusdem premy et mercedis. dictis Leprosis quandam aream et domum sitam in Curia inferiori, ad nostram Cameram pertinentem. pro Burchreht sex denariorum duximus conferendam. quod *Burchreth*, in festo Martini, nobis debebunt soluere. annuatim. Domus etenim et area, quam leprosis contulimus memoratis. illa est, quam *Gozo aurifex* hactenus habuit et possedit. Et ut hec nostra collatio et processus. robur. optinere debeant firmitatis. presentem paginam sigilli nostri appensione, et testium subscriptione diligentius roboratam. prenotatis leprosis dedimus ad cautelam. Testes sunt hii. Chunradus decanus. Chunradus maior plebanus. Eberhardus de Fiuhtenbach. Meingotus de Waldekke. *Canonici* Patauienses. Otto de Tegernbach. Otto de Poschmunster. Marquardus de Matse. *Ministeriales*. Gebolfus prepositus abbatie. Vlricus de Stuluelden miles. albertus iudex. vlricus westerburger. Rudegerus Euerdinger. Chunradus de Marchgazzen. Hermannus visenharter. Hermannus. Stocher. *Ciues Patauienses*. et aly quam plures. actum Patauie. anno domini. Millesimo. CC. XXXVII. IIII. Non. July. Indictione decima. Pontificatus nostri anno Quinto.

Cum sigillo episcopi.

Digitized by Google

XXIII.

Rudigerus, Pataviensis ecclesiae episcopus, alienationem prohibet decimarum parochiae in Griesbach.

Pataviae. 1259. 28. Junii.

Nouerint omnes presentem paginam inspecturi. quod nos dei gratia. R. Patauiensis episcopus quasdam decimas parrochie in Grychspach. spectantes ad officium custodie, quondam per negligentiam quorundam clericorum alienatas. sed nuper per magistrum Acinwicum custodem nostrum et Ottonem plebanum reuocatas. ad ipsorum preces dicte parrochie auctoritate nostra stabilimus et iure perpetuo confirmamus. Statuentes firmiter et sub pena anathematis inhibentes. ne quisquam successorum nostrorum vel clericorum pro tempore loci illius dictas decimas deinceps presumat ab ipsa ecclesia alienare. nec laicus quisquam uel ecclesie uel plebano ecclesie litem uel questionem uel calumpniam super dictis decimis audeat amplius suscitare. Vt autem talis confirmatio firma permaneat. presentem litteram fecimus conscribi. et nostro sigillo episcopali. et sigillo capituli nostri communiri. Datum Patauie. Anno domini M. CC. XXXVIIII. IIII. Kalendas July. Indictione XII. Pontificatus nostri. anno VI.

Sigilla desiderantur.

XXIV.

Hademarus de Wesen, Conradus de Falkenstein, Ulricus de Lonsdorf, Ortolfus de Waldeck, Waltherus et Pilgrimus, fratres de Tanneberg, aliique ministeriales ecclesiae

Digitized by Google

pataviensis, foedus ineunt mutuum in adjumentum memoratae ecclesiae, violentis oppressionibus ad exitium deductae.

Pataviae. 1240. 25. Dec.

In Nomine domini Amen. Nos *Hademarus de wesen.* Chunradus de *Valchenstein.* Ortolfus de waldek. waltherus et Pilgrimus Fratres de *Tanneberch.* et Vlricus de Lonstorf. Ministeriales Patauiensis ecclesie cum aliis comministerialibus nostris, uidentes Patauiensem ecclesiam *uiolentis oppressionibus conculcatam et ad excidium inclinatam. et de ipsius reformatione dominus noster Rudegerus* venerabilis Patauiensis Episcopus, uolens nobiscum cogitare aliquid et tractare, ut diligentiori fide et sollicitudine ad eruendam ipsam ecclesiam una cum ipso intendere deberemus a suis calamitatibus et pressuris. in suos *Consiliarios* nos eligere et recipere est dignatus. promittentes eidem coram sanctis Ewangeliis prestitis iuramentis. quod nos satisfactionibus congruentibus ipsi nomine ecclesie exhibitis tempore nunc instanti. ad ea per que Patauiensis ecclesie crescere poterunt incrementa. nostrum sibi consilium et auxilium bona fide et diligenti opera conferamus. obligantes nos dicto Episcopo. quilibet ad redditus decem librarum. et ad Castra que possidemus. uel qui non habent Castra, ad centum Marcas puri argenti, quas uel que dabimus ad manus Episcopi nomine ecclesie, si deliquerimus in dictam ecclesiam et Episcopum memoratum et si nos de commissis non correxerimus per ipsum Episcopum tercio pie moniti et paterne. Et si sacramentorum obliti hiis uellemus obligationibus et promissionibus contraire. per dominum Papam et archiepiscopum per censuram ecclesiasticam, et per Imperium brachio seculari constringi uolumus ad premissa. Et si forte quod absit. in ista unitate quam simul contraximus, aliquis ex nobis maior uel minor esse noluerit. sed sua sequens desideria Patauiensi ecclesie

iniuriam uoluerit irrogare. omnes illum sine personarum acceptione ultore gladio persequemur. Omnibus autem qui nobiscum permanserint inconcusse. defensionem et tutelam in suis oppressionibus pro nostris viribus conferemus. De hiis uero omnibus que promisimus remota fraude qualibet adimplendis. domino nostro Episcopo presentem litteram cum appensione nostrorum sigillorum damus in testimonium, et cautelam. Iste autem conuentiones nostre *a Natiuitate domini proxima* currere incipient. et usque ad *triennium* terminantur. Et si aliquis ex nobis se absentauerit necessitatis causa a domino Episcopo euocati(us). idem dominus Episcopus in locum illius alium eliget pro tempore causa consilii, et uocabit. Actum sunt haec Patauie. anno domini. M. CC. XL. VIII. Kalendas January. Indictione. XIII. —

Appendent sigilla quatuor, unum alterumve magis vel minus laesum.

XXV.

Rudegerus praesul, prospecturus defectui luminarium et aliorum utensilium ad custodiam ecclesiae pertinentium, proventus quosdam assignat ecclesiarum archidiaconatus Laureacensis, videlicet Linz, Neunkirchen, Hartkirchen, Ips etc.

Pataviae. 1242. 7. Julii.

Rudegerus. Dei gratia Patauiensis Episcopus salutem Imperpetuum. Cum ad decorem domus dei ex iniuncto nobis officio pastoralis sollicitudinis teneamur intendere uigilanter cooperante gratia ipsius. taliter ad id adhibere desideramus operam nostram cum suffragio temporali, ut ipsa domus dei prouisione nostra et laboribus se gaudeat decoribus adornata, et nobis nostrisque predecessoribus et Successoribus, quod temporaliter agi-

Digitized by Google

agimus ad salutem animarum conuertàtur, et transeat sempiternam. Hinc est quod presentibus et futuris, tenore litterarum presentium declaramus. quod nos cognito defectu cuj Patauiensis. Ecclesia *in luminaribus* uel propter malum statum terre, uel ex negligentia miserabiliter subiacebat, et quod venerande reliquie, et sanctorum Corpora in latebris tenebrarum existerent. ad suspiria excitati, moti pia deuotione cogitauimus intente. qualiter huic esset defectui succurrèndum. sperantes nos lumine uisionis illius, in quem desiderant angelj prospicere, perfrui sine fine. si id quod ex pio affectu concepimus. transiret salubriter in effectum. Nos igitur de consensu et uoluntate Capituli nostri, in subsidium luminarium, et aliorum utensilium ad Custodiam pertinentium, Ecclesie Patauiensi. prouentus quarundam Ecclesiarum in *Archidiaconatu laureacensi* uidelicet de *Lintze* Octo talenta. de *Sirnich.* IIII. talenta. de *Tauersheim* viginti solidos. de *Neunchirchin* dimidium talentum. de *Velldin* duo talenta. de *Hartchirchin.* duo talenta. de Uviztra duo talenta. quj ad nos *jure kathedratici* pertinebant. liberaliter donauimus et tradidimus annis singulis perpetuo exsoluendos. Ei uero qui pro tempore prefuerit *officio Custodie.* hanc indulgemus gratiam specialem. ut auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam ad solutionem compellat. dicti kathedratici detentores. Vt autem hoc nostre donacionis subsidio luminaria Ecclesie memorate, libere, et sine calumpnia cuiuslibet perpetuo perfruantur, presentem paginam cum Sigilli nostri appensione, et capituli subscriptione fecimus communiri. Datum Patauie. Anno dominj. Millesimo. CC. XLII. Indictione. XV. Nonas July. Pontificatus nostri Anno Nono.

Ego Chunradus decanus pataviensis subscribo. Ego Gotfridus canonicus pataufensis subscribo. Ego Chunradus plebanus et archidiaconus subscribo. Ego Heinricus archidiaconus subscribo. Ego Eberhardus canonicus patauiensis subscribo. Ego magister Dieho subscribo. Ego Menigotus etiam archidiaconus subscribo. Ego hainricus patauiensis canonicus

Digitized by Google

subscribo. Ego Gerhohus Canonicus Patauiensis subscribo. Ego Rudigerus canonicus patauiensis subscribo. Ego Werhardus canonicus patauiensis subscribo. Ego Oulricus subscribo. Ego Einwicus Custos subscribo. Ego Otto Canonicus patauiensis, subscribo.

Exstat sigillum episcopi semifractum, sigilli autem canonicorum solummodo serica appendent fila.

XXVI.

Rudigerus episcopus capitulo suo plenitudinem impertitur potestatis satisfaciendi Henrico comiti de Ortenburg pro emptione civitatis in Vilshofen de certa pecuniae summa.

Pataviae. 1242. 10. Sept.

R. *dei gratia patauiensis Episcopus*, Dilectis in christo fratribus, Ch. Decano, et Capitulo eiusdem Ecclesie, fraternam in domino karitatem. Cum dilecto nobis *Comitj Heinrico de Ortenberch*, *pro emptione Ciuitatis in vilshoven*, et eius attinentiis, quam secum contraximus, prout constat. in quadam Summa pecunie, frumenti et vinj. iuxta quod continetur in instrumento super hoc edito, teneamur, fraternitati uestre auctoritate, literarum presentium damus plenitudinem potestatis, ut de premissa summa sibi satisfaciatis, si solutionis tempore, nos adesse contigerit uel abesse. recipientes eandem summam, de omnibus officinis nostris Patauie scilicet, *judicio Ciuitatis*, *moneta*, *muta Cellario*, *Granario* nostro, siue aliis officinis nostris, quocumque nomine nuncupentur. Vt etiam certiores vos, de predicta solutione reddamus, uolumus, ut quicumque Ciues, uel alius quicumque Officinas nostras ibidem, pro tempore a nobis habet, primo promittat, et juret dictam summam, ad mandatum nostrum, suo tempore Comitj soluturum. Et si dicto Comitj,

Digitized by Google

quocumque casu solnere noluerint officiales, volumus, eos ad hoc, si necesse fuerit, uel si vobis visum fuerit expedire, per sententiam interdicti, uel suspensionis diuinorum per totam Ciuitatem Patauie, per vos cogi. Si vero domino uocante decedere, siue alias cedere nos contingat, volumus, successorem nostrum Electum, non ante Confirmari sev Regalia suscipere ab Imperio, nisi primitus prestito Juramento in sacrosanctis Euangeliis, obliget se dictam solutionem Comitj, sicut nos peromnia seruaturum. Et ne per nos, uel successores nostros, istud aliquo modo reuocari debeat presentem literam, cum appensione Sigilli nostri, in confirmationem huius rei, et testimonium, vobis damus. Datum Patauie, Anno dominj, Millesimo, CC. XLII. IIII, ydus Septembris.

a) Sigillum desideratur.

b) Brevius quoque de eodem negotio exstat instrumentum sub dat. Patauiae ao. 1242. IV. Id. (10) Sept.

XXVII.

Friderici bellicosi, ducis Austriae et Styriae et domini Carniolae, foedus cum Rudigero pataviensi episcopo, sibi in plenam amicitiam conformato, initum.

Greze. 1243. 15. Jul.

Fridericus dei gratia Dux Austrie. et Stirie et dominus Carnyole. Omnibus hanc litteram inspecturis. salutem. Tenore presentium innotescimus vniuersis. quod nos cum domino nostro. et in Christo patre. *Rudegero* venerabili Patauiensi Episcopo. *in plenam amiciciam reformati* zelum dilectionis sincerum et semper gerere cupientes, et fidelitatis debitum. quo sibi et ecclesie ipsius tenemur. deuotissime aduertentes. ipsum, et homines, et possessiones, et omnia ecclesie sue pertinen-

Digitized by Google

tia in nostrum fauorem specialissimum assumimus et tutolam promittentes etiam, et nos fideliter obligantes. quod ad omnia que honorj et vtilitati prius fati domini nostri, et ecclesie ipsius expediunt. consilio. et auxilio. totisque nostre possibilitatis viribus. affectu sincerissimo intendemus. ipsum cum ecclesia sua in nullo necessitatis articulo deserentes. sed opem ei gratuitam ad omnia conferentes. Super his utique duximus ei presentem litteram porrigendam, viris ydoneis qui aderant annotatis. Qui sunt. Eberhardus Archiepiscopus Salzpurgensis. Heinricus Episcopus Sekowiensis. Liuprandus Archidyaconus Karinthie. Comes Chunradus de Hardecke. Comes Otto de Ortenburch. Heinricus Nobilis de Schowenberch. Actum in *Greze*. Anno ab incarnatione domini. *M. CC. XLIII.* Idus July.

Sigillum deest: serica fila rubri flavique coloris adhuc appendent.

XXVIII.

Rudigerus episcopus confirmat antecessoris sui *Wolfkeri* de capella in Haugenheim cum Walchuno de Rotenberg transactionem.

Pataviae. 1244. 10. July.

Quum conventio inter Wolfkerum et Walchunum jam sub nro. VII hujus partis excusa est, ibi ejusdem omittitur confirmatio.

XXIX.

Fridericus bellicosus, nocte vitae suae ultima, ad conflictum cum Bela, Hungarorum rege accinctus, fideli suo Al. de Pollenheim committit satisfactionem pro damnis ecclesiae patauiensi illatis, commemorans simul, se animam suam,

terras et homines apostolicae ditioni subjecisse, necnon condidisse testamentum occultum, in quo de terris suis disposuit.

Apud Niwenstat sub castris. 1246. 15. Juny.

Fridericus dei gratia dux austrie et Styrie et dominus Carniole. dilecto *fideli suo Al. de pollenhaim.* salutem et omnem gratiam. Quia cum presens scriptum tibi porrigitur. forte tunc non sumus. fidei tue condecens est. et meritorium. apud deum. ut nostris excessibus conpaciendo. et nostram animam. et singula que tibi commisimus. plus sollicita. benignitate. manuteneas et conserues. Hinc est quod te scire uolvmus. quod nos *tempore. nostri conflictus. cum Hungaris* sicut scis habendi. nos sicut speramus. plenarie. confessi. *quoddam testamentum. confecimus. sed quasi occultum. propter diuersas causas.* sicut apostolico per integre. scripto expressimus. propter hoc ut ipse tanto promcius possit et debeat. singula que statuimus auctoritate apostolica. confirmare. In ipso siquidem testamento quia statuimus. quod domino Episcopo patauiensi. pro damnis que sibi intulimus. debent dari. tria milia Marcarum argenti. a nostris coheredibus uolumus et mandamus, quod tu Ciuitates Welsam. et Lintz simul cum trostelino. tue fidei habeas conmendatas. ipsas ciuitates, cum earum prouentibus tam diu dicto Episcopo contuendo. donec ipse memoratam pecuniam. totam percepit. juxta formam littere quam dedimus. super ea ciuitatibus nominatis. Item scias quod nos, *nostram animam terram et homines. tunc temporis. apostolice subiecimus dicioni* ad hoc, ut tu et alii nostri. ab iniustis insultibus et grauaminibus. possint interca *ad ipsum papam appellare; donec illi consurgant, quibus ordinauimus terras nostras.* — Datum *Niwenstat sub castris in nocte sancti Viti.*

Apparent adhuc fragmenta aliquot cerae, antiquo more diplomatis ergo impressae.

Digitized by Google

XXX.

Rudigeri episcopi, Cunrado comiti de Wasserburch pro redemtione castri Viechtenstein gravi debito obligati, reversales mutui, a Friderico de Brun et Gerwico de Pruck accepti.

Viennae. 1247. 4. Febr.

Rvdegerus dei gratia Patauiensis Episcopus. Omnibus hanc litteram inspecturis salutem. Presentis scripti testimonio pateat vniversis. quod cum nos, *Chunrado Comiti de Wazerbureh.* pro absolutione Castri *vihtenstein.* grauibus essemus debitorum oneribus, obligati. Fridericus de Prunne. dilectus Ministerialis noster. et Gerwicus de Prukke. L. marcas argenti. nobis ad nostram instantiam mutuarunt. interposita tali forma. quod in villa nostra Mosprunne. XVI. talentorum et LX. denariorum redditus. quos antedictis, pro memorato argento de consilio nostrorum fidelium. duximus obligandos. nomine pignoris possidebunt. Et si a festo Natiuitatis domini proxime uenturo, per Annum dictum argentum ipsis a nobis non fuerit persolutum. extunc tenebunt. et heredes eorum tytulo feodali. Si uero decedere ipsos contigerit, eo tempore. quo dicti Fridericus et Gerwicus possessiones predictas. uel ratione obligationis. uel nomine feodi tenebant. illj. quibus testati fuerint. eodem iure per omnia possidebunt. premissis, eisdem. sicut et prioribus, a nobis integraliter conseruatis. Vt autem prescripta ipsis. inuiolabiliter a nobis. nostrisque successoribus, obseruentur. presentem litteram sigilli nostri munimine roboratam. eis dedimus cum subscriptione testium in testimonium et cautelam. Hii sunt testes. Meingotus de Waldek. Vlricus de Memminge. Patauienses Canonici. Plebanus Heinricus de Prukke. Chunradus notarius. Hadmarus de Wesin. Heinricus Pincerna de Habispach. Vlricus frater suus. *Otto de*

Digitized by Google

Hasalowe. Heinricus de Merswanch. Uulfingus de Horsendorf. Irnfridus de Swabdorf. Translibus de Porz. *Otto de Lengenbach*. et alii quamplures. Acta sunt hec *Wienne*. Anno dominj. Millesimo. CC. XLVII. Pridie Nonas Februaij.

Solummodo unius sigilli in diplomate fit mentio, sed vincula unius exstant, alterum autem adhuc appendet clerico majoris gradus conveniens, nam in margine ejus maxima ex parte fracto leguntur adhuc verba: S. Ulr. — ei gracia — — — —

XXXI.

Restitutio praedii in Aich, a Babone quondam de Ellenbrechtskirchen, agnato Wolfkeri episcopi, capitulo pataviensi traditi, sed ab Alberto de Jahenstorf diu detenti.

Pataviae. 1247. 7. Sept.

Capitulum Patauiense, vniuersis Christi fidelibus, presentem literam inspecturis, Salutem in domino. Cum *Albertus de Jahenstorf* predium in Aichae quod ex donatione domini Pabonis nobilis quondam in Ellimbrehstchirchen recepimus, multo tempore nobis nolentibus et contradicentibus occcupasset, tandem ammonitus a venerabili domino Rudegero nostre ecclesie Episcopo, ius nostrum nobis in eodem predio recognouit, ac pro se et *fratre suo Ottone presente porrecta dextra* in manus ipsius domini nostri Episcopi cessit simpliciter *ab omnj iure sive advocatie sive alterius modi*, quod in eodem predio se habere eatenus asserebant. vnde et nos ad consilium et preces dominj nostri Episcopi, dictum predium sibi uidelicet Alberto, excluso fratre, ad sui solius tempora vite tamen locauimus sub hac forma, vt anno presenti vnum talentum *Ratisponensis Monete* infra Octauas sancti Martinj. ac deinceps XII. solidos eiusdem monete in superventuris annis in eodem termino taliter persoluere teneatur, vt si dictum terminum

supersederit non solvendo, cadat a iure suo omnj deincepi in eadem possessione gratia carituras. Insuper de dictis possessionibus nichil obligabit seu infeodabit vel aliquo modo alienabit, alioquin iterum a iure suo cadet, quicquid horum facere attemptabat. Hoc etiam adiecto, quod ipso decedente. dicte possessiones ad nos libere cum omnj integritate, pecorum, segetum, ac domestice superlectilis reuertentur. de quibus articulis obseruandis, per literas domini nostri sepedicti *Rudegeri.* venerabilis episcopi, necnon domini nostri *Ottonis illustris Ducis Bawarie*, sufficientem nobis infra presentis anni spacium prestare tenebitur cautionem. Huius rei testes sunt. Gotfridus senior. Magister Ditzo. Gerhardus. Heinricus. de Waeginge. Magister Johanes. Ditmarus *plebanus.* Magister vlricus. Otto de Lonstorf archidiaconus Patauiensis. Wernhardus de Morsbach, Canonicus. Heinricus de Pfoelinge. Al. dictus Waller. Rapoto de ezzenbah. Otto de possemunster. Pilgrimus de Tannberch. Ministeriales. et alii quam plures. Datum Patauie anno domini M. CC. XLVII. VII. idus Septembris.

a) Appendet sigillum fractum episcopi.

b) Confer Mon. Boic. Vol. XXVIII partem alteram no. 40 p. 251.

XXXII.

Rudigerus episcopus Henricum de Morsbach in veterem recipit gratiam post injurias multas per ipsum ecclesiae pataviensi illatas.

Pataviae. 1248. 26. Mart.

Ego Heinricus de Morspach presentibus litteris notum facio vniuersis. quod cum de lesionibus, quas domino R. Patauiensi Episcopo et ecclesie et hominibus ipsis intuleram, peni-

Digitized by Google

penitentia ducerer, et sue quererem gratie reformari! promisi sub sacramento, non solum in posterum abstinere a consimilibus, et eum et suos pro uiribus defendere, sed etiam tanquam fidelis ecclesie, sibi et ecclesie fidelibus et debitis obsequiis adherere. Et ut de premissis et subsequentibus plenior fides sibi fieret, filium meum Ottonem seniorem sibi assignabo *pro familia et pro servo.* cui secundum gratiam suam, et auxilio suo et ad consilium amicorum meorum prouidebit in uxore. et a me medietatem proprietatis et hereditatis recipiet, cum uno Castrorum meorum, quod dominus episcopus duxerit eligendum. Ceterum promisi firmiter, Castra mea sibi assignare. custodia hominum suorum quamdiu uoluerit, et ad amicorum meorum consilium reseruanda. et dominus episcopus in aliquo Castrorum suorum me tenebitur collocare. Item adiectum est et per Heinricum et Ortolffum fratres de Waldekke. Wernhardum de Murringe. Ortolffum de Morspach. et Chalhohum de Valchinstein. et eorum et meos amicos iuratum, quod si ego uel aliquis ipsorum omnium promissorum aliquid attemptauerimus uiolare. uel antiquas iniurias iterare. eundem inuademus et persequemur hostiliter, cum a domino episcopo fuerimus requisiti. et eidem gratia domini episcopi quam adeptus fuerat, omnimodis subtracta. precedentes iniurias districte repetet ab eodem. et feoda et patrimonium eiusdem ad dominium ecclesie uacantia transferentur. ita uidelicet, si ipsas iniurias infra XIIII dies non correxerit requisitus. In cuius rei testimonium presentem litteram conscribi et Sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Datum Patauie anno domini Millesimo CC. XLVIII. VII. Kal. Aprilis.

Appendent quinque sigilla, sextum Ortolfi de Waldekke deest.

XXXIII.

Rudigeri episcopi litterae infeudationis Piligrimo de Tanneberch in casum mortis soceri sui Mangoldi de Wesenberg collatae.

Patauiae. 1249. 1. April.

Rudegerus dei gratia Patauiensis Episcopus, omnibus presentem litteram inspecturis, salutem in domino. Per presens scriptum notum facimus vniuersis; quod cum *Pilgrimus de Tanneberch* Ministerialis noster, filiam *Mangoldi de Wesinberch*, duceret in uxorem, dictus. M. de Wesinberch, a nobis petiuit humiliter et deuote, quod si ipsum sine filiis decedere contingat. Feoda que a nobis et ab Ecclesia nostra jure hereditario possideret, dictus. P. de Tanneberch suique heredes, a nobis jure possideant feodali. Nos uero suis precibus inclinati, feoda sepedicta, Pilgrimo suisque heredibus, tali condicione interposita, contulimus eo jure. In cuius rei testimonium presentem litteram sibi damus, Sigilli nostri munimine roboratam. Datum Patauie. anno domini. Millesimo CC. XLVIIII. Kalendas aprilis.

Exstat sigilli duntaxat fragmentum.

XXXIV.

Innocentius papa IV irritas declarat distractiones castrorum, oppidorum, et omnium possessionum ad ecclesiam pataviensem pertinentium.

Lugduni. 1249. 11. Maii.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filys fratribus Henrico de Ankersperge. et Hermanno de Bottembrun-

Digitized by Google

nen de ordine fratrum minorum. et . . Vicedomino Ratisponensi, Salutem et apostolicam benedictionem. Cum ecclesiarum omnium cura et sollicitudo nobis licet insufficientibus meritis immineat generalis, illius provisionis debemus adhibere remedium, per quod uitatis omnino dispendys ecclesie ipse gratum auctore domino suscipere ualeant incrementum. Hinc est quod nos indempnitati Patauiensis ecclesie paterna uolentes in posterum sollicitudine prouidere Presentium vobis auctoritate mandamus quatinus Patauiensi Episcopo ex parte nostra districtius inhibere curetis, ne Castra, Villas, oppida, terras possessiones et alia bona Patauiensis ecclesie Aliquatenus, uendere, distrahere aut alias alienare presumat. Nos enim decernimus irritum et inane, siquid contra inhibitionem huiusmodj a quoquam contigerit attemptari. Quod si non omnes hys exequendis, potueritis interesse. duo uestrum ea nichilominus exequantur. Datum Lugduni. V. Idus. May. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Cum bulla plumbea Innocentii papae quarti.

XXXV.

Rudigerus Patav. episcopus, feoda, quae Rudigero, filio Cunradi de Haichenpach, ejusque uxori Margarethae filiae Pilgrimi de Tanneberch senioris, contulit, si sine liberis obierint, in Pilgrimum juniorem de Tanneberch transfert.

Pataviae. 1249. 28. Oct.

Testes sunt hii. Gerhohus et Otto de Lonstorf, Canonici et Archidiaconi Patauiensis. Gebolffus plebanus de Newinchirchen. Chunradus Zachalinus. Heinricus de Chunratsdorf. et alii quam plures. Datum Patauie. Anno domini. Millesimo. CC. XLVIIII. V. Kalendas Nouembris.

XXXVI.

Decanus et capitulum in Zeitz confirmant authenthicitatem dentis e capite S. Blasii episcopi, Henrico de Golnitz, canonico pataviensi, transmissi.

1 2 5 0 (circa).

Honorabili viro domino heinrico dicto de Golnitz canonico Patauiensi. H. dei gratia prepositus C. Decanus Totumque *Cicensis ecclesie* capitulum cum oracionum deuocione obsequiorum et promocionis continuum incrementum, Ob reuerenciam dei et singularem amicicism qua singulariter vos prosequimur vobis *Vnum dentem* reliquiarum capitis videlicet beati Blasii quod corporaliter oculis vestris in Choro *Cicensi* sepius vidistis per exhibitorem presentium transmittimus et ad tollendam dubii et incredulitatis maculam ipsum dentem littere presenti inclusimus et ipsam litteram sigillo nostri capituli fecimus roborari.

a) Quod more antiquo obsignatae fuerunt literae, liquet ex *parvis* totius marginis circumcirca incisuris, ad vinculum pergameni immittendum destinatis.

b) Tam anno quam die carent.

XXXVII.

Universitas civium in Chrems et Stein profitetur jurejurando, se esse adstrictam ad tuendum privilegium, quo Henricus imperator dotaverat ecclesiam S. Viti in Chrems.

Crems. 1250.

Nos diuina permissione *vniuersitas Ciuium in Chrems, et in Stein*, tenore presencium vnanimiter protestamur, nos jvre-

Digitized by Google

jvrando esse astrictos ad obseruandum, promouendum, et tuendum, omnem libertatem, et singula ivra, quibus dominus *Heinricus* serenissimus Romanorum inperator dotauit Ecclesiam *Sancti vitj in Chrems*, que etiam in ipsius regali priuilegio per ordinem lucidissime sunt expressa. Dignum quidem et iustum fore arbitramur, quod Beato Vito, tanquam patrono piissimo, et animarum nostrarum aduocato singulari debeamus in hiis et in aliis condignam reuerenciam totis viribus exhibere. Hanc itaque nostram protestacionem, obseruandam a nobis et posteris nostris imperpetuum, sigilli nostri Karactere conmunimus. Datum in *Chrems*, anno dominj. M. CC. L. Indictione VIII.

Sigillum appendet distinctum semiaquila ac leone, a tergo invicem reclinatis.

XXXVIII.

Rudigerus episcopus feoda quaedam confert Bernardo de Inne et vxori ejus Adelheidi.

Pataviae. 1250. 8. Aprilis.

Rudegerus dei gratia Patauiensis Episcopus. Omnibus presentem litteram inspecturis. Salutem in domino. Tenore litterarum presentium notum facimus uniuersis. quod nos grata et fidelia seruicia, Wernhardi de *Inne*. que nobis exhibuit et exhibere. in futurum poterit. aduertentes. eidem et *Alheidi uxori sue*. Domum in Iusula, Molendinum. Vineam trans danubium cum piscina. cum eorum attinentiis. que nobis ex parte Rudegeri *Euerdingary* omnia uacare ceperunt, tytulo contulimus feodali. Preterea quatuor Hubas in Ahalminge. que dicto Euerdingario, pro triginta duabus libris a nobis obligate fuerant, eodem modo Wernhardo et Vxori sue pro eadem pecunia tamdiu obligationis tytulo assignamus. donec

Digitized by Google

eisdem de prefata pecunia uidelicet ratisponensis monete. per nos uel Successores nostros. integraliter fuerit satisfactum. In cuius rei testimonium presentem litteram, cum subnotatis testibus ipsis damus. Sunt autem hii. Gerhohus. Vlricus de Maemminge. Otto de Lonstorf. Canonici et Archidiaconi. Patauienses. Hademarus de Wesin. Waltherus de Tannenberch. Wernhardus de Prambach. Heinricus et Vlricus fratres de Priselke. Chunradus Zachalinus et alii quam plures. Datum. Patauie. Anno domini Millesimo. CC. L. VI. Idus Aprilis.

Sigillum episcopi desideratur.

XXXIX.

Conradus, apostolicae sedis ad partes Austriae Styriaeque legatus, Leopoldum Viennensem plebanum ob crimina gravissima deponit, simulque leges promulgat, quod nullus deinceps ecclesias plures, neque filii clericorum et alii illegitime nati beneficium ecclesiasticum detinere praesumant.

Neustadt. 1250. 19. April.

Cvnradus dei gratia Prepositus Ecclesie sancti Gwidonis Spirensis, et Canonicus Maguntinensis, Apostolice sedis Legatus. Dilectis in Christo. *Judici, ac Vniuersitati. Militum et Ciuium in wienna*, salutem et sinceram in domino Haritatem. Cum *ad partes Austrie et Styrie* simus ad hoc a sede apostolica principaliter destinati. ut ad profectum animarum ibidem euellamus et destruamus. dissipemus, et disperdamus. edificemus et plantemus. sicut uiderimus expedire. fueritque nobis post inchoatum Legationis ministerium, cura principalis et precipua qualiter in edendis aliquibus statutis, honestati Clericorum consulere possemus efficaciter, et saluti. Ad refrenandas

ambitiones in Clero, et scandalum remouendum in populo, inter alia statuta nostra hec duo duximus promulganda. uidelicet quod *nullus plures Ecclesias uel dignitates* Ecclesiasticas detinere presumeret. Item ut *fily clericorum et aly illegitime nati*, nullum ecclesiasticum beneficium possidere deberent penam adicientes in utroque quod quicumque dispensationem super his nobis non ostenderet infra mensem, a die publicationis statutorum nostrorum computandum. ipso iure essent, omni beneficio ecclesiastico et dignitate priuati. Verum quidam plebanorum quos tam fama quam conscientia reddit culpabiles in premissis, ex tumore arrogancie, et quadam Levitatis oblinione prefata statuta nostra paruipendentes omnino, sua beneficia post elapsum mensis attractare ac detinere temere. non verentur in proprie salutis dispendium. et multarum, quarum pastores esse desierant. periculum animarum. cum nullam nobis dispensationem super hiis, uel uoluerint uel potuerint exhibere. Vt igitur de occultis et ignotis penitus taceamus, et de manifestis et notoriis tantum modo referamus. Ecce *Liupoldus quondam Plebanus. Ecclesie in Wienna*, nec Scillam uitare cupiens nec Caribdim, quia utriusque periculi se laqueis irretiuit, cum et uicium ambitionis commiserit, in recipiendo aliud beneficium, curam habens animarum annexam. uidelicet. Ecclesiam in *Stadelowe*, et ideo ipso iure prius beneficium, similem habens curam. videlicet nobilem et honestam Ecclesiam *Wiennensem* quam tenebat, uacare non sit dubium. secundum statuta *concily lateranensis*. De multa. Infamie quoque notam ex alia parte contraxerit. pro eo quod cum paciatur defectum natalium, amministrationi rei ecclesiastice contra statuta. canonica se ingerit, super quibus nullam nobis dispensationem, secundum quod statuimus exhibuit infra mensem. Liquet ergo luce clarius ex premissis quod Ecclesia Wiennensis ipso iure iam uacat. Quocirca singulis uobis et Vniuersis. auctoritate qua fungimur, sub pena excomunicationis et interdicti districte precipiendo mandamus. quatenus dictum. L. deinceps pro uestro

plebano ac rectore nullatenus reputetis. nec eidem tamquam plebano uestro exhibeatis aliquam obedientiam, et reuerenciam, uel honorem. cum sicut ex multis cognouimus argumentis non solum in hiis culpabilis esse dinoscitur. et dignus priuatione beneficy et honoris, sed etiam ex eo, quod pluribus est excommunicationum sentenciis innodatus. et quod sacros ordines excommunicatus recepit. Preterea de *heresi. homicidio. adulterio. simonia. et periurio.* super quibus per.. *Abbatem scotorum* citatus est ad generale consilium domini.. Salzburgensis electi, multipliciter dinoscitur infamatus. propter quod eundem plebanum caucius euitantes, ab eius familiaritatis commercio uos retrahatis omnino, ne ipsius consorcia penam uobis excommunicationis inducant. aut alias in errorem uos pertrahant, aut horrorem. Sciturі pro certo quod in breui uobis in substituendo plebano, sic honeste, sic decenter intendimus prouidere. quem et uos in rectorem delectet habere, et de cuius probitatis efficacia ministerium nostrum approbari credimus in hac parte, domino concedente. Datum *Apud nouam ciuitatem.* XIII. Kalendas. May, Anno. domini M. CC. Quinquagesimo.

Cum sigillo praepositi.

XL.

Petrus Albanensis Episcopus, Apost. Sedis legatus, gubernationem Ecclesiae pataviensis, Rudegero episcopo deposito, vicedomino ratisponensi confert et ducem Bavariae rogat, ut ejusdem monita salubria observet.

Leodii. 1250. 16. Junii.

Petrus miseratione diuina Albanensis episcopus apostolice sedis legatus. Egregio uiro .. *Duci Bauarie*, Spiritum consilii

silii sanioris. Circa crediti nobis ex commisse legationis officio, dominici Gregis custodiam, negligencie sompno ab oculis cordis excusso, diligentia sedula uigilantes, ecclesiarum utilitatibus prouidere, ac indempnitatibus in eo potissime quantum possumus precauere studemus, ut talibus gubernatio comittatur ipsarum, quorum studio laudabilibus in spiritualibus et temporalibus proficere ualeant incrementis. Licet autem dum incumbentis sollicitudinis iugum attendimus mens nimirum nostra stupescat ne minus sufficienter commissum nobis officium exequamur, in deo tamen confidimus, ut ipse de benignitatis sue clementia nobis ad portandum utiliter onus impositum diuine uirtutis gratiam largiatur. Sane dudum per nos de speciali mandato sedis apostolice in *Rudegerum* quondam Patauiensem episcopum suis culpis exigentibus *perpetue depositionis* sententia promulgata, ne Patauiensis ecclesia que diu sub umbra pastoris languit viduitatis dispendia diucius pateretur, prouisionem ipsius dominus papa. nobis duxit specialiter committendam. Nos autem desiderio desiderantes eiusdem ecclesie uitare pericula que si uacaret ulterius, iminerent. discreto uiro *Vicedomino Ratisponensi* cuj morum honestas, nobilitas generis et litteratura sufficiens suffragantur, quem eciam summus Pontifex nobis per litteras commendauit, Et cuj vir venerabilis . . *Electus Salzeburgensis Metropolitanus Patauiensis* ecclesie, et nonnulli Prelati testimonium perhibuerunt laudabile, ac quem viri discreti . . Decanus et . . Prepositus Patauienses procuratores Patauiensis Capituli cum instantia postularunt, gubernationem prefate ecclesie, necnon et plenam, administrationem spiritualium et temporalium ejusdem ecclesie duximus committendam. Speramus enim in domino quod per ipsius diligentiam ecclesia ipsa que multis hucusque periculis patuit, ad statum uotiue salutis exurget. Quocirca Nobilitatem uestram rogamus et monemus attente, uobis qua fungimur auctoritate mandantes, quatinus eidem *gubernatori et Electo Patauiensi*, patri, ac pastori

Digitized by Google

anime vestre devote ac humiliter intendentes, eius monita et mandata salubria, efficaciter impleatis. Alioquin sententiam quam idem rite in uos tulerit, ratam habebimus, et faciemus auctore deo inuiolabiliter obseruarj. Datum *Leody* XVI. kalendas July. Anno domini. M. CC. Quinquagesimo.

a) Appendet sigillum Petri, Albanensis episcopi, cerae albae impressum.

b) Ejusdem diplomatis, ad decanum capitulumque Pataviensis ecclesiae emissi, exstat transsumtum, per abbates Sti Emmerani, monasterii Prulensis et Sti Jacobi, porro per abbatissas inferioris, superiorisque monasteriorum et Sti Pauli, necnon per Ulricum de Dornberg Sti Joh. praepositum et alias quosdam clericos consignatum *sub dat.* Ratispone XIIII. kal. Aug. (19 July). — Ex duodecim *sigillis* solummodo fragmenta sex sigillorum supersunt.

XLI.

Henricus, comes de Ortenburg, villam Schampach certis conditionibus praepositurae pataviensi legat.

Pragae. 1251. 11. April.

Nos *Heinricus dei gratia Comes de Ortenberch* Notum facimus presentis scripti testimonio tam presentibus quam futuris, quod nos villam nostram Schambach cum omnibus suis attinenciis in remedium anime nostre, ad instantiam quoque domini Meingoti de Waldek, patauiensis ecclesie prepositi, capitulo eiusdem ecclesie tradidimus et tradimus bona et spontanea voluntate, ita tamen ut idem prepositus eandem villam quam diu uixerit in augmentum prepositure sue possideat, et in sua teneat potestate. Ipse quoque prepositus ad altaria sancti Pilgrimi, et sancti Sixti. Patauie, de redditibus ipsius ville, luminaria ministrabit. Ad altare etiam nostrum in domo nostra Patauie erectum, cum in dote eidem per nos prouisum fuerit, luminaria tenebitur similiter ministrare. Eo-

Digitized by Google

dem autem domino Preposito decedente, villam in Schambach predictam, Capitulum patauiense in augmentum prebende ipsorum, libere possidebit, et post mortem nostram diem anniuersarium nostri obitus celebrabit. Et ut presens donatio nostra firma permaneat et omnino inconuulsa, Sigillum nostrum, cum sigillis dominorum nostrorum, patauiensis et Ratisponensis episcoporum, presentibus in testimonium duximus adponendum, Actum *Prage*, III Idus Aprilis, anno domini Millesimo CC. L. primo. Coram hiis testibus, domino Wernhardo de *Morspach*, Canonico patauiensi, Heinrico de *Suben*, et Heinrico de *Slage* ecclesiarum prepositis. Volchmaro de wazzerburch canonico augustensi, Gebolfo de Munzing, Heinrico de Merswanche, Pilgrimo de Toemling, Zacharia de Teispach, Johanne de Mersvanch, Rihkero de *Pernstein*, et aliis quam pluribus. Nos etiam *Albertus Ratisponensis*, et *Berhtoldus Patauiensis* ecclesiarum Episcopi, quia premissis interfuimus, vidimus, et audivimus, nostra sigilla presentibus in testimonium adponi fecimus et cautelam.

a) Sigillum comitis desideratur.

b) Confer Mon. Boic. P. XXVIII partem alteram no. 108—110 pag. 370—373, ubi complures aliae donationes ejusdem inveniuntur.

XLII.

Bertholdi novi episcopi confirmatio et renovatio privilegiorum capituli pataviensis.

Pataviae. 1252. 24. Maii.

Berhtoldus dei gratia Sancte Patauiensis Ecclesie Episcopus Venerabilibus in Christo suis fratribus Decano et Capitulo Patauiensi, et eorum successoribus in perpetuum. Quvm uestram quietem, et laudabilem libertatem, per insufficientiam et incuriam. *R. exepiscopi*, suis culpis exigentibus, per Sedem

Digitized by Google

Apostolicam depositi, inuenerimus penitus deformatam, et nos tam circa Ecclesiam, quam etiam uestras venerabiles personas, diuersis compassionibus inflammati, siciamus omnimodam diligentiam adhibere, ut deformata in statum debitum reformentur. et eis que contra uestram libertatem, et sacros canones sunt temere attemptata, reuocatis in irritum, quietis et salutis, omnis etiam emunitatis deo propicio vobis ministrare uelimus firmissimam libertatem. Inprimis equidem, aream uestram, in qua uestre Domus diuerse site consistunt ab *Eno* siue ab austro uersus aquilonem hoc est *Danubium*, ac ab oriente id est *porta Palacy consulis*, ante cuius consulis palacium *Lapis sanguinis* iacet, uersus occidentem usque vrbis murum, qui *Duer* uulgariter appellatur, sicuti in priuilegio felicissimi *Chunradi* Episcopi antecessoris nostri id ipsum uerbis aliis est expressum. sancimus presenti priuilegio, gaudere omnimoda libertate. firmiter statuentes, ut infra eundem ambitum nullus quicquam tractare habeat, uel etiam ordinare, nisi quod uestro Capitulo uideatur placere. cum uestram antiquam libertatem, iuxta consuetudinem in eadem Ecclesia predecessorum *nostrorum*, post Canonicam electionem a nobis factam, iurauerimus inuiolabiliter obseruari. Item cum *dignitas Archidiaconalis* non consueuerit in kathedralibus Ecclesiis, extra corpus sui Capituli euagari, sed quotquot fuerint dignitates huiusmodi in Ecclesia, debeant eisdem dignitatibus *Kathedrales Canonici* honorarj. nisi sint in Kathedra pro Canonicis *monachi* uel etiam *regulares*. cum sit absurdum et res pestifera, ut maior debeat subesse minorj, uel minor debeat suum iudicare prelatum. cum Canonici Kathedrales sint *super prelatos sue dyocesis vniuersos, sicuti Cardinales* Sedis apostolice, cum Summo Poutifice super Ecclesiam Katholicam vniuersam. statuimus et sancimus presenti decreto, ut nulla dignitas Archidiaconalis, nostre dyocesis, transeat in personam alterius, nisi tantum ad gremium Capituli, et eius ex Canonicis aliquam certam personam. Item cum presides Castrorum et

Digitized by Google

custodes turrium pro tempore ordinantur, et iurent munitiones huiusmodi conseruare, nec assignare alicui, nisi ei qui canonice fuerit substitutus. cum Laici nesciant quid sit canonicum aut legitimum, et sic detur eisdem occasio malignandi, donec eisdem pecunia magna uel maxima tribuatur, statuimus, ut postquam huiusmodi presides mortem intellexerint sui Episcopi, iuramento teneantur Capitulo si concors fuerit, munitiones huiusmodi ex integro sine difficultate qualibet assignare. Alioquin. Castra diligencius conseruabunt, donec Capitulum concordetur. Item cum Canonici Ecclesie in suis domibus et areis, multa libertate et emunitate sint priuilegiati pre aliis ab antiquo, sicut antiqui clerici et ciues plene nouerint, et nobis Capitulum supplicarit, ut ipsis huiusmodi libertates iubeamus per *Judicem Ciuitatis, et Ciues* vniuersos exintegro inuiolabiliter obseruarj. facientes hec in *publicis placitis* que placita *Ehaft teidinge* uulgariter appellantur, publicari sollempniter, ac etiam proclamari per ipsum Judicem Ciuitatis. statuimus et sanccimus, ut ad hoc quilibet Judex Ciuitatis, firmissime teneatur. In contemptores nichilominus et rebelles bonorum publicatione, et personarum infidatione sententiam percellendo. Supplicauerunt etiam nobis iidem venerabiles fratres nostri ut cum ipsos pro nostris uel ipsorum negociis, nobiscum facere moram contingat, uel in dyocesi alibi esse nobiscum, eisdem non *in mensa nostra* propter aduenientes, sed ex opposito in mensa decenti, sessionem exhiberi laudabilem faciamus. quod utique statuentes per officiales nostros de cetero uolumus obseruari. Et ut nostri memoria, et parentum ac proauorum nostrorum, in eadem Ecclesia habeatur perpetua et sollempnis, ad sustentationem et augmentum prebendarum, Canonicorum ipsius Ecclesie, *Ecclesiam parrochialem Holabrunne* nobis uacantem cum omni iure Episcopi, et ordinarie potestatis, seu Archidiaconi aut Decani, quibus quelibet Ecclesia parrochialis in iuribus obligatur. largimur in perpetuum, conferimus, et donamus, sicut per aliud

Digitized by Google

priuilegium super hoc conficiendum, faciemus omnia melius declararj. In horum omnium premissorum testimonium, presens priuilegium sigilli nostri munimine in Nomine domini roboramus. Acta sunt hec Patauie Nono Kalendas Juny. Indictione Decima. Anno domini Millesimo. Ducentesimo. Quinquagesimo. Secundo. Pontificatus nostri anno Secundo.

a) Sigillum episcopi appendet.

b) Litera initialis nominis Bertholdi incuria scriptoris omissa est, quare diploma incipit: Erhtoldus dei gratia etc.

c) Edidit Wig. Hund in metropoli Salisb. (editio Gewoldi Ratisp. ao. 1719 Tom I p. 256 — 257) ex apographo mendoso et quidem sub anno 1292, ab ipso jam in dubium revocato.

XLIII.

Statutum de diu neglecta canonicorum in ecclesia pataviensi residentia, ex transsumto officialis curiae.

Pataviae. 1252. 25. Maii.

Vdalricus Wager Decretorum Licentiatus in Spiritualibus Reverendissimi in Christo patris et domini domini *Wigilei* Episcopi Patauiensis, et Officialatus Curie eiusdem Comissarius generalis, vniuersis et singulis presentibus et futuris per Ciuitatem et diocesim Patauiensem ac alias vbilibet constitutis ad quos presentes nostre litere peruenerint, et quas noscere fuerit oportunum Salutem in domino, cum Indubitata Notitia subscriptorum Noueritis quod Venerabiles in Christo sincere dilecti etc. Vicarii Chori Insignis Ecclesie Cathedralis Patauiensis, certas patentes literas a venerabili Capitulo Patauiensi, pro tempore, sub vero et solito eorum Sigillo emanatas presentari, et ut easdem vidimaremus, et in publicam transsumpti formam redigeremus nobis humiliter supplicari fecerunt, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. *In no-*

Digitized by Google

mine domini Nostri Jesu Christi. Capitulum Patauiense vniuersis Canonicis Patauiensem Ecclesiam Canonice intrantibus Imperpetuum Cum Ecclesia Patauiensis, *vacuata personis,* necessarios Canonicos haberet, per quos prouideretur Ecclesie viduate, et quidam ipsius Ecclesie Canonicj, habentes eandem Ecclesiam *pro derelicta, per annos Triginta,* alii per viginti tertii. per quindecim vel duodecim vel minus. et sepe admoniti, ut ad Ecclesiam redirent *facturi residenciam* in eadem. Alioquin ipsi de prebendis eorundem prouiderent Ecclesie de personis, ipsi nihilominus Mandatum decani et Capituli super hoc editum, temere contempnentes nec venire nec residenciam facere hactenus in Patauiensi Ecclesia, curauerunt, Tempore igitur procedente cum Capitulum defectum huiusmodi non possit diutius aliquatenus sustinere, statuto legittimo termino in Capitulo ipsorum ad Electionem canonicam faciendam, simul et ad prebendas ipsorum, qui totiens vocati ut premisimus, residenciam facere contemnebant. habito in Capitulo super hoc. per dies aliquos diligenti tractatu, tandem in hoc conuenerit consilium vniuersum *vt absentes per contumaciam,* per dominum decanum Capituli *Sentencia remotionis a prebendis punirentur,* et ut ab eis Ecclesia Patauiensis pronunciaretur, libera, ac absoluta, econuerso et ipsi similiter ab eadem vnde Jam dictus decanus, sedens in medio Capituli coram nobis, super eodem in scriptis de consensu omnium nostrum, hanc Sententiam promulgauit. *Ego Albertus Decanus Ecclesie Patauiensis. Judex Ordinarius Capituli* prebendas. N. Conertelli. Al. de Hownburg Comitis. Al. de Eberstein Comitis, de Turstein Comitis, Magistri Gotfridi Ratisbonensis, et Gotfridi *Plebani de Purchawsen.* In Nomine patris et filii et Spiritus sancti. per Sententiam diffinitiuam. Jam dictos Canonicos absoluo a Patauiensi Ecclesia, et Ecclesiam ab eisdem, pronuncians *vacare prebendas ipsorum.* Hac igitur Sententia promulgata, et a toto Capitulo approbata Decanus cum toto Capitulo, ad *Electionem Nouorum Canonicorum* In

Digitized by Google

Nomine domini processerunt. porro quia *pauci* erant Residentes in Ecclesia *Sacerdotes*, placuit Decano, Placuit et suis fratribus. ut de duabus prebendis residentes quatuor instituerentur sacerdotes, ad Vicariam, et ipsi de Consilio et assensu ipsius presulis. Duos presbiteros in Vicarios ordinàrunt. Est autem Nouorum Canonicorum ordinatio facta talis videlicet, vt quilibet eorum dimidiam Prebendam habeat, et nullam Vocem in Capitulo, nec in tractatibus prebendarum. Sed in stallo stabunt, secundum vocationem suam, sicut alii Canonici Ecclesie, et diuinis obsequiis famulantes, Et si eosdem Nouos Canonicos, per aliquam abusionem uel superbiam contigit ambire Jura Canonicorum maiorum suorum, ad querelas Canonicorum eorundem tenebit decanus Hoc ipsum sine dilatione qualibet vacuare. In Contradictores vel Rebelles censura Ecclesiastica exercendo. Et si contumacia creuit eorumdem ipsos etiam prebendis et thronis priuabit. Sit et licitum Capitulo aliquem ipsorum quem voluerit canonicare. vlterius si dignum viderit ac etiam oportunum. Statutis igitur huiusmodi terminatis processum est in nomine domini Ad Electionem Canonicam. per dei graciam et honestam. In qua Electione hii per ordinem sunt promoti. Gerhardus, Gotschalcus, Heinricus, Irrinfridus, Rappato, Albero. Albertus. Poppo. Siboto. Vlricus. Item minores Canonici Albertus. Baltherus, Fridericus, Seuerinus. Celebrata igitur Electione huiusmodi in maxima concordia. placuit domino Decano et Capitulo, pro quibusdam Negotijs eodem die, dominum Episcopum ad Capitulum euocare quo intrante Capitulum, et aliquantulum, pro quibusdam negotijs residente, audita etiam electione tam solemniter, et concorditer celebrata, et Electorum cognitis personis, deo creatori gratiarum vberiores retulit actiones, Porro Decanus, domino Episcopo sic obiecit. ecce *duo Nepotes vestri ambo de Sueuia* iam promoti. quomodo artabimus eos, *ad plenam Residenciam*. Dominus Epispus respondit. Artate vos domine decane. ipsos et alios

per

Digitized by Google

per subtractionem prebendarum ut ad vos pertinet, et nos si vobis placuerit. ipsos et alios. per *Parrochiales Ecclesias* ad Idem artabimus. quas a nobis habere noscuntur. Et hec dicens manum suam porrexit decano. data fide uice Sacramenti, hoc ipsum in fauorem residentie velle facere, et fideliter obseruare. *Acta sunt hec Patauie in Capitulo.* VIII. Kalendas Junii Indictione decima Anno dominice Incarnationis. M. CC. L. Secundo. — His in Testimonium Sigillum decani nostri et Sigillum Capituli duximus apponenda. Quibus quidem litteris per nos diligenter inspectis Easdem sanas Integras, Illesas, non suspectas, ac omni prorsus vicio in Scriptura quam Sigillo, carentes Inuenimus. Idcirco ad dictorum dominorum Vicariorum supplicationem ac Requisitionem. ipsas literas superius insertas. Exemplari, transsummi, et in hanc Publicam formam Redigi. et per Notarium Juratum. subscribi mandauimus. decernentes auctoritate Ordinaria nobis commissa. et volentes. vt huic presenti transsumpto siue Exemplo publico plena fides deinceps, vbique locorum in Juditio vel extra, adhibeatur, et illi stetur. ac si ipse originales litere appererent. Harum testimonio litterarum Secreti dicti Officialatus appensione munitarum. Actum Patauie die Veneris Sexta Mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo Octavo.

Anndreas Mostlberger Notarius Officialatus Juratus in fidem subscripsit.

a) Exstat sigillum laesum commissarii generalis, capsulae ligneae immissum.

b) Adest quidem diploma originale capituli, sed cum pars superior ipsius est dilacerata, textum transsumpti assumere necesse fuit.

XLIV.

Notitia redituum et servitiorum tam per Austriam, quam per Bavariam ad hospitale S. Egidy et ad pontem Pata-

Digitized by Google

viae pertinentium, conscripta per Ulricum, procuratorem pontis et plebanum S. Egidy.

Anno 1253.

(*Chrismon.*) Ego *Vlricus plebanus sancti Egydy patauie et procurator Pontis, seu infirmorum Prouisor* volens ad vtilitatem Successorum meorum omnes Redditus dicte Ecclesie. pontis et Infirmorum siue sint in *annonis* siue in *denariis*. siue *Minutis seruicys per austriam et Babariam* distinguere et specificare. Et omnia infra scripta Manu propria annotaui et scripsi. ad Mandatum Reuerendissimi in Christo patris *et domini Ottonis dicti de Lonzstorf venerabilis Episcopi Patauiensis*. que scripta sunt. ab incarnatione domini anno domini Millesimo CC. quinquagesimo tercio.

Primo de vineis in austria habentur et decimarum annone et vini.

Item Curiam in *chrems* sitam pazzawer hof nuncupatam. ad Curiam et aliarum vinearum seruiuntur Mychaheli VI. *solid.* et decem denar. wiennenses. Item a qua Curia dantur *pro* Stewra X talenta denariorum pro qua dimidia libra *denariorum* habet eadem Curia ius Ciuile. vendendi Emendi et alia faciendi sicut et omnia disponendi. sicut ipsi mei ciues ibidem in Chremysa habent facere. Item de vinetis et pomerys in Radendorf III solid. den. XII denarii seruiuntur. Item in Mauttarn de agris et Vineis seruiuntur Martini VI. solidi den. Item in Taylant sunt due vinee pro quibus dantur que habent jugera. ad quas vineas opportet pro Cultura habere VIII ℔. denariorum. excepto vindemio.

Item in dem fuelenpach dez Helbling sunt II½ iugera. ad quam vineam pro Cultura opportet habere VIII denar. wiennenses pro qua dantur VIII denarii. Item vinea dicta die Siechenpewnt an dem Lewbenperg que habet duo jugera. que vinea cum IIII. talentis denariorum colitur.

Item vna vinea in *Mawtarn* dicta die Siechenpewnt habens.

Digitized by Google

II½ iugera que vinea cum VII talentis VIII denariis colitur pro seruicio VIII denar. dantur.

Item decima annone in Fuezprinn. dimidia pars soluit de competenti anno. I. libr. denariorum pro licopialibus VI. modios tritici IIII. mod. chorens. et siliginis VI. modios. Item decima annone in Hahenbart. de mediocrj anno pro competenti anno XX metret. tritici. I. mod. siliginis et I. mod. auene et LX. denar. Item de decima annone in Encheinsprunn dantur pro mediocri anno XX metret. siliginis IIII. metret. tritici. et XX. metret. auene et XXX denar. Item de Decima annone Goezinkirch dantur X. metret. tritici. XL. metret. siliginis et LX. metret. auene pro mediocri anno. et XL. denar. pro licopialibus. Item de Curia Stolchstal. pro seruicio I. libr. denariorum et prandium. Item villicus dat pro annona II. mod. siliginis et II. mod. auene. Item Coloni in Hochenbart et extra Hohenwart dabunt pro seruicio IIII. Libr. denar. et LX. denar. Item pro Manualibus. dabunt duas aucas et XVI pullos. Item de Ecclesia Hohenwart. vnam aucam IIII pullos et IIII libras denar. Item Decima vini in Communi anno. in Fuezprun soluit XII urnas vini. Item decima vini in den Telern soluit in communi anno IIII vasa. Item decima vini in Encheinsprunn II ornas vini. Item decima in Goezinkirch vini soluit in communi anno VI. vasa. Item de decima Fuezprunn dantur I. libr. denar. Item de vineis quibusdam de agris vineis et pomerys duo Coloni dantur. XII. vrne vini. et XII denarii in Radendorf. Item in Mawtarn vnus Colonus de area sua. de vinea sua. Item de pomerio suo datur XII. ornas vini et II. vrnas perchrecht. Item pro Curia in Chremzsa. et pro omnibus vineis dantur Mychaheli pro jure Civili III. solid. denar. et XII. denar. wiennenses. Item dantur vinitoribus de predictis vineis. I. libr. denar. et VIII. denar.

Hic annotantur alia bona pertinentia ad pontem annone et denarii ut patet. Item superius Himting IIII. mod. et XX denar. Item de Newndling II. mod. auene et X denar. Item

Digitized by Google

de Hintenperg III mod. auene et XV den. Item auf der Oed. II. mod. auene et X den. Item de Portz III. mod. auene et XV denar. Item de Sulbring XXX. denar. I. pullus II. casei XXX. oua. Item Vreinperig. IIII mod. auene. et XX. denar. Item de Swertz III. mod. auene et XV denar. Item de Raetzing. VI mod. auene et XXX den. Item de Aygen IIII mod. auene et XX. den. Item de Haydeich II. mod. auene et X. denar. Item de agris XXXII denar. Item de Chritzing IIII. mod. auene et XX denar. Item ibidem de quodam bono II. mod. auene et X denar.

Item ibidem de quodam bono IIII. mod. et XX. den. Item ibidem de quodam bono II. mod. auene et X. denar. Item de Ekk III. mod. auene et XV. den. Item de Sulbring III. mod. auene et XV. denar. Item ibidem de quodam bono IIII. mod. auene et XX. den. Nota. isti omnes laborant ad pontem et dabunt prukstewer. — Hii sunt redditus servientes Plebano sancti Egydii patauie in die sancti Michahelis.

igitur sicut ex parte venerabilis fratris nostri . . Episcopi Patauiensis fuit propositum coram nobis Rodegerus quondam Episcopus Patauiensis et aly predecessores ipsius, Castra, Villas Oppida maneria domos Vineas Prata Nemora curias redditus possessiones Campos et alia multa de bonis ecclesie Patauiensis quibusdam clericis tam religiosis quam secularibus ac etiam laicis, aliquibus eorum ad uitam quibusdam uero in perpetuum, et alys ad non modicum tempus seu ad firmam aut in feudum uel sub annuo censu concesserint in quibus consensus Capituli minus prouide interuenit, datis super hoc litteris factis renuntiationibus adiectis penis et iuramentis interpositis in nonmodicam ipsius ecclesie lesionem, discretioni vestre per apostolica mandamus. quatinus predicta et alia que de bonis eiusdem ecclesie alienata inueneritis illicite uel distracta ad ius et proprietatem ipsius ecclesie premissis nequaquam obstantibus legitime reuocetis. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante si aliquibus de partibus illis quod excommunicari, suspendi, uel interdici non ualeant a sede apostolica sit indultum. Datum Asisy VIII. Kalendas Octobris. Pontificatus nostri anno Vndecimo.

Appendet bulla plumbea Innocentii.

XLVIII.

Heinricus, Bavariae Dux, promulgat arbitrium inter se et Ottonem Episcopum Pataviensem peractum.

Vilshofen. 1255. 21. Julius.

Heinricus dei gratia Dux Bauarie. Innotescimus vniuersis. quod cum, inter nos, et venerabilem dominum Ottonem,

Digitized by Google

Patauiensem Episcopum, et Ecclesiam ipsius, super diuersis dampnis, iniuriis, et questionibus feodorum, et proprietatum controuersia uerteretur, tandem sic volente diuina permissione, et domino Ratisponensi Episcopo cooperante, et partibus consentientibus tale medium interuenit, quod videlicet ex fidelibus et deuotis nostris, vtriusque scilicet partis. Magister Gotfridus, Archidiaconus, poppo vicedominus, Canonicj Patauiensis Ecclesie, Siboto de *Lonstorf*. Heinricus de Hartheim, wernherus nobilis de *Laber*. Lvdwicus Pincerna de flügelsperch. Otto de *frawenberch*, Heinricus de Pfoling, arbitri sunt electj, qui forma compositionis congruenti concepta, nos reducerent ad concordie et amicicie inuiolabilis vnitatem. Ad hec, ydem arbitri, corporali sacramento prestito firmiter promiserunt, quod nec amoris nec timoris causa, nec prece vel precio, omittant quicquam de contingentibus in commisso negotio, que ad bonum pacis et concordie possunt efficaciter operari, versa enim vice nos promisimus fide data vice sacramenti ad manum dicti Episcopi Ratisponensis, ad singulorum ratihabitionem et obseruanciam, nos teneri fideliter, que discretio arbitrorum super sopiendis premissis omnibus, decerneret statuenda. Preterea, pro tollendis iniurys huiusmodj que emerserint incidenter ydem arbitri statuerunt, quod quandocumque pars a parte requisita fuerit, in Ciuitate *Vilshouen*, et non vlterius, nisi de communi consilio eorum se recipiant, inde nullatenus exituri, nisi prius institucionis transgressio, et iniurie commisse per emendam debitam corrigantur, Insuper, siquis eorum ab huiusmodi tractatibus, causis legitimis, absens erit, eidem, pars eadem personam idoneam subrogabit. Item promiserunt, omni ingenio et diligentia, eidem negotio tamdiu immorari, donec per arbitrium eorum, iniuriarum, feodorum, proprietatum, et aliorum que occasio sunt discordie questionibus cessantibus, per osculum amicicie stabilis dilectionis vinculo complectemur. In quorum testimonium sigillo nostro presen-

Digitized by Google

lem litteram communimus. Datum vilshoven Anno domini. Miltesimo. CC. L. quinto, XII Kalendas augustj.

Sigillum ducis, cujus vinculum modo exstat, desideratur.

XLIX.

Marquardus Preuhaven de Allhartsberg vasallum se declarat Ottonis episcopi et ecclesiae pataviensis de curiis in Reudnich, hofmarchiae Gleufs.

Seitenstetten. 1256. 3. Junii.

Ego *Marquardus* dictus *Preuhauen de alhartsperge.* profiteor harum testimonio litterarum. quod dominus meus. Otto venerabilis patauiensis Episcopus. tria feoda super Reudnich ad suam *Hofmarchiam* in *Gleuzze* spectancia, mihi contulit, tantum ad tempora uite mee. sic, quod quicquam de eisdem michi uendere obligare, commutare, aut a sua Ecclesia alienare, aliquomodo non licebit. predictis feodis ad ipsum et eius Ecclesiam Patauiensem post obitum meum nullis meis heredibus siquos forsan in futurum habuero, aliquid in illis iuris habentibus secundum quod in cultura, armentis, et ceteris eius attinenciis ipso die fuerint libere reuersuris. In cuius rei testimonium presentem litteram meo duxi sigillo proprio roborandam. Datum in *Sittanstetten.* anno domini. M. CC. LVI. III. Nonas Juny.

a) Appendet sigillum laesum Marquardi.

b) Confer Monum. Boic. Vol. XXIX partem alteram no. 90 p. 105. ubi ejusdem diplomatis breve regestum.

Digitized by Google

L.

Decisio litis inter Ottonem de Lonsdorf, Pataviae praesulem, et Woconem, filium Witigonis de Rosenberg, Bohemiae Marschalcum, de judiciis inter Danubium et fluvium Reuschmuhel.

Pataviae. 1257. 10. Januarii.

Ego Wokho dictus de Rosenberch. Marscalcus Boemie. Zelo discretionis et iusticie ductus, ab hiis, que per me meis temporibus aguntur, scriptorum memoria remouere cupiens obliuionem et dubium in futurum. Notum facio presentibus et futuris. testimonio huius scripti. quod cum domino meo *Ottone* venerabili Episcopo patauiensis Ecclesie, super quibusdam terminis *Judiciorum inter Danubium, et fluuium qui Reuschmuhel* dicitur, sitis, iuxta quod in instrumentis *patris mei domini Witigonis* pie memorie euidenter expressum est, mouerem sepius questionem, tandem, fidelibus Consily dicti domini Episcopi de Capitulo uidelicet, et Ministerialibus ex parte ipsius. ex parte vero mea. *H. et wer. Juniore de Schoumberch,* amicis meis, aliisque discretis familiaribus meis, ad bonum concordie, et compositionis ex utraque parte fideliter intendentibus, sic, eadem inpetitio, est sopita. quod uidelicet eidem Episcopo quinquaginta Marchas in quibus sibi tenebar, mihi liberaliter relaxanti, promisi bona fide, per H. et wer. predictos, pro habundanti cautela, sibi faciens nichilominus fideiussoriam cautionem. pro centum Marchis argenti, in loco uel locis competentibus sue dyocesis proprietates sue Ecclesie comparare. infra spacium vnius annj si superstes fuero domino sic volente. Quas idem Episcopus, michi, vxori mee et heredibus nostris utriusque sexus, siqui per nos procreati fuerint conferet titulo feodalj. Si vero de hac uita migrauero infra ipsum terminum prescriptis proprietatibus non dum emptis. extunc per predictam vxorem meam, et prefatos

Digitized by Google

Nobiles de Schoumberch, eadem emptio compleatur, ipsasque proprietates tunc relicta mea cum suis pueris uel sola, quamdiu uixerit, nec pueros per me habuerit, prefato titulo possidebit. Si vero successione sobolum non habita, et emptione dictarum proprietatum non facta, ambos decedere nos contingat, predicti H. et wer. uel alter eorum pro eadem summa, pro qua fideiussores existunt, proprietates infra Annum quas et ipsi a dicto Episcopo et Ecclesia possidebunt feodaliter. comparabunt. Si autem huic emptioni proprietatum premorj contigerit Episcopum memoratum. Vniuersa prelibata suis succesoribus et Ecclesie fideliter seruabuntur. Iidem et successores suj, michi ad singulorum premissorum obseruantiam tenebuntur. Adhec renuntio omnibus scriptis bona fide que mihi contra Ecclesiam Patauiensem, uel eius Episcopos, super prefatis Judicys actionem inducere uidebantur. pronuncians ea deinceps aliquatenus non valere. Vt autem prefato Episcopo suisque successoribus, et Ecclesie Patauiensi, per me et heredes meos siquos habuero hec omnia firmiter obseruentur. in testimonium et confirmationem eorum, presentem paginam, meo, et predictorum. H. et wer. *Nobilium* de Schoumberch sigillis roboratam sibi dedj cum Testibus subnotatis. Sunt autem hy. Testes. Heinricus et wernhardus fratres de *Schoumberch*. Wernhardus Junior de Schoumberch, Vlricus et Siboto fratres de *Lonstorf*, Heinricus et Chunradus fratres de Hartheim, Sighardus *Pibero*, Meinhardus Trostela, Berchtoldus de Haidendorf walthorus de Tannberch. Heinricus de Merswanch, Hertnidus Dapifer de *Schoumberch*, vlricus de furtte, Chunradus Stachener. Rugerus *Pruschinche*. Pilgrimus de Tannberch. Johannes de *Merswanch*, Calhohus et Heinricus fratres de Valchenstein. Heinricus de Radekke. et aly quam plures. Actum Patauic. Anno domini. Millesimo. Ducentesimo. Quinquagesimo Septimo. Quarto, Idus January.

a) Appendent fragmenta sigilli alterutrius ex fratribus de Schaumberg et sigillum Wochonis; tertium deest.

Digitized by Google

Sigillum Wochonis rarioribus est adnumerandum tam ob formam oblongam, qua haud saepe laici utebantur, quam ob emblemata scuti gentilitii. Repraesentant nempe militem non galeatum, dextra manu gladium tenentem, laevaque scutum gentilitium ad genu reclinatum, floreque quinque foliorum distinctum.

b) Confer Mon. Boic. Vol. XXVIII, partem alteram, no. 91 p. 536, ubi pater Woconis Witigo allegatur, et Vol. XXIX part. alteram no. 91 et 93 p. 105 et 106, ubi ipse Woco transigit cum ecclesia.

LI.

Conventus Neoburgensis sollicitat confirmationem Nycolai, a se in praepositum electi.

Kloster-Neuburg. 1257. 18. Mart.

Reuerendo domino, et in Christo Patri, O. venerabili Patauiensis Ecclesie Episcopo *Vl. Decanus Monasterii Newenburgensis*, Cum vniuersitate eiusdem collegy, quicquid potest obsequy, reuerentie et honoris. Quia ex inspiratione sancti Spiritus qui vbi uult spirat, Dominum *Nycolaum* confratrem nostrum personam ydoneam et honestam, *concorditer et Canonice*, Elegimus in prepositum et in patrem, ita quod inter nos, et ipsum spirituale Matrimonium est contractum, supplicamus Paternitati uestre, quatenus Electionem nostram Canonice celebratam, benigno favore prosequentes, Electum nostrum predictum, confirmationis munere digneminj promouere. Ceterum quod Electio sit, cum sollempnitate decretj, omnium subscriptionibus roboratj, Sicut dicit canon. LX^ma^ distinctione, in jllo Capitulo. Osius Episcopus dixit Ecclesie, presentamus uobis Decretum nostre Electionis nostris subscriptionibus roboratum.

Ego vlricus decanus niuburgensis cenobii subscribo et protestor me dominum nicolaum in nomine patris et filii et spiritus

Digitized by Google

sancti in prepositum canonice elegisse. Ego vlricus cellerarius subscribo. Ego Heinricus subscribo Eberhardus Gozlin SS. Ego vlricus magister hospitum SS. Ego Otto de Avnsperg subscribo. Ego Pabo custos SS. Ego chunradus plebanus S. Martini SS. Ego Rudgervs de wienna SS. Ego Otto. magister. infirmorum SS. Ego ortolfvs de griffensten SS. Ego wernherus SS. Ego hadmarus subscribo. Ego waltherus De winna SS. Ego vlricus de Niundorf. SS. Ego meinhardus diaconus SS. Ego Pabo Dyaconus subscribo. Ego iohanes subscribo. Datum In Dominica Letare. Anno gratie MCCLVII.

Cum sigillo conventus, alterum deest.

LII.

Petri de Pontecorvo, nuntii apostolici, compositio de solvenda ex parte cathedrae pataviensis certa pecuniae summa.

Viennae. 1258. 26. Februar.

Reuerendo in Christo patri ac domino. O. dei gratia *ecclesie* Patauiensis Episcopo, Petrus de Pontecuruo Apostolice sedis Nuncius, Capelle domini pape clericus, Salutem in domino ihesu Christo, Litteras et mandatum venerabilis patris. O. sancti Adrianj Diaconi Cardinalis, nos recepisse noueritis in hec uerba. O. miseratione diuina sancti Adriani diaconus Cardinalis, viro prouido et discreto, Magistro Petro de Pontecurvo Capelle domini pape Clerico in domino ihesu Christo Salutem. Dudum litteras summj pontificis recepimus sub hac forma. Alexander episcopus seruus seruorum dei, dilecto filio. O. sancti Adrianj Diacono Cardinali, Salutem et apostolicam benedictionem. Petitio dilecti fily magistri Gwale Notary nostri nobis exhibita continebat quod inter ipsum et bone memorie Berhtoldum Episcopum Patauiensem super eo quod Notarius ipse ab eodem petebat Episcopo Vigintj quatuor

Digitized by Google

marcas Auri ad pondus Coloniense ratione cuiusdam annui redditus in quo dictum Episcopum et Patauiensem episcopatum sibi teneri et quem ei subtractum fore dicebat, orta materia questionis, tandem ydem Notarius et Episcopus ordinationi dilectorum filiorum, R. sancti Angeli Diaconi Cardinalis et magistri ysinbardj Notarii, nostrorum, super hoc se totaliter commiserunt; qui pro bono pacis et concordie prefato magistro. G. ac Lupo procuratore ipsius episcopi presentibus et expresse consentientibus statuerunt uoluerunt et ordinarunt, quod dictus episcopus seu successores eius qui pro tempore fuerint, dicto magistro. G. uel procuratori suo. pro ipso in Romana Curia in festo Pentecostes tunc proximo futuro, Quinque marcas aurj, et in festiuitate purificationis beate Marie uirginis tunc proximo sequenti Sex marcas, ac in festiuitate beatj Johannis baptiste ex tunc proximo aduenientc, Quatuor dicti ponderis Coloniensis sine qualibet difficultate persoluant, quo facto episcopus et successores predictj in residuo dictarum vigintj quatuor marcarum aurj sint penitus absolutj. Si autem dictus episcopus uel successores predicti in aliquo predictorum terminorum in huiusmodi quantitatis marcarum solutione cessauerint, in sepedictis vigintj quatuor marcis aureis et ad exhibendum annuum redditum unius marce Auri prout idem magister. G. a dicto petebat episcopo, et ad restitutionem expensarum quas propter hoc fecerit ipsi magistro. G. per ordinationem huius teneantur. ad que Cardinalis et Notarius predicti, episcopum et episcopatum eosdem dicto magistro. G. specialiter obligarunt, prout in Instrumento publico confecto exinde sigillato sigillis Cardinalis et Notarii predictorum plenius continetur. Felicis quoque recordationis Innocentius papa predecessor noster ordinationem eandem quam inuiolabiliter obseruari precepit, ratam et gratam habens, ac defectum siquis in ea extitit supplens de sue plenitudine potestatis, ipsam auctoritate apostolica confirmauit. Cum autem eodem episcopo uiam vniuerse carnis ingresso, dicto magi-

Digitized by Google

atro. G. de huius quantitate auri non ex (... lacuna ...) nobis humiliter supplicauit, ut prouidere sibi super hoc de benignitate solita curaremus. Nolentes igitur quod idem magister. G. occasione predicta ulterius fatigetur, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si uenerabilis frater noster ... Patauiensis episcopus uel successores eius ordinationem eandem obmiserint obseruare, tu in episcopum et successores predictos per te uel per alium interdicti sententiam non differas promulgare, et si per mensem in sententia ipsa permanserint, eos uinculo excomunicationis astringas, et ipsos interdictos ac excomunicatos publice nuncies et facias ab alys per omnia loca in quibus expedire uideris, singulis diebus dominicis et festiuis pulsatis campanis et candelis accensis interdictos et excomunicatos esse nunciarj ac ab omnibus arcius euitari donec ordinationem huius obseruarint. Contradictores per censuram ecclesiasticam. appellatione postposita compescendo. Non obstante, si dicto episcopo a sede sit indultum eadem uel forte ei aut dictis successoribus indulgeri contingat, quod interdici, suspendi uel excomunicarj non possint per litteras apostolicas que de indulto huius plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum non fecerint mencionem. Datum Neapolj, Vj. Kalendas Juny, Pontificatus nostri Anno Primo. Harum igitur auctoritate litterarum predictum episcopum per litteras nostras monuimus diligenter, ut infra certum terminum ordinationem obseruaret eandem. Alioquin extunc in ipsum interdicti sententiam duximus proferendam, Postmodum uero ad petitionem Lupi clerici nuncy eiusdem episcopi ut dicebat, a nobis ex parte ipsius episcopi cum instantia postulantis, ut usque ad festum Natiuitatis dominice proxime preteritum curaremus sententiam huius relaxare, usque ad dictum festum suspendimus effectum sententie memorate, ipsa ex tunc si dictus episcopus predictam ordinationem seruare negligeret, in suo robore duratura. Verum prefatus episcopus ordinationem eandem prout idem Notarius nobis asserit ob-

Digitized by Google

seruare negligit. quare dictus Notarius cum instantia postulauit a nobis, ut sibi super hoc iuxta traditam nobis formam exhiberemus iustitie complementum. Et licet predicto episcopo deferre quantum cum deo possumus, intendamus, quia tamen predicto Notario nec debemus nec possumus in suo iure deesse, discretioni uestre auctoritate. qua fungimur in hac parte mandamus, quatenus eundem episcopum ex parte nostra moneatis efficaciter ac inducere procuretis, ut infra vnius mensis et dimidy spacium post monitionem uestram predictam integre ordinationem obseruet. Et nisi uobis plene constiterit quod dictus episcopus infra predictum terminum ordinationem obseruauerit supradictam, ipsum quem ex tunc excommunicationis sententia innodamus, tamdiu excommunicatum et interdictum publice ac sollempniter nuncietis et facialis ab alys per omnia loca in quibus expedire uideritis nunciarj et ab omnibus arcius euitarj, donec ordinationem integre obseruauerit memoratam. Contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum in Vrbe in domo habitationis nostre, III. Idus Marcy, pontificatus domini Alexandrj pape quarti, Anno Tercio. Item ex parte magistri Gwale domini pape Notarii litteras receepimus in hec uerba. Dilecto et speciali amico suo Magistro Petro de Pontecuruo Capelle domini pape Clerico. Magister Gwala domini pape Notarius salutem et amorem sincerum. De uestra dilectione quam nobis utilem inuenimus, non modicum confidentes, negocium nostrum vobis de nouo committj fecimus prout in litteris venerabilis patris domini Ottobonj Cardinalis quas vobis lator presencium exhibere curabit, uidebitis contineri. Rogamus igitur amicitiam uestram, quatenus in ipso negotio sic uiriliter et celeriter procedatis, quemadmodum de nobis confidimus et speramus. et ut uestre diligentie processum euidentius cognoscamus predicto Cardinali et nobis processum uestrum et presentationem litterarum quas ex parte ipsius Cardinalis eidem Episcopo presentastis, sub manu

publica. Notary, et sigillo uestro per portitorem presentium destinetis, ita quod de hiis possimus facere si oportuerit plenam fidem. Ceterum cum uos in recessu nostro procuratorem feceritmus per publicum instrumentum, et nunc etiam per nostras litteras faciamus ad solucionem recipiendam rogamus, quatenus pecuniam ipsam si uos eam. (lacuna) cum pecunia domini pape per fideles et tutos nuncios mittere non tardetis oportunam super hoc adhibentes diligentiam et cautelam va (lacuna) . . presentium habeatis ut expedit comendatum. Item litteras alias ex parte dicti magistri G. domini pape Notary vobis directas et per nos presentandas sub sigillo ipsius Notarii recepimus, uobisque assignauimus, quarum tenor talis est. Venerabili in Christo patri domino . . Patauiensi Episcopo, Gwala domini pape Notarius, Salutem in domino. Noscat prudentia uestra quod nos uestris laboribus et expensis parcere intendentes, uirum prouidum et discretum Magistrum Petrum de Pontecuruo capelle domini pape Clericum, nostrum facimus nuncium et procuratorem ad recipiendam illam auri quantitatem et alia in quibus nobis per ordinationem seu compositionem olim factam inter bone memorie . . Patauiensem episcopum predecessorem uestrum et nos tenemini obligati promittentes solutionem eidem factam de premissis ratam et firmam omnj tempore habituros. Datam in palacio Lateranensi in festo sancti Benedictj, domini Alexandri pape IIII. Anno tercio. Ad cuius rei perpetuam memoriam presentes litteras sigillo nostro fecimus communirj. Item litteras nostras domino. O. sancti Adriani venerabili diacono Cardinali super negotio isto directas presentibus annotamus, quarum tenor talis est. Reuerendo in Christo patri domino. O. sancti Adriani venerabili diacono Cardinali suus Petrus de pontecuruo Capelle domini pape clericus, se ipsum cum omni prompti (lacuna) seruiendj. Cum venerabilem patrem dominum. O. Patauiensem episcopum iuxta mandati uestri tenorem diligenter duxerimus ammonendum, ut compositionem ini-

Digitized by Google

initam inter procuratorem predecessoris ipsius eius nomine ex una parte, et dominum magistrum .G. domini pape Notarium ex altera, super quadam pecunie summa eidem magistro debita obseruare deberet, et idem episcopus terminum ad id obseruandum et complendum a me peteret Sibi dari, quia uoluntatem habebat eam in omnibus obseruare terminum usque ad festum beati Michahelis proximo preteritum concessi eidem. Verum cum essem domini pape negociis prepeditus, in termino venire non potui supradicto, sed nunc rediens *de vngaria in Austriam* eundem episcopum super predicte pecunie solutione iterato requisivi et ammonui diligenter, ut sicut mihi promiserat, conpositionem obseruaret eandem, qui uoluntarie suo posse incepit benigne compositionem seruare prefatam, sic quod nomine magistri Gwale mihi Sex marcas Auri exhibuit et assignare curauit . petens pro deo et propter deum, ut dilationem aliquantulam ad persoluendam residuam pecuniam et ulteriorem Sibi terminum concedere non differemus, cum sue uoluntatis existat omnimodo in termino alio quem ei duxeritis concedendum sattisfactionem plenariam mihi uel quem ad hoc statueritis facere, ad uestre et magistri. G. predicti bene placitum voluntatis. Unde pro eo et cum eo a paternitate uestra peto humiliter sicut possum, quatenus eidem Episcopo talem terminum concedere dignemini, ut soluere ualeat summam pecunie memorate, prout in vestra et magistri. G. resederit uoluntate. Item super receptis a uobis nomine magistri Gwale Sex marcis Aurj ad pondus Coloniense, refutationis litteras vobis sub nostro sigillo datas presentibus similiter fecimus annotari. quarum tenor talis est. Ego. magister Petrus de Pontecuruo, Apostolice sedis Nuncius, procurator magistri Gwalonis, domini pape Notary coram vniuersis profiteor me nomine eiusdem magistri. G. a domino Ottone Patauiensis ecclesie Episcopo de pecunia in qua idem episcopus magistro tenebatur, Sex marcas aurj ad pondus coloniense recepisse, super quibus refutationem facio supradicto episcopo

Digitized by Google

per presentes nomine memorati magistri iuxta quod ab eo habui in mandatis. Si vero idem magister refutationem et solutionem huius ratam non haberet, ego nichilominus de dictis Sex marcis aurj eundem episcopum seruabo indempnem prout eidem promisi personaliter fide data. De residua uero pecunia remaneat in uoluntate dicti magistri, mihi uel ei quem ad hoc statuerit assignanda, In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo meo et quorundam subscriptorum testium communivi. Qui sunt hy. *Philippus abbas scotorum in wienna.* Heinricus prepositus *sancti ypolitj.* poppo vicedominus, Canonicus patauiensis. Irnfridus Canonicus patauiensis et decanus in Chrembs. Magister *Gerhardus plebanus Wiennensis. frater Ortolfus domus teutonice in Wienna commendator dictus de vttersteten. Wisinco decanus Wiennensis.* Wolfcagnus dictus lupus. et alii quam plures. Actum *Wienne.* IIII. Kalendas Marcii. Anno domini M.CC. Lviij. Insuper quia publicum Instrumentum et procuratorium dicti magistri. G. ex parte ipsius super hujus negotio nobis datum, penes nos wienne non habuimus illa uice ea. (lacuna) fide uice sacramenti prestita promisimus et promittimus sine fraude sub nostro sigillo quantocitius potuerimus destinare.

De quinque sigillis solummodo fragmentum unius exstat. Diploma a forma usitatiori recedit, dum ad instar multorum superioris Italiae documentorum in pergameno viginti quatuor digitorum longo et solum novem digitorum lato scriptum est.

LIII.

Compositio controversiarum de juribus parochialibus inter Gerhardum plebanum viennensem et Philippum abbatem S. Mariae Scotorum Viennae.

Viennae. 1258. 2 Apr.

In nomine domini Amen — Anno domini M—CC Lviij. in

dictione prima, Secunda die intrante aprile, Pontificatus domini Alexandri pape IIII. Anno IIII. Nos Ph. dei gratia, Abbas, Matheus prior, et conuentus ecclesie, Sancte *Marie Scotorum in Wienna*, Et ego Magister *Gerhardus plebanus Wiennensis* Capellanus domini pape, super omnibus questionibus, iuribus Parrochialibus, et decimis, Oblacionibus, mortuariis, et omnibus aliis sacramentis, super quibus inter nos olim fuit contencio, et in posterum fieri posset, eligimus nos predictus dominus Abbas, et conuentus, fratrem Danielem lectorem *predicatorum* in Wienna, et ego Magister G. plebanus Wiennensis, eligo fratrem hartpernum, Custodem fratrum *Minorum austrie* et de communi consensu eligimus, venerabilem patrem, et dominum nostrum. *O Patauiensem episcopum*, arbitros, arbitratores, sev amicabiles compositores, ita uidelicet, quod ad quamcumque partem, idem venerabilis pater et dominus episcopus, cum altero eorum, uel utroque declinauerit, ratum et firmum habebimus, quicquid arbitrando. uel amicabiliter componendo decreuerint, stando, uel sedendo, die feriato vel non feriato, nobis presentibus. uel per contumaciam absentibus, dum tamen uocatis, in scriptis, aut sine scriptis, *in Wienna*, uel alias vbicumque locorum, uel quandocumque, dantes eis licenciam, et potestatem laudandi, arbitrandi, et sententialiter pronunciandi, semel et pluries, secundum quod eisdem arbitris, uisum fuerit expedire, ad omnia et singula supradicta seruandi, firmiter nos obligamus, sub pena Centum Marcarum argenti ponderis Wiennensis, soluendarum domino nostro episcopo Patauiensi, a parte arbitrium non seruante. nichilominus eadem pars, parti uolenti obseruare arbitrium, Quinquaginta Marcas argenti ponderis predicti soluere teneatur, et ea pena soluta, uel non, hoc compromissum, et laudum, quod inde sequitur, ratum sit et perpetuo valiturum, pendente vero arbitrio supradicto, quod infra annum terminabitur simus boni amici, et gaudeat utraque pars suo iure pacifice, quo hactenus vsa est, usque ad finem arbitry, renun-

Digitized by Google

ciantes arbitriis siue compromissionibus si que inter nos processerunt, et hoc solum firmiter seruare tenebimur, sub pena superius annotata. Actum in Claustro Sancte marie *Scotorum* in Wienna, presentibus domino Wernhardo Canonico patauiensi, et plebano in Tulna, fratre Dietmaro ordinis *predicatorum*, fratre Johanne ordinis fratrum minorum, domino Wisntone *decano Wiennensi*, domino Nycolao, Bertholdo et Gotfrido Sacerdotibus, domino hainrico de Merswanch. et hainrico de Lo, *Militibus*, Vlrico filio Livbmanni, Chunrado Chambario, hertwico de Ort, *Baltrammo vatzone*, Chunrado oleatore, Ciuibus Wiennensibus, In cuius rei testimonium Nos *O dei gratia patauiensis episcopus*, ego frater daniel, et ego frater Hartpernus, nostra Sigilla, vna cum Sigillis, abbatis, et conuentus ecclesie Sancte *Marie Scotorum*, et *Magistri Gerhardi plebani In Wienna*, presenti pagine duximus apponenda.

Cum sex sigillis maxima ex parte laesis.

LIV.

Capitulum pataviense judicibus a sede apostolica *in lite* de parochia Hollabrunn delegatis denuntiat, se magistrum Gotefridum nominasse hujus causae procuratorem.

Pataviae. 1258. 8 Aprilis.

Venerabilibus dominis, ac discretis, Ul. Abbati sancti Emmerammj. H. preposito, S. Scolastico. maioris Ecclesie Ratispone, Iudicibus a sede apostolica delegatis, M. prepositus, et vniuersitas Capituli Patauiensis, Salutem cum sinceris orationibus in Christo, Nouerit discrecio uestra, quod nos magistrum Gotfridum dilectum confratrem nostrum, procuratorem nostrum constituimus, in causa parochialis Ecclesie, in Holaprunne, vobis per sedem apostolicam delegatam, dantes ei potestatem, alium, vel alios, pro se constituere procuratores,

Digitized by Google

quocienscumque viderit expedire. et omnia alia faciendi, que uerus et legitimus, potest facere procurator. etiam in casibus illis, in quibus mandatum exigitur speciale,. gratum, et ratum, per omnia habituri,. quicquid per ipsum actum fuerit et ordinatum,. Datum Patauie, anno domini. M. CC. Quinquagesimo Viij. VI. Idus Aprilis. . .

Sigillum deest.

LV.

Otto, episcopus pataviensis, Ottoni, civi vienensi dicto de Foro, praedia quaedam de Vischamunde in feudum confert.

Wiennae. 1258. 15 Maii.

Otto dei gratia Ecclesiae patauiensis Episcopus. Vniuersis hanc litteram inspecturis Salutem in domino. Vniuersitati vestre praesentibus declaramus, Quod nos *Ottoni Ciui Wiennensi dicto de foro*, de possessionibus nostris in *Vischamunde* quatuor beneficia locauimus, sub hac forma, videlicet, vt de illis postquam alie nostre possessiones ibidem seruire ceperint cum proh dolor sint inculte, nobis ratione seruicij Esocem bonum, in festo purificationis beate Marie Virginis, uel ante dare debeat tantummodo annuatim, omnibus alijs seruicijs maioribus vel minoribus quibuscunque penitus absolutis, Debet autem nobis eundem Esocem in sancto ypolito assignare. In cuius rei testimonium hanc litteram sibi communitam sigillo nostro dedimus, cum Testibus infra scriptis, Qui sunt hii: Meinhardus, prepositus patauiensis; *Magister Eberhardus plebanus Wiennensis.* Heinricus de Merswanch. Ulricus de Capelle. Otto de *Trvna.* Siboto de Lonstorf. Berhtoldus de Hai-

Digitized by Google

dendorf. et alij plures. Datum *Wiennae*, Anno domini millesimo. CC. LVIII. Idus Maij. pontificatus nostri Anno Quinto.

a) Appendet sigillum Ottonis semifractum.

b) Confer Mon. Boic. Vol. XXIX. partem alt. No. 108 et 110 p. 115 et 116, ubi alia de eisdem possessionibus diplomata.

LVI.

Alexander papa IV jubet restitutionem bonorum ab ecclesia pataviensi clericis laicisque concessorum.

Viterbii. 1258. 27 Junii.

Alexander episcopus seruus seruorum dej. Dilecto filio. Scolastico ecclesie Ratisponensis. Salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte venerabilis fratris nostrj. Episcopi Patauiensis fuit propositum coram nobis, quod quidam predecessores sui quasdam possessiones, domos, redditus, et nonnulla alia bona ad episcopalem Mensam spectancia, nonnullis clericis et laicis, quibusdam perpetuo, aliquibus uero *ad uitam* eorum, et alijs ad non modicum tempus confectis super hoc litteris, penis adiectis, et interpositis iuramentis, ad firmam, uel sub censu annuo concesserunt, in grauem mense lesionem predicte, quorum aliqui super hys, confirmationis litteras in forma communi a sede apostolica impetrarunt. Quare predictus Episcopus nobis humiliter supplicauit, ut prouidere sibi, et dicte mense super hoc, de benignitate solita curaremus. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ea que de bonis ad predictam mensam spectantibus per huiusmodi concessiones alienata inueneris illicite uel distracta, litteris, penis, iuramentis, et confirmationibus predictis, nequaquam obstantibus, ad ius et proprietatem ipsius mense, studeas legitime reuocare. Contradictores per censu-

Digitized by Google

ram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint nominatj, si se gratia, odio, uel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas ueritatj testimonium perhibere. Datum viterbij v Kalendas Julij Pontificatus nostrj Anno Quarto.;.

Appendet bulla plumbea.

LVII.

Ottocarus rex et dux, Gerhardum plebanum viennensem et Cunradum de Zaekking de indagando statu ecclesiarum conventualium et parochialium dioec. patav. episcopo adjungit.

Viennae. 1259. 16 Oct.

O. dej gratia dominus Regni Bohemie. Dux Austrie. Marchio Morauie. Vniuersis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis. Salutem et omne bonum. Multorum relatione dedicimus et est certum quod pro majori parte omnes *Ecclesie Conuentuales et parrochiales* Patauiensis Dyocesis in nostro dominio constitute, et per suos Rectores in diuinis obsequiis minus sollicite procurantur in animarum periculum, et in temporalibus dilapidationem grauem sustinent in plurimorum dispendium et iacturam. Vnde cum venerabilis in Christo pater Patauiensis Episcopus ex officio commissi sibi regiminis teneatur ista corrigere, et ea forsan dissimulauerit pacienter, cupiens ipsos emendare pocius per gratiam quam percutere per rigorem, nec iidem tamquam ingrati beniuolencia paterna, se correxerint quocunque modo. rogauimus ipsum intimo cum affectu, quatenus propter deum et salutem propriam ac nostrj obsequij respectu perpetuj, premissa omnia tam in Ecclesiis Conuentualibus et parrochialibus que ad nos pertinent et quarum esse advocati uide-

Digitized by Google

mur quam etiam in omnibus aliis Ecclesiis sue Dyocesis per inquisitionem administrationis spiritualium et temporalium, curet corrigere taliter et purgare, ut ad laudem dej in diuinis obsequiis proficiant, et in temporalibus, que ipsis pro salute animarum pie collata uidentur, effectum debitum studeant obseruare. et ne nos dicamur sibi esse causa inpedimentj tante salutis nec etiam ipse de inprouidentia arguj possit et pro desidia quem decet pro diligencia commendarj, Ad ostendendum enim magnum fauorem quem habemus ad hoc negocium, Dilectos nobis *magistrum Gerhardum plebanum wiennensem et Chunradum de Caekkinge*, eidem adiunximus in hiis omnibus uice nostra, ut tamquam nos ipsi presentes essemus, sibi cooperentur in hiis in quibus nostra iurisdictio necessaria uideatur. Siqui vero quod non credimus se correctionj huiusmodj volentes subtrahere *ad sedem apostolicam* appellarent, vna secum de illis significabimus domino pape. per nostras litteras notitiam veritatis, coram deo dicentes, quod ad hec nos inducit simpliciter zelus amoris diuinj, nec ad usurpandam nobis iurisdictionem ipsius et Ecclesie, ista scribimus, uel rogamus. Datum *Wienne*. Anno dominj. Millesimo. CC. LViiij. *XVII* Kalendas Novembris.

Exstat fragmentum dupplicis sigilli equestris, in utrumque latus impressi. Ex una parte regem exhibet cum scuto, in quo leo Bohemiae apparet cum cauda bipartita et ex altera parte eundem repraesentat cum scuto, insignibus Austriae decorato. —

LVIII.

Heinrici de Aiglingen confessio, quod Otto episcopus feudum vacans per mortem Caroli et Waltheri fratrum de Maeinhartinge ipsi contulerit.

Pataviae. 1260. 27 Maii.

Testes: Otto de Truna. Siboto de Lonstorf. Pilgrimus de Tannberch. Berhtoldus de Heidendorf. Heinricus de Hartheim.

Digitized by Google

heim. Hugo de Sauersteten. Griffo de Albrehtsheim. et alii quam plures. Datum Patauie. Anno dominj. M. CC. Lx. Vj. Kalendas Juny.

LIX.

Henricus de Hartheim et uxor sua Gertrudis de Falkenstein feuda sua pataviensia Ottoni episcopo libere dimittunt, reservato solummodo ususfructu ad tempus vitae.

Pataviae. 1260. 18. Junii.

Cum Testibus subnotatis. Qui sunt hij. Meingotus Tumprepositus. Boppo Decanus. Waltherus de Tanberch. Vlricus de Lonstorf. Siboto Frater suus. Pilgrimus de Tanberch. Berchtoldus de Heidendorf. Otto de Truna. Heinricus et Chalhohus de valchenstein. Heinricus de Radekke. Heinricus Hutsmundus Iudex Patauiensis. Christanus, et alij quam plures. Datum Patauie. Anno domini. M. CC. Lx. XIIIj. Kalendas July.

Confer Mon. Boic. Tom. XXIX. partem alteram p. 153.

LX.

Otto praesul praedium Gawatsch cum silva Tobel vacans per mortem militis de Königsbrunn et celebris Cadoldi Orphani confert Henrico militi Gawatscher dicto.

Ad S. Hippolytum. 1260. 22. Oct.

Testes: Heinricus prepositus sancti ypolitj. Pernhardus de Perchtolstorf Vicedominus. Siboto de Lonstorf. Berhtoldus de Haidendorf et alij plures. Actum in sancto ypolito. Anno dominj. M. CC. Lx. xi. Kalendas Novembris. Pontificatus nostrj anno VIj.mo.

Digitized by Google

LXI.

Otto de Lonsdorf, episcopus pataviensis, capellam beatae virginis in ecclesia sua cathedrali, crypta vocatam, dotat et cultum divinum inibi ordinat.

Pataviae. 1261.

Otto dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus, uniuersis presentes litteras inspecturis. Salutem in domino ihesu Christo. Cum ad ea que laudem ampliant et enarrant nostro creatori, assurgere uigili studio debeamus et hijs sollerter intendere que creature tribuunt gratiam salutarem pia deliberatione et prouida sic de *Capella beate Marie virginis* in Ecclesia nostra Pataviensi que *Cripta* uocatur, et que ad nostram collationem pertinet duximus ordinandum. quod Ecclesiam in *Teufenpach* ad nostram collationem similiter pertinentem cum suis attinentys et prouentibus omnibus ad Capellam dedimus taliter *supra*dictam, ut sint in eadem Capella Quatuor sacerdotes *qui ipsam* officient more debito atque solito, necnon ad altaria sancti Kyliani et beatj Blasy in basilica cottidie celebrent, et aput sanctum Kylianum omni secunda feria, nisi sollempne festum interuenerit, missam defunctorum in memoriam predecessorum et successorum nostrorum omnium Ecclesie Patauiensis Pontificum celebrent, et pro nobis specialiter qualibet ebdomada quatuor missas, vnam de sancta Trinitate, alteram de sancto spiritu, tertiam de corpore domini, quartam de sancta Maria matre dominj prout inter se suas ebdomadas in huiusmodi celebrationibus duxerint ordinandas. Oblationes autem Capelle predicte et Ecclesie atque altarium, ac prouentus quoslibet quocumque censeantur nomine, percipient equaliter, nec unus erit altero minus uel amplius recepturus. Singulis etiam dominicis noctibus ad sepulchra predictorum Pontificum defuno-

Digitized by Google

torum vigilias simul dicent, et Chorum frequentabunt omni tempore reuerenter. Decano Chori in correctionibus per obedientiam subiacentes. Ceterum si Ecclesia predicta in Teufenbach eisdem Sacerdotibus processu temporis per certos et equiualentes redditus a nobis uel ab aliquo successore nostro reconpensata fuerit, uolumus ut extunc ad nostram et successorum nostrorum collationem libere reuertatur. medio autem tempore, ipsam ydem sacerdotes cum vniuersis suis prouentibus possidebunt, et locabunt in illa presbyterum ydoneum de conscientia Archidyaconi, sicut uiderint expedire. Institutionem uero predictorum Quatuor sacerdotum, si quando unus uel plures cesserint uel decesserint, nobis et nostris successoribus sicut ad nos pridem Capelle et Ecclesie predicte pertinebat collatio reseruamus. Et ne inposterum huiusmodi salutaris ordinatio ulla possit mutari malicia uel calumpnia impediri, presentes litteras conscribi, et nostro ac Capituli nostri sigillis cuius uoluntas accessit et consilium in Testimonium comuniri fecimus cum testibus subnotatis. Qui sunt hij. Meingotus Tumprepositus. Boppo Decanus. Heinricus de Ramvnge. Wernhardus de Morspach.. *Albero Comes de Rotenekke.* Heinricus de Haidendorf. Magister Hartwicus. Otto Cantor. Gvndacharus de Saversteten. *Gotfridus Comes de Clurhperch.* Wichardus de Perhtolstorf. Canonicj Patauienses. Waltherus de Tannberch. Pilgrimus de Tannberch. Otto de *Trvna.* Siboto de Lonstorf. Berhtoldus de Haidendorf. Hainricus de Harthaim. Meinhalmus de Watzemstorf. Chalhohus et Heinricus fratres de valchenstein, Ortolfus de Morspach. Eberhardus de Vaeuhtenbach. Vlricus de Preisekke, et alij quam plures. Actum Patauie Anno domini. Millesimo ducentesimo Sexagesimo Primo. Pontificatus Nostrj Anno Octauo.

a) Exstat breve transsumtum hujus diplomatis in Mon. Boic. Vol. XXIX. parte altera, No. 176. pag. 177.

b) Duo sigilla desiderantur.

Digitized by Google

LXII.

Reconciliatio Ottonis episcopi cum Henrico et Amalberto de Aigling.

Pataviae. 1261. 6. Junii.

Cum Testibus subnotatis. Qui sunt hii. Boppo Decanus et Magister Leo. Decanus Ratiponensis. *Albero Comes de Rotenekk.* Heinricus de Heidendorf. Magister Hertwicus. *Ulricus de Stiria.* Otto cantor. Canonici. *Frater Heinricus de Merswanch. de domo Teuthonicorum.* Waltherus de Tannberch. Heinricus de Hartheim, Otto de *Truna.* Berhtoldus de Heidendorf. et alii quam plures. Actum Patauie Anno domini M. CC. LXI. VIII. Idus Iuny.

Confer Mon. Boic. Tom. XXIX partem alteram p. 176.

LXIII.

Otto episcopus cum pluribus Austriae abbatibus reformat statum asceterii in Garsten ordinis S. Benedicti.

Gersten. 1261. 20. Nov.

Nos *Otto* dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. notum facimus vniuersis has litteras inspecturis. quod *ad Ecclesiam Gerstensem*, cum dilectis in Christo fratribus. Or. *Medlicensi.* Ph. *Schotorum* sancte Marie de Wienna. R. de *Sittansteten.* Vl. de *Altenburch.* Fr. de *Gleunch.* Abbatibus ordinis sancti Benedictj ... de *Paumgartenperg.* Abbate ordinis Cysterciensis. fratre Johanne ordinis predicatorum de Chrems. M. Tumpreposito. Wer. de Morspach et magistro Hert. Scolastico Patauiensi, super *reformatione status eiusdem Ecclesie* qui in-

Digitized by Google

ter abbatem dominum Vlricum et conuentum erat multipliciter perturbatus personaliter venientes, post multa que hinc inde fuerunt coram nobis a partibus proposita, induximus abbatem et Conuentum, quod se gratie nostre super omni causa sua pie et simpliciter, sine omni condicione voluntarie submiserunt. promittendo ad manus nostras vice sacramenti firmiter et sincere, ut ratum tenerent per omnia et seruarent, quicquid inter ipsos de consilio predictorum prelatorum duceremus iuxta sancti Benedicti Regulam ordinandum. Quapropter sicut nostra interest, finem inponere litibus cupientes recipimus in scriptis articulos vniuersos a partibus quos ad inuicem proponere habuerint, et super eisdem cum predictis prelatis habito consilio diligenti, rogauimus fratres predicti Conuentus et eos induximus cum effectu, ut abbatj suo predicto debitam obedientiam et reuerentiam exhiberent, in quo per dei gratiam nostris precibus annuentes, eidem abbatj, debitam obedientiam promiserunt singillatim ad manus ipsius et reuerentiam tamquam patri. et ab utraque parte remittentes ex corde quicquid inter se habuerunt ody uel questionis in pacis osculo se pro maiori concordia adinuicem receperunt. Vnde in uirtute sancte obedientie abbatj mandauimus et rogauimus efficaciter et attente, ut ipsos fratres Karitatiue pertractet de cetero et benigne, ad quod etiam se fide data firmiter obligauit. Et ut ab ipsis tollatur in futurum omnis materia questionis de predictorum prelatorum consilio, sic duximus statuendum, ut abbas in victu et vestitu de consilio Prioris, Gerungi quondam Abbatis, Ottonis Graeselinj et Cherspergary prouideat fratribus iuxta quod in animas suas facultates Ecclesie sufficere dixerint in premissis. de quorum de cetero et consilio et scientia tractabit ardua Ecclesie negotia vniuersa. Preterea sigillum Conuentus sub clausura trium clauilium statuimus fideliter obseruandum. quarum vnam aput abbatem, alteram aput Priorem, terciam aput vnum de fratribus volumus remanere. et nullas litteras cum eodem nisi de pre-

Digitized by Google

dictorum trium consensu et consilio, sigillarj. His igitur omnibus publicatis sollempniter in communj et sepedictorum prelatorum consensu et voluntate per singulos requisito, cum de ipsorum consilio tractata fuerint omnia supradicta, sicut coram nobis interrogati dixerunt singuli clara voce, predictam formam tam ab abbate quam a toto Conuentu mandamus et precipimus de cetero firmiter obseruarj. innodantes exnunc excommunicationis uinculo. In nomine patris et filii. et spiritus sancti. omnes et singulos, per quos predicta forma concordie fuerit aliquomodo violata. In cuius rej testimonium presentes litteras conscribi de consilio et voluntate predictorum Prelatorum fecimus et nostro ac ipsorum Sigillis necnon et canonicorum presentium mandavimus communirj. Actum in Gersten Anno dominj M. CC. Lxj. XII. Kalendas Decembris.

E novem sigillis, maxima ex parte laesis, unum deest.

LXIV.

Apographum privilegii monasterio Scotorum Viennae ab Heinrico, Austriae Duce concessi, factum a Nicolao regis Ottocari capellano.

Viennae. 1261. 29 Nov.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Ego *Hainricus Dux. Austrie.* Vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam posteris: presens Scriptum inspecturis Salutem. et de pollicitis obseruantiam. et fidem in omnibus sinceram. Ad uiam salutis tendit, qui ea que ad glorificandum dei fidelium pertinent, utpote facultas exposcit, promouet, aduertens quod ab eo plus exigitur. cui plus committitur. Quare etiam expedit, ut quilibet temporalium sufficientia in laudem dei et sancto-

Digitized by Google

rum, egentibus subsidia prebeat, ut eorum orationibus sufful-tus, et Sanctorum suffragiis confisus suorum remissionem per-cipere valeat delictorum. Inde est quod manifestum fieri vo-lumus vniuersis, quod nos ex multiformi gratia spiritus sancti inter alias *nostri Patrocinatus Ecclesias. Abbatiam* in hono-rem dei. et laudem. sue Genetricis. Gloriosissime virginis Marie. ac in commemorationem. Beati *Georii. in predio nostro fundauimus. In territorio scilicet fauie. que a modernis Wienna nuncupatur.* Quam ob rem propositum nostrum ac deuotio-nem minime latere volentes, vniuersitatem presencium ac fu-turorum, ac precipue nostrorum dilectionem successorum, quod sub monastica Regula ad eandem nostram fundacionem nouel-lam. solos *elegimus Hybernienses*, eo quod racione religioso-rum ac de certa scientia nouerimus ipsorum Laudabilem sim-plicitatem. Fauente domino ac in Christo Patre nostro *Eber-hardo Salzeburgensis* ecclesie Archiepiscopo. necnon et do-mino *Chunrado fratre nostro*, *Venerabili Patauiensis* ecclesie *Episcopo.* Statuentes ipsos in loco predicto commorandos, deo ac intemerate Virgini Marie stabiliter inmutabiliter. ac etiam robore nostre auctoritatis, perpetuo obsequendos. Tra-dentes utique locum iam nominatum cum omni plenitudine potestatis cum vniuersis rebus mobilibus et inmobilibus, cul-tis et incultis, ac Decimacionem Coquine nostre quam a Ca-pitulo. Nivmburgensis ecclesie cognoscimur absoluisse. Vil-lam quoque in Wirochperge cum adiacentibus prediis, ad usus et Subsidium sustentacionis. Abbati et Conuentui eiusdem nostre fundacionis deputauimus irreuocabiliter perpetuo possi-dendas. Aduertentes insuper qualiter a Nobis posset patrona dignissima Laudabilius venerari. iusticiam Ciuilem. seruos et Ancillas eidem nostre fundacioni prestare dignum duximus et mancipare. Volentes etiam ac firmiter Statuentes, ne qui de colonis mancipiis, ac alias de attinentibus, iam dicto Abbati et Conuentui pro requirendo Judicio, ad nos uel Judices no-stros, trahi debeant aut valeant, nisi pro sanguinis iudicio,

Digitized by Google

quod ad personarum dampnacionem et membrorum mutilacionem discernitur pertinere, sed remissarum causarum actiones coram Abbate uel suo Officiale plenius terminentur. Ne Judices seculares pro huiusmodi excessibus de rebus aut possessionibus talium hominum intromittere se audeant aut presumant. sed simul mobiles et Inmobiles. predicto. Abbati. et Conuentui destinentur. Donantes insuper talem sepe nominate ecclesie libertatem. ut in Abbatis electione. nostra uel successorum nostrorum non intersit seu sub iure fundatoris uel patroni presencia. peticio uel preceptum presentis priuilegii. testimonio alius gentis Monachorum seu alterius professionis Fratrum substitucionem penitus excludentes. Sed ipsi in loco. et Locus ipsis perpetuo maneat, incommutabilis et inconuulsus. Ceterum utique in die consecrationis Cymiterij ex sincera beniuolencia domini ac fratris. nostri Chunradi Patauiensis Episcopi, ex libera permissione Ebergeri. plebani. et Totius Cleri Wiennensis obtinuimus, ut circa situm Monasterij. a fossato Curie nostre, usque ad ecclesiam. Sancti Johannis in Als, simulque usque ad locum ubi se Riuus qui nominatur Als recipere videtur in Fluuium Danubij. huius inhabitatoribus territorij. liceat se cum nostre Curie familia. hospitibus et peregrinis in sepulturis, ac alias omnia sicut in parrochiali ecclesia. aput fratres Monasterij ecclesiastica recipere sacramenta. Verumtamen ne quis de indulta huiusmodi gracia. nostre fundationi tam solempni, matricem ecclesiam suo iure reputare valeat. defraudatam. possessiones quasdam in Strata Lanarum, que uulgariter dicitur Wolzile tradere in recompensacionem, duximus premissorum eidem plebano, ut patet in instrumentis per nos sibi prestitis. et confirmatis. Eodem siquidem die sepedictam fundacionem nostram magis ac magis. promouere cupientes dicte Marie in Litore. sancti Petri, sancti Rudberti, ac sancti. Pangratii infra Muros oppidi Capellas, Capellam quoque sancti. Cholomannj in Laup et Sancti Stephani in Chrems ac etiam Sancte Chrucis in Tulna. In Bulta et in Ekken-

kendorf, parrochias. quarum patronatus, ad nos plene dinoscebatur pertinere, tradidimus mera libertate quicquid iuris habere videbamur. in iam dictis Capellis. et parrochiis, sub regimine Abbatis et Conuentus consistendum. Statuimus etiam ac robore nostre auctoritatis confirmamus. ut quicunque metu sue persone, pro commisso quocunque delicto infra septa Claustri profugus venerit, cuipiam extrahere, non liceat uel ausu temerario ei manus inponere uiolentas. Si quis vero huic nostre ordinacioni contraierit, reus maiestatis, debite animaduersioni. subiacebit. porro ne uel alicuius presumptio. uel se ingerens obliuio huic nostre donacionis institutionisque infringere valeat tenorem, cum (eum) per presentem paginam nostram inpressione roboratam. notum nostre facere decreuimus posteritati. Datum Wienne. Anno. ab Incarnacionis (e) domini M. C. L. VIII. Indictione X. Testium nominibus adiunctis. Hainrici de sancta Chruce. Cysterciensis ordinis. Herzevridi. Mellicensis, et Johannis. Kotwicensis, ecclesiarum ordinis. sancti Benedicti Abbatum. De ordine. Nobilium. Livtoldi. Comitis de pleyn. Engelberti Comitis de Gors. Adelberti de Berga. Walchuni de Chlamme. Vdalrici de Pernekke. Dietrici de Algerspach. Wenhardj Julpach. et Hainrici filius (ii) suus (ii). Dietmari de Aeigest. Ottonis de Rehcperc. De ordine uero Ministerialium. Weinhardi. de Lantzendorf, Alberonis de Purchartstorf. Hainrici de Mistelpach. Kalhoi de. Tulbingen. et fratribus (um) suis (orum). Alberonis et Frvndj. Vdalrici de Tribanswinge. Ortolfi. Camerarij. De ordine Capellanorum. Marchquardi de Nivmburch. Rudberti de Minster. prepositorum. Herrandj de Treschirchen. Hainrici de Pvolan. Perengeri. de Zwetil. Dietrici de Mistelpach. Petri. Philippi. Facta sunt hec. *Theodora.* venerabili Ducissa. fauente. Annuentibus quoque *filiis eius. Luipoldo et Hainrico. necnon Agneta. filia ipsius.* Super istius confirmacione priuilegii domini Chunradi tunc Patauiensis Episcopi, et *Ebergeri. plebani. Wiennensis*, priuilegia habuimus que collocata ad *seruandam in Star-*

Digitized by Google

chenberch ammissimus et hoc coram vobis, pater et domine nostro ad probandum iuramento sumus parati. Ego *Nycolaus* Illustris Regis Boemie. Ducis Austrie et Styrie Marchionis Moravie, Capellanus profiteor me dictasse. presens priuilegium, et *in Carta alia conscripsisse*, nullius prescius aut conscius malj. quod exinde alicui posset emergi. Vnde, cum ipsum ad mandatum et doctrinam venerabilis viri, domini. *Philippi Abbatis Scotorum de Wienna*, conscriptum sub quodam *Sigillo*, quod ignoro teste deo. *qualiter fuerit appositum*, uiderem *coram Nobilibus Austrie* in medium deductum. conscientia me mea in tantum momordit, ut premissa omnia coram *magistro. Gerhardo. venerabili. plebano Wiennensi* et Viris Religiosis. Fratre Hartperno. Fratre Theutrico Coloniensi, de Ordine Fratrum *Minorum*. Item Fratre Willelmo presbitero et Hirzsone de domo *Theutonica*. et domino. *Theuderico Plebano de Polan*. et *Rutheno. presbitero*, *Vicario. sancti. Stephani*. Insuper Fratre *Sybotone ordinis predicatorum* ducerem profiterj. taliter, quod ad euitandum scandalum. mee fame. et predicti domini. abbatis et eius Conuentus. cauendum per ipsos, ut promiserunt fide data vice sacramenti. alicui hominum, nisi solj judici. ordinario uel delegato, tamquam testes debeant reuelare. Ad hec Magister. Gerhardus presentem litteram, que confessionem domini Nycolai continet, nullj ostendet, nisi in forma Judicii. suo tempore Judici, arbitro, vel amicabilj conpositorj: Quod si secus fecerit, ut promisit ad manus domini. Nycolai et prescriptorum Fratrum, erit infamis et perjurus. In cuius rei testimonium presentem litteram Sigillo fratrum Minorum, fratris Hirzsonis. eiusdem domini. Nycolai Capellani. ac Magistri. Theudrici plebanj de polan. *Ego magister Gerhardus plebanus Wiennensis*, procurauj fideliter communirj. Datum *Wienne* Anno dominj M. CC Sexagesimo Primo III Kal. Decembris. in Vigilia beati Andree.

a) Differt hoc Apographum ab illis, quae edidere Bern. Pez. Raymundus Duellius, et B. de Hormayr in hist. Viennensi Codic. diplom. nro. VII. pag. 23

b) Appendent quinque sigilla cerae albae impressa. — Annus ceteroquin 1158 in diplomate Heinrici non congruit indictioni X sed VI.

LXV.

Ottocarus rex capitulo pataviensi jus patronatus ecclesiae in Holabrun confert.

1262. 6. Febr.

Otakarus dei Gratia Rex Boemie, Austrie, Styrie Dux et Marchyo Morauie Honorabilibus Viris . . . Preposito . . . Decano . . . totique Capitulo Patauiensis Ecclesie salutem in omnium salutarj. Cum super Ecclesia de *holabrunn* patauiensis dyocesis inter nos, et vos, controuersia dudum fuerit agitata propter quam periculum animarum et scandalum exortum a nonnullis dubitatur. Quare pro remedio anime nostre inposterum volentes nobis et vobis salubriter prouidere, moti quadam pietate quod Dilectum Capellanum nostrum *Thobyam* Canonicum Pragensem in vestrum recepistis Canonicum et in fratrem; Conferentes sibi Ecclesiam Patauie parrochialem *Sancti Pauli* vacantem pleno iure; Prebendam etiam in Ecclesia vestra dum presens fuerit secundum consuetudinem ipsius Ecclesie hactenus obseruatam; Assignare volentes quicquid iuris videbamur habere uel habuimus ratione iuris patronatus in dicta Ecclesia de Holabrunn conferimus vobis et Ecclesie Patauiensi in perpetuum obtinendum. Et ne aliquod vobis ex inde dubium generetur, eandem donationem factam a nobis, et resignationem iuris nostri si quod nobis competebat in ea huic littere inseri fecimus pro testimonio sigillorum nostrorum munimine Roborantes; Acta sunt hec presentibus Reuerendis Patribus in Christo ac dominis *Brvnone Olomuzensi* ac Iohanne Pragensi Episcopis. Iacobo Preposito, Vito Decano, Prisnoborio Scolastico Pragensi; Item Engelberto Decano. friderico Scolastico, Bartholomeo Custode, Wisgradensibus pragensis dyocesis. Item Nicolao, Gaudentio Capellanis Curie nostre; Item Nobilibus nostris, Andrea Camerario. Gerossio Castel-

Digitized by Google

lano Pragensi. Chechone Judice prouinciale (i), Hermanno subcamerario, Stiborio Burcgrauio de Glaz, Rathmiro. Burgrauio de phrinberhc, *Wilhalmo de Povdebra*, Benisio Burchgrauio Znoymensi, Jenzone de Doblin et alijs quampluribus Boemie, Austrie, Styrie, et Morauie nostris Nobilibus. Datum per manus Magistrorum Wilhelmi prothonotariorum nostrorum et Arnoldi. Anno domini Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Secundo. Octauo Idus February;

Appendet sigillum regis monetae instar ex utraque parte figuris insignibusque decoratum. Primum latus offert imaginem Ottocari, ornatu regio in solo sedentis, cum duplo inscriptionis circulo, cujus tenor: *S. Otakari. Sive. Premizlai. Quinti. Regis. Boemorum. Marchionis. Moravie. Filii. Wenzezlai. Regis. Quarti.* Alterum latus repraesentat regem equo insidentem, thorace, gladio galeaque armatum et dextera manu vexillum gestantem. In scuto, brachio regis appenso, apparet leo Bohemiae, ceterisque scutis tegumento equi affixis insignia Austriae, Moraviae, Styriaeque se offerunt. Duplicis inscriptionis verba: S. Ot (akari. d) ei. *Gratia. Regis Boemorum. Quinti. Moravie. Marchionis. Austrie. et Stirie. Ducis.* In margine exteriori porro legenda apparet: *Pax.....is. Quinti. Sit. in. Manu. Sancti. Wenceslai.* Sigillum viridi cerae impressum appendet filis sericis rubri flavique coloris.

LXVI.

Ottocarus rex iterum renuntiat juri suo in ecclesiam parochialem in Holabrunn in favorem capituli pataviensis.

Pragae. 1262. 6. Februar.

In nomine. Sancte. et individue. trinitatis. amen. *Nos Otacharus* dei Gracia Rex Boemorum Quintus, Austrie, Stirie dux Marchioque Morauie, Omnibus presentem litteram inspecturis,

Digitized by Google

ad rei memoriam sempiternam. Cum hanc sibi nobilitas quodamodo legem ponat ut donaciones Ecclesiis et personis Ecclesiasticis a se factas ratas habeat, et ut ceterum Beneficiis nichil estimet se fecisse. nos recolentes, quod cum Bone Memorie Berhtoldus quondam patauiensis Episcopus, de consensu nostro, Consiliariorum, et Fidelium nostrorum Austrie informato, *antequam* ab ipso *Berhtoldo* pie recordacionis Episcopo, nomine Patauiensis Ecclesie bonis quocumque censeantur nomine, que antecessores nostri, Duces Austriae, in eadem Terra habebant *essemus feodaliter honorati.* excipiens ab eodem feodo *Ecclesiam in Holabrvnn* cum iure patronatus, cum omnibus suis attinentiis, nobis consencientibus, et approbantibus Capitulo patauiensi, in subsidium prebendale, precipue tamen ob reverenciam gloriose genetricis dei Marie, et prothomartyris Stephani, ad augmentum diuini obsequii, et nichilominus cultus dei, nec non ob augmentum salutis nostre, et ob remedium animarum, progenitorum, et successorum nostrorum possidendam perpetuo contulit pleno jure, Et licet nos moniti quibusdam racionibus, quas post hac minus legitimas inuenimus, ad dictam Ecclesiam presentauerimus, primo dilectum nostrum Magistrum *Arnoldum* curie nostre Notarium, deinde Dominum *Thobyam* Pragensem Canonicum; quia tamen neuter predictorum in dicta Ecclesia per Dyocesanum Episcopum, ad quem inuestitura pertinet, fuerit institutus, possessionem quietam poterat adipisci. impetente ipsos Capitulo supradicto, et coram Iudicibus sedis Apostolice euocante, propter quod etiam dicti fideles nostri consciencciis suis, cauere curantes, cesserunt Ecclesie memorate, donacionem predictam, per prefatum Episcopum factam, super qua etiam litteras nostras recognoscimus nos antea dedisse, ratam et gratam habemus, et presentibus litteris, in augmentum eterni roboris confirmamus, et sub interminacione diuini iudicij inhibemus firmiter et districte, ne quis Successorum nostrorum uel Fidelium contra donacionem huiusmodi uenire audeat, uel eam

Digitized by Google

quomodolibet infringere, seu etiam inpugnare. Ad hoc etiam specialiter obligamus, nostros successores, et heredes in quantum possumus, Sub maledictione Regia, seu paterna, et predicta pena, maxime cum pia deuocio, patauiensis Capituli, ad hoc faciendum nos inducat, quam nobis curavit in personis dictorum Clericorum nostrorum ipsum Capitulum exhibere, recipiendo eos, in Canonicos, et confratres suos, et dictum Tobyam per parochialem patauiensem Ecclesiam honorandum. In cuius rei testimonium presentem litteram Sigillis nostris tradidimus conmunitam testibus qui presentes fuerunt, nihilominus subnotatis, videlicet Reuerendis in Christo patribus, et Dominis, Brunone Olomucensi, ac Johanne pragensi Episcopis. Jacobo preposito. Vito Decano. prisnobario Scolastico pragensi Item Engelberto Decano. Friderico Scolastico, Bartholomeo custode Wisgradensibus, pragensis Dyocesis. Item Nycolao. Gaudencio. Capellanis curie nostre. Item Nobilibus nostris Andrea camerario. Gerossio. Castellano pragensi. chechone Judice prouinciali. Hermanno Subcamerario. Styborio Burchgrauio de Glatz. Rathmiro Burchgrauio de phringenberch. *Wilhelmo de Boudebra.* Beneschio burchgrauio *Znoy*mensi. yentzone de Doblin, et aliis quampluribus. Boemie. Austrie. Stirie. et Morauie, nostrarum Terrarum Nobilibus. Datum prage per manus Magistrorum, Wilhelmi et Arnoldi prothonotariorum nostrorum. Anno Domini Millesimo CC LXII. VIII. Idus Februarij Indictione V.

Sigillum regis praecedenti simile et plane illaesum appendet. Offert tamen distinctionem, quod cerae rubrae impressum et regis brachio non scutum Bohemiae sed Austriae appensum sit, cuius insignia fasciam transversam undecim stellis, quae etiam in tegumento equi apparent, coopertam inusitato exhibent. Legenda marginis exterioris: *Pax Otakari. Regis Quinti.* etc.

Digitized by Google

LXVII.

Otto, pataviensis episcopus, confirmat diploma Bertholdi antecessoris sui, quo feuda ecclesiae pataviensis in Austria, Styriaque vacantia Ottocaro marchioni Moraviae contulit.

Pataviae. 1262. 3 Maji.

Otto Dei Gratia Patauiensis Episcopus. Universis presentes litteras inspecturis uolumus esse notum. quod nos uidimus litteras bone memorie Berhtoldi decessoris nostri Patauiensis Episcopi saluas omnimodis in hec uerba. Berhtoldus dei gratia Episcopus Patauiensis universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. salutem in omnium saluatore. Cum singularum ecclesiarum nostre dyocesis utilitatibus ex iniuncto nobis officio intendere debeamus. maxime tamen Patauiensis Ecclesie Matri nostre. in qua domino miserante regimen et curam suscepimus pastoralem, debemus intendere atque curam ejus gerere. ipsi ecclesie ad commodum, nobis quoque ad salutem eternam in eo qui est omnium vera salus. Hinc tenore presentium declaramus. quod deficientibus Ducibus Austrie non herede relicto aut aliquo successore. cum terra principe diutius caruisset. quedam feoda que ijdem Duces ab ecclesia nostra Patauiensi in Ducatibus Austrie et Stirie que sunt non modica sed magna et maxima, titulo possederant feodali. nobis et Ecclesie nostre uacare ceperunt. Verum domino Otacharo nobili Marchione Morauie. Nato illustris regis Boemie in Ducatum postmodum subintrante occasione matrimonii, quod postmodum cum filia domini Liupoldi quondam Ducis Austrie contraxit. nobis negocium huiusmodi exequentibus. multis nobis cepit precibus supplicare. ut in dictis feodis specialem sibi gratiam faceremus. huius rei gratia ea que honestas et ratio postularet nobis offerens se facturum. Unde habito super hoc consilio una

Digitized by Google

cum nostri Capituli tractatu et consensu, nos cum dicto domino Duce convenimus in hunc modum. ut ipsi Capitulo ob honorem et reuerentiam beati Stephani prothomartiris patroni nostri Parrochiam in Hollabrunne ob nostram etiam faciendam memoriam conferremus. quod et fecimus ipsius Ducis voluntate et assensu accedente sub hac forma. ut Singulis diebus Sabbati matutinas de beata Virgine Missam et omnes horas teneantur solempniter celebrare cum sollempni vespera praecedente. Ad hec etiam in nostro Anniuersario sex modios qui Chastmutte dicuntur. tres tritici, tres siliginis in usus pauperum. et quatuor libras denariorum patauiensium tenebuntur canonicorum residentium Refectorio deputare. De ipsis uero ecclesie redditibus a nobis est taliter ordinatum. ut singulis diebus Sabbatinis una libra fratribus presentibus offeratur. et quod residuum fuerit, in usus deputabitur eorundem. vel si forte quod absit defectus reddituum dicte ecclesie fuerit. prout rerum possibilitas permiserit et facultas. dicta distributio ex tunc per maiorem vel saniorem partem Capituli ordinetur. ita tamen. ut sicut in principio future memorie nostre ac etiam gloriose uirginis dei genetricis Marie. Decanus et canonici Patauienses liberaliter consenserunt. sic et eorum successores facere teneantur. Alioquin nostra donatio irrita maneat et inanis. Ut autem hec nostra donatio inconuulsa maneat imperpetuum et perfecta, presentem paginam conscribi fecimus et eam nostri sigilli munimine roborari. Huius rei testes sunt. Albertus Decanus. Magister Dietzo Scolasticus. Heinricus de Waeginge archidiaconus. Magister Johannes. Otto de Lonsdorf archydyaconus. Heinricus de Heidendorf. Irnfridus Decanus Chremensis. Poppo de Mundrechinge. canonici Patauienses. Chunradus comes de Wazzerburch. Purchardus de Wiaer. Rapoto de Ezzenbach. Waltherus de Tanneberch. Alrammus de Rotovwe. Pilgrimus de Tanneberch. ministeriales ecclesie Patauiensis. Heinricus dictus Hvetsmvnt. iudex ciuitatis Patauiensis. Chuonradus Setzarius. Chuonradus de Heln-

Helngersberge. Christanus. Bertholdus in insula. Hartmuodus. Heinricus chaerpho. ciues Patauienses. Acta sunt hec Patauie. XII. Kalendas Maij. Anno ab Incarnatione domini millesimo. ducentesimo. quinquagesimo. tercio. Indictione undecima. Quia igitur sopite sunt tum per iudicium, tum per amicabilem compositionem omnes questiones super dicta ecclesia suscitate. post decessum domini. Episcopi supradicti nos donationem eiusdem decessoris in dicta ecclesia factam capitulo Patauiensi. gratam et ratam habentes ipsam presentibus litteris innouamus. supplentes defectum siquis fuerat in eadem. In cuius rei testimonium presentem litteram scribi et Sigilli nostri Karactere muniri fecimus, cum testibus subnotatis. Hy sunt testes. Meingotus Prepositus. Poppo Decanus. Heinricus de Ramvnge. Heinricus de Heidendorf custos. Albero Comes de Rotenekke. Magister Haertwicus Scolasticus. Otto Cantor. Purchardus Marchio de Burgouwe. Gundacharus de Sayersteten. Canonici Patauienses. Heinricus de Merswanch frater ordinis teutonicorum. Pilgrimus Marscalcus de Tanneberch. Siboto de Lonsdorf. Heinricus de Hartheim. Berhtoldus de Heidendorf. Ortolfus de Morspach. Chalhohus et Heinricus fratres de Valkenstein. Heinricus de Radekke. Wernhardus de Inne, ministeriales Ecclesie patauiensis. Heinricus judex dictus Huetsmunt. Christanus. Chuonradus positor. Sifridus de Tekkendorf. Albertus sartor. vlricus sartor. Hartmvodus. Chuonradus de Helngersberge. Fridericus de Helngersberge. Rvodgerus et Otto fratres de Holzheim. ciues patauiensis ciuitatis. et alii quamplures. Datum Patavie V. Non. May. Anno Domini Millesimo. ducentesimo. sexagesimo. II. Indictione quinta.

a) Appendet sigillum Ottonis.

b) Quamquam diploma Bertholdi episcopi ex codice Ottonis de Lonsdorf iam excusum est (Vol. XXVIII pars altera p. 365), tamen ob quasdam lectiones diversas in textu et testibus iterum ibi exhibitur.

Digitized by Google

LXVIII.

Ottonis de Lonsdorf episcopi pataviensis appellatio ad curiam romanam contra illegitimas exactiones.

Ad S. Hippolytum. 1262. 16 Junii,

Cum beneficium iuris sit nemini auferendum, et in releuationem eorum qui grauantur indebite, appellationis remedium sit inductum, nos. O. dei gratia Pataviensis Ecclesie Episcopus, sentientes, nos indebite grauari et contra iustitiam, a vobis fratre. Th. venerabili Episcopo Squillacensi sedem apostolicam appellamus! eiusdem sedis protectioni nos. honorem nostrum. officium, dignitatem, Ecclesiam, et dyocesim nostram. fiducialiter supponentes. Appellationis autem nostre ponimus tales causas. Primo, quod onus exigende procurationis pro Ecclesia Salzpurgensi. imponere nobis uultis, cum tam littere papales quam etiam littere Reuerendorum patrum Cardinalium nullam de nobis faciant mentionem. sed expresse tantum dicant, exigas. nec dicatur ibi per alios, per quod apparet, quod nulla vobis in nos est iurisdictio attributa. Secundo dicimus. quod cum forma mandati exacta diligentia sit seruanda, uos fines mandati per predictos dominos Cardinales primo, ac deinde per sanctissimum patrem dominum Vrbanum. papam vobis traditi, grauiter excessistis. petendo determinate. CCC. marcas fini et legalis argenti. tum idem mandatum procedere vos faciat. secundum continentiam litterarum domini Al. pape IIIj. felicis memorie, ad dominum Chyemensem Episcopum et Seccoviensem prepositum, primitus super eodem negocio directarum. vbi tantumodo dicitur, vt singuli clerici prouincie Salzpurgensis, eidem Ecclesie subuentionis auxilium porrigant iuxta proprias facultates. Tertio dicimus, quod nulla nobis fides facta est de vestra iurisdictione nec per autenticum domini pape neque dominorum Cardinalium, cum ad exemplar

Digitized by Google

sicut scitis, nichil faciendum sit ubi autenticum non apparet. Propter has igitur predictas rationes legitimas et sufficientes, per quas apparet grauamen manifestum ad sedem apostolicam sicut diximus appellamus. et apostolos instanter petimus. In cuius appellationis prosecutione noster procurator ad Romanam curiam iam processit, Unde vestram rogamus in domino Karitatem, ut huic nostre legittime appellationi deferre vestre placeat uoluntati. ne in nostrum grauamen uideamini, quod non confidimus aliquid attemptare. Est autem promulgata et publicata hec appellatio, presentibus dilectis in Christo fratribus. H. venerabili prepositò et Conuentu ecclesie sancti Ypoliti. C. plebano in Hurwen. Johanne de castro celi. quorum sigillis vna cum nostro, hanc litteram ad cautelam fecimus sigillari. Datum in sancto ypolito. Anno domini. M. CC. Lxii. XVI. Kalendas July.

Appendent quinque sigilla.

LXIX.

Otto episcopus feudum ex morte Henrici de Hove et filii ejus Ottocari vacans confert Ottoni de Jansdorf.

Patauiae. 1262. 5. Jul.

Nos Otto dei gratia Ecclesie Patauiensis episcopus notum facimus vniuersis, quod de feudo Hainrici de Hove et filij sui Ottakari nobis vacante et Ottonj de Jachenstorf pro X. talentis Ratisponensibus uel quindecim talentis Patauiensibus obligato, eidem Ottonj ad consilium dilectorum fidelium nostrorum Ottonis de Truna et Sibotonis de Lonstorf partem dicti feudj obligare tenemur iuxta quod ipsi decreuerint pro pecunia predicta, quando in possessione fuerit dicti feudj Otto de Jachenstorf supradictus. ita quod tunc reliqua pars dicti feudj libere nobis cedat. et aliam partem sibi obligatam pro decem

Digitized by Google

talentis Ratisponensibus, uel quindecim talentis Patauiensibus quocumque tempore annj voluerimus absoluere nobis liceat aput ipsum. In cuius rei Testimonium presentem litteram nostro et predicti Ottonis sigillis communirj placuit, cum Testibus subnotatis. videlicet. Ottone de *Trvna.* Sibotone de Lonstorf. Heinrico de Radekke. vl. de *Preisekke.* et aliis pluribus. Datum *Patauie.* IIj. Nonas July. Anno domini M. CC. Lxij.

Duo sigilla desunt.

LXX.

Henricus, Bavariae dux, concordiam cum ecclesia pataviensi per arbitros inire statuit.

Pataviae. 1262. 14 Dec.

Nos H. dei gratia Comes Palatinus Rehni. Dux Bawarie. notum facimus vniuersis presentes Litteras inspecturis. quod ad decidendas omnes questiones feudorum possessionum, obligacionum, debitorum et dampnorum illatorum.....arum tempore, quas homines nostrj et venerabilis Patauiensis Episcopi habent adinuicem et nos aduersum suos et ipse aduersum nostros, et que sui contra nos et econuerso proponere habuerint, et specialiter de feudis quondam *Hagnowery* de quibus inter nos et predictum dominum Episcopum questio vertitur, per arbitros nostre concordie sic est per omnia diffinitum, ut quicquid ab utraque parte tres persone ydonee assumpte statuerint concorditer super huiusmodj, seruetur penitus inconvulsum. Et si concordare non poterunt, septimus eis, vir discretus et communis fauoris ad acceptationem ipsorum adhibebitur, cuius arbitrium ratum erit cum hiis quibus consenserit in predictis. Ad ostendendam autem propriam concordie voluntatem, faciemus predicto domino Episcopo possessiones suas in *Possmunster* in *Neunhouen* et in *Sallinge* quas *Eys-*

senpucherius occupat, restituj et ipsum ab omnj infestatione siue detentione earundem cedere, et pro actione sua quam habet contra Patauiensem Ecclesiam iustitiam recipere, et satisfacere similiter econuerso. In cuius rej testimonium presentes litteras conscribj et sigillo nostro communirj fecimus cum Testibus subnotatis. Qui sunt hii. Meingotus Tumprepositus, *Fridericus de Nurenberch Burgrauius.* Otto Cantor. Heinricus de Pholinge. Heinricus de Rorbach. Heinricus de Hartheim. et alij plures. — actum Patauie. Anno dominj. M. CC. Lxij. XVIIIj. Kalendas January.

Appendet sigillum ducis, repraesentans scutum viginti quatuor rhombis, ad latus dextrum conversis, distinctum, nulloque alio ornamento decoratum. In scuto sigilli equestris ducis Ludovici de anno 1230 (Vid. diploma No. XXI hujus partis p. 351 et. 352) rhombi nondum apparent, sed loco illorum fascia tenuis in angulos acutos fracta sese offert, quae figura in arte heraldica „Eckicht gezogener Querbalken" nominatur.

LXXI.

Henrici, Bavariae ducis, pro se et Ludovico fratre concordia pacis post longa dissidia et actus bellicos cum ecclesia pataviensi.

Pataviae. 1262. 15 Dec.

Testes: Meingotus prepositus, Poppo Decanus, Otto Cantor, et ceteri fratres eiusdem Capituli, ex Laicis uero, *Fr. Burkrauius de Nurenberch*, Albertus de *Hals*, Heinricus de Rorbach, Otto de *Frawenberch*, Heinricus de Pfoling, Grimoldus de *Prising*, Heinricus de Ror, Wimarus asinus (d. i. Frumeſel), Hartliebus de Winzer, Richkerus de Ahaim, Heinricus de Hartbaim. Otto de *Truna* et alij quam plures. Ac-

Digitized by Google

tum Patauie, Anno Incarnationis domini, Millesimo, Ducentesimo, Sexagesimo secundo, XVIIj. Kalendas Januarij.

Confer Mon. Boic. T. XXVIII. part. alteram p. 384—386.

LXXII.

Philippus, abbas Scotorum viennensium, et Gerhardus plebanus Viennae, dirimendae litis causa in episcopum pataviensem compromittunt.

Wiennae in domo Welsarii. 1263. VII (7) id. Apr.

LXXIII.

Otto episcopus patav. decidit litem inter Philippum abbatem Scotorum et Gerhardum plebanum viennensem.

Ad D. Hippolytum. 1263. 25 April.

Omnibus Christi fidelibus presentem litteram inspecturis. *Otto* dei gratia Patauiensis Ecclesie Episcopus. salutem in omnium saluatore. Cum inter Dilectos in Christo Fratres, *Philippum Abbatem Schotorum* et suum Conuentum ex una parte, et magistrum *Gerhardum plebanum wiennensem* ex altera super quibusdam Capellis. Decimis et iuribus parrochialibus, questio et contentio verteretur, tandem ipsi tanquam uiri prudentes et discreti, uidentes ex sua discordia in Clero simul et populo graue scandalum generarj, volentes pocius rerum subire dispendium quam honoris, in nos ab utraque parte compromiserunt voluntarie sub hac forma. Nos Philippus dei gratia Abbas Schotorum sancte Marie in Wienna et magister Gerhardus Plebanus Wiennensis presentis scripti testimonio profitemur, et notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis.

Digitized by Google

quod super omnibus iuribus et articulis, de quibus inter nos questio et dissensio vertebatur, sub pena centum marcharum. et tocius cause periculo in Venerabilem patrem dominum O. Patauiensem Episcopum taliter compromisimus spontanea voluntate, ut ubicunque locorum ipse dominus Patauiensis fuerit, etiam nobis absentibus, in quocumque statu posuerit negocium memoratum utraque pars sine contradictione qualibet, sit contenta. In cuius rei testimonium presentem litteram domini nostri Episcopi Patauiensis nostrorumque, Abbatis de Altenburch, prepositi de sancto ypolito, sigillorum munimine fecimus roborarj. Datum Wienne. in domo welsarij. Anno dominj. M. CC. LXIII. Septimo Idus Aprilis. Nos igitur volentes tam graue sedare scandalum tanteque dissensionis materiam amputare, secundum discretionem a deo nobis datam, consideratis huius facti circumstanciis vniuersis, ad remedium presencium, et cautelam etiam futurorum, In nomine patris, et filij, et spiritus sancti, tale arbitrium promulgamus. Abbati Schotorum, et fratribus suis. *Sancte Marie in Littore. Sancti Petri. Sancti Ruberti. Sancti Pancracij. et in Laup Ecclesias* adiudicamus, officiandas per se uel per alios, prout eis uisum fuerit expedire. Cessare autem eos de cetero volumus tam in eisdem Capellis quam in suo Monasterio, *ab omni iure parrochiali* in plebanatu wiennensi. id est, non predicabunt. non indicent Festa. non facient commemorationem animarum. non baptizabunt. non audient confessiones. non facient remissiones. non dabunt corpus dominj. non inungent. non coniungent matrimonialiter mares et feminas. non introducent mulieres post partum. sed omnia hec predicta, et alia Ecclesiastica sacramenta, aput *matricem Ecclesiam* requirantur. Item non sepelient *nisi peregrinos*. id est, eos qui *in peregrinatione transeuntes*, ibi occumbunt. Et *Hospites*, id est eos qui non habent domicilium ibi uel ius ciuile, sed quos deductionis uel negociacionis causa venientes contigerit ibi mori. Suam quoque familiam scilicet que est in cottidiana prebenda Ecclesie, et

Digitized by Google

domini Ducis familiam, et siqui alij aput eos, saluo iure matricis Ecclesie, elegerint sepulturam. Qui tamen omnes, excepta familia Ecclesie, ab Ecclesia matrice recipient Ecclesiastica sacramenta. et ob hoc si ipsi matrici Ecclesie aliquid de rebus suis legare voluerint, liberam habeant facultatem. immo si aliqui de predictis preter familiam Ecclesie, alibi sepulturam elegerint, stetur eorum ultime voluntatj. nullum pretextu quarundam fraternitatum sepelient, nisi eos, de quibus superius est expressum. Item benedicere fontem in Vigilia Pasce et Pentecostes pro officij plenitudine ipsis concedimus, et unum vel duos tantum pueros ipso die baptizarj. Palmas quoque et Cyneres. Carnes et Cereos pro sua tantum familia benedicant. Item omnes decimas tam minores quam maiores in Plebanatu Wiennensi per quoscumque agri uel vinee colantur, plebano adiudicamus, preter noualia Abbatis et decimas Olerum, quas hucusque habuit, quas ipsi Abbati volumus esse saluas. Quecumque pars hoc nostrum arbitrium ausu temerario presumpserit violare, Centum marchas argenti nobis soluet, priuatus nichilominus omnibus hiis, que ex nostro *sibi* arbitrio competebant. pro quibus nullam sibi de cetero *com*petere volumus actionem. In cuius rei perhennem memoriam presentem litteram nostri et Dilecti in christo Fratris Hainrici prepositj Sancti Ypoliti sigillorum munimine fideliter fecimus roborarj. Acta in sancto Ypolito. Anno dominj M. CC. L. XIII. in Dei sancti Marci Ewangeliste.

Sigilla episcopi et praepositi S. Ypoliti appendent.

LXXIV.

Otto praesul Ulrico de Lobenstein decimas in Schrebentz et Neundorf feudi lege confert.

Ebelsberg. 1263. 13. Junij.

Testes. Otto de Truna. Vlr. de Capella. Siboto de Lonstorf.

Digitized by Google

torf. Heinricus. Chunradus. et Vlricus de Hartheim, et alij quam plures. Actum in Ebelsperch. Anno dominj. M. CC. Lxiij. Junij Idus. Pontificatus nostri Anno Decimo.

LXXV.

Decanus et capitulum in Matsee possessiones suas infra Anasum per totam Austriam, et praesertim circa Mautarn, Strezinge, Gerradstorf et Aevinge sitas, cum inde nil utilitatis perceperint, cedunt episcopo pataviensi sub conditione, ut, cum in quieta fuerit possessione, ipsis recompensationem faciat.

Matsee. 1263. 27 Julij.

Testes. Chunradus de Vreihaim decanus. Magister Fridericus de Schalchen. Albertus de Celle. Heinricus de Chirchperch. Ortolfus de Perge. Canonici Maticenses. Vlricus et Heinricus de Radelde. Heinricus de Gerbrehtsheim. et alii quam plures. Datum Matse anno Dominj M. CC. LXIII. VI. Kalendas Augusti.

LXXVI.

Transactio Sibotonis de Lonsdorf et filii sui Henrici de variis possessionibus cum Ottone episcopo pataviensi.

Pataviae. 1263. 5. Augusti.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi quod ego Siboto de Lonstorf saluti anime mee prouide consulens subscriptas possessiones in Pruel curiam et feudum. Aream in Hagenowe. sex feuda in der Lanchwat. dimidiam Curiam in

Digitized by Google

Leuntinge et unum feudum ibidem quas ab Ecclesia Patauiensi pro centum et xliiij. talentis obligatas habui, dimisi domino meo Episcopo et Ecclesie Patauiensi absolutas libere de consensu uxoris mee et heredum meorum taliter, quod idem dominus meus Episcopus auctoritate omnipotentis dei michi remisit quicquid recepi de possessionibus supradictis. faciens michi nichilominus hanc gratiam specialem quod ego et Heinricus filius meus predictas possessiones habeamus iure precario tantummodo ad tempora uite nostre. sic ut nichil de illis medio tempore per obligationem, venditionem, infeudationem, commutationem, uel quoquo modo alienare possimus. sed ut ad Ecclesiam Patauiensem post obitum meum et predictj filij mej, sine contradictione et diminutione qualibet reuertantur. In cuius rei testimonium presentem litteram communivj sigillo proprio cum Testibus subnotatis. Meingoto Tumpreposito. Boppone Decano. Ottone Cantore. Chunrado de Hartheim. Ottone de Truna. Berhtoldo de Heidendorf. Vlrico et Heinrico de Radekke. Christano et aliis quam pluribus. Datum Patauie. Anno dominj. M. cc. lxiij. Nonis Augusti.

Sigillum deest.

LXXVII.

Carolus de Kirchberg in manus Ottonis episcopi resignat Ulrico de Tannberg tertiam partem castri Chirichperch et quidquid inter duos fluvios Mühel ab ecclesia pataviensi in feudum tenuit.

Ebelsberg. 1263. 4. Sept.

Testes. Meingotus Tumprepositus. Siboto de Tannbercb. Otto Cantor. Otto de Trvna. Siboto de Lonstorf. Chunradus de Hartheim. Rudolfus de Gleuzze. Otto de wartenburch. Otto et Bernhardus de Trvna. vlricus de Hartheim. Heinricus de

Digitized by Google

Lonstorf. Reichgerus de Prampach. Heinricus de Ratispona. Perchtoldus de Hartheim. Leutwinus. vlricus de Staudaech. amelricus et alij quam plures. Actum in Ebelsperch. anno dominj. M. CC. LXIII. Pridie Nonas Septembris. Pontificatus nostri anno decimo.

LXXVIII.

Guidonis sabinensis episcopi mandatum de Hugone ordinis S. Benedicti in Seitenstetten monacho, ibidem nefarie tractato, pataviensi episcopo injunctum.

Apud urbem veterem 1264. 13. Febr.

Uenerabilj in Christo patri .... dei gratia Episcopo Patauiensi. *Guido* miseratione diuina Sabinensis episcopus. Salutem et sinceram in domino caritatem. Sua nobis *Hugo monachus Monasterij in Sytansteten ordinis sancti Benedicti* vestre diocesis lator presentium humili nobis confessione monstrauit. quod cum olim. Abbas ipsius Monasterij, ipsum non monitum nec citatum, primo ad delationem cuiusdam monachi ipsius Mouasterij *excomunicationis* uinculo innodasset, *et a Monasterio eiecisset* eodem, et postmodum idem abbas eundem. H. iam reuocatum ad Claustrum, et per eum ab excomunicationis huiusmodi uinculo absolutum. *in tenebroso loco ipsius Monasterij collocasset* ad penitentiam peragendam. prefatus Monachus qui eum prius accusauerat, associatis sibi quibusdam laicis armatis ipsum quadam nocte in absentia abbatis de loco predicto et de Claustro fecit extrahi, et eici violenter. Et quia dictus Abbas quod de ipso. H. factum fuerat, per eosdem monachum et laicos ratum habens, excessum huiusmodi corrigere non curabat, idem. H. ex hoc plurimum concitatus, abiecto habitu monachali, et laicali assumpto, *nocturnis horis, intrans Sacrarium Monasterij supradicti, priuilegia*

Digitized by Google

ipsius Monasterij, et res alias exinde asportavit. quas tam diu tenuit, donec prefatus abbas eum ab obedientia sua absolvit, et restituit sibi pecuniam, quam . . quondam pater suus pro ingressu suo dederat Monasterio memorato. Verum cum sepedictus. H. non speret se posse ulterius cum salute anime et absque graui scandalo in eodem Monasterio remanere, licet restituerit priuilegia supradicta, et tam super hijs quam aliis iniurijs quas intulit Monasterio et personis ibidem degentibus, ueniam et remissionem obtinuerit, ab abbate et Conuentu ipsius Monasterij prout in ipsorum dicitur litteris contineri, nobis humiliter supplicauit, ut sibi super hoc prouidere misericorditer curaremus. Nos igitur iniuncta eidem monacho super premissis excessibus et alijs peccatis suis absolutione preuia, penitentia salutari, ad vos remittentes eundem, Paternitatem uestram rogamus, monemus et hortamur attente, Vobis Auctoritate domini pape. cuius penitentiarie gerimus curam mandantes. quatenus si est ita, ipsum. H. in aliquo Monasterio eiusdem ordinis, vestre diocesis collocetis. facientes ipsum inibi recipi, et sincera in domino caritate tractari. Ne periculose cogatur ulterius euagari per seculum in ordinis *predicti* obprobrium, et anime proprie detrimentum, uel propter hoc iterato apostolice sedis auxilium implorare. Datum apud Vrbem ueterem Idus Februarij Pontificatus domini Vrbani pape iiij anno Tertio.

Appendet sigillum Guidonis oblongum, viridi cerae impressum.

LXXIX.

Otto episcopus pataviensis ad fabricam ecclesiae cathedralis assignat proventus primi anni omnium ecclesiarum vacantium.

Pataviae. 1264. 7 Maij.

Testes qui presentes aderant fideliter fecimus annotari.

Digitized by Google

Qui sunt hii. Meingotus prepositus. Boppo Decanus. Heinricus de Ramvonge. Wernhardus de Morspach. Heinricus de Haidendorf Custos. Albero Comes de Rotenekke. Vlricus de Styria. Siboto de Tanneberch. Magister Haertwicus Scolasticus. Otto Cantor. Gundaccharus de Saversteten. Canonici Ecclesie nostre. qui etiam manu propria subscripserunt. Ego meingotus Tumprepositus subscribo. ego poppo decanvs ss. Ego hainricus de ramunge ss. Ego albero comes ss. Ego Ulricus de Styria. ss. Ego Siboto ss. ego hertwicus scolasticus ss. Ego Otto Cantor ss. Ego Gvndakervs ss. Datum Patauie. Anno domini. M. cc. lxiiij. Nonas (is) Maij. Pontificatus nostri Anno Vndecimo. Indictione. VII.

Confer Mon. Boic. T. XXVIII, partem alteram pag. 388 — 390.

LXXX.

Mathildis de Radekke medietatem castri in Schönpüchel Alberto de Celkingen, annuente episcopo Ottone, obligat pro sexaginta quatuor talentis.

Pataviae. 1264. 11. Nov.

Testes. Siboto de Lonstorf. Berchtoldus de Haydendorf. Rudolfus de Glevzze. Heinricus de Radekke. Ortolfus de Menpach. et alij quam plures. Datum Patauie Anno dominj. m. cc. lxiiij. in die beati Martinj.

LXXXI.

Otto praesul capellae ecclesiae cathedralis crypta dictae, jamjam ecclesia in Teuffenbach dotatae, denuo confert reditus quosdam de curiis in Hofarn et Obernheim atque de bonis, a canonia Baumburch emtis, necnon decimas

Digitized by Google

in Sighartskirchen, quas Rapoto palatinus comes et post ipsius obitum, Otto de Walchunschirchen titulo habuit feudali.

Pataviae. 1264. 13 Novbr.

Testes. Meingotus tumprepositus. Boppo Decanus. Wernhardus de Morspach. Heinricus de Ramvnge. Albertus Comes de Rotenekke. Siboto de Tanneberch. Vlricus de Styria. Hainricus de Haidendorf Custos. Magister Haertwicus Scolasticus. Otto Cantor. Uvernhardus de Prampach. Gvndacharus de Saversteten. Canonici. Siboto de Lonstorf. Berhtoldus de Haidendorf. Heinricus de Radekke. Ulricus de Preisekke. Wernhardus de ynne, et alij quam plures. Datum Patauie Anno domini. Millesimo. ducentesimo. Sexagesimo quarto. Idus Nouembris. Pontificatus nostri anno undecimo.

LXXXII.

Otto episcopus certam summam ex teloneo civitatis Pataviae, per mortem judicis Henrici Hutsmund vacantem, donat ad luminaria ecclesiae suae.

Pataviae. 1264. Id. (13) Nov.

LXXXIII.

Otto de Lonsdorf episcopus capitulo suo confert praedia in Obernheim, in Hofarn et in monte Grantberg quondam canoniae Baumburgensis, Cunradi de Peuerbach et conjugis ejus Kunegundis, Henrici de Aigling, uxorisque suae Diemudis et patrui Amelberti.

Pataviae. 1264. VIII. Id. (6) Dec.

Digitized by Google

LXXXIV.

Clemens papa IV jubet restitutionem omnium possessionum juriumve ab ecclesia S. Stephani Viennae patauiensis dioecesis quoquo modo alienatorum.

Perusii. 1265. Idibus Aprilis (13).

LXXXV.

Relatio Johannis praeceptoris aliorumque commissariorum ratione citationis, ex jussu judicum curiae romanae abbati conventuique Scotorum viennensium intimatae.

Wiennae. 1265. 8 Aug.

Reuerendis in Christo Patribus et dominis venerabilibus. H. Abbati sancte Crucis ordinis Cyterciensis. H. preposito sancti ypoliti. et H. Decano znoymensi. domini pape. judicibus delegatis. *Johannes. Preceptor sancti Spiritus. Otto Comendator sancti Johannis Jerosolimitani, Wilhelmus. presbyter de domo Theutonica. fratres Hospitalium in Wienna.* cum orationibus devotis, se ipsos ad queuis beneplacita sue uoluntatis. Litteras paternitatis uestre nos recepisse noueritis in hec verba. frater. H. abbas in sancta Cruce Cysterciensis ordinis. H. prepositus sancti ypoliti. et. H. Decanus znoymensis. Judices a Sede apostolica delegati. viris discretis. fratribus Johanni. Preceptorj de domo sancti spiritus. Ottoni Commendatori de domo sancti Johannis Jerosolimitani. et Wilhelmo presbytero de domo Theutonica in Wienna. salutem cum sinceritate. Nouerit discrecio vestra nos litteras apostolicas diuersas contra dominum *Abbatem el Conuentum Scotorum Wienne* et quosdam alios, pro *magistro G. plebano* Wiennensi impetratas nuper-

rime recepisse. Quarum auctoritate cum de eis nobis facta sit fides. uitare uolentes prolixitatem uobis precipiendo damus firmiter in mandatis. ut personaliter assumptis vobiscum pro testimonio viris ydoneis et honestis, accedentes ad Monasterium dictum Scotorum, citetis abbatem et Conuentum peremptorie ad proximam sextam feriam post festum Mathei apostoli, in Claustrum fratrum Minorum Wienne, responsuros dicto magistro. G. super obiciendis omnibus coram nobis. qui dies si fuerit feriatus. diem subsequentem proximum non feriatum eisdem nichilominus assignantes. Quod si non omnes presentes esse possitis, in citatione huiusmodj duo ex uobis siue unus dum modo id in presencia honorum uirorum fideliter exequatur. mandatum nostrum immo apostolicum adimplere curetis. Diem uero citationis uestre, formam, ubi, processum, et coram quibus, et quid citati responderant complete et fideliter nobis rescribatis. Datum in festo felicis pape. Anno domini. Millesimo cc. lx. v. In cuius rej testimonium presentem litteram fecimus conscribj ac sigillorum nostrorum robore communirj. Quibus visis et prelectis, omni quo decuit reuerentia et honore. mandatum uestrum immo apostolicum sumus fideliter executi. in sabbato proximo post festum sancte Affre martiris, assumptis nobis viris ydoneis et honestis, personaliter dominum abbatem et conventum Scotorum hora prima in choro ecclesie ipsorum auctoritate vestra peremptorie ad presenciam vestram citantes, ut proxima sexta feria post festum sancti Mathei apostoli, in Monasterio fratrum Minorum. Wienne conpareant coram vobis. Magistro. G. de obiciendis finaliter responsurj. quod facere spoponderunt in termino supradicto. Posthec prefatus abbas ylico prorumpens in materiam iurgiarum. ductus ex quadam animi uehemencia inportuna. litteras citationis nobis directas, quas in medium produximus coram ipso. uestre non deferens iurisdictioni, immo in uestrum contemptum atque singulorum scandalum, michi Johanni de sancto Spiritu. *subripuit uiolenter*. easdem nobis *restituere contradicens*. quod

vobis

nobis tempore presencium duximus intimandum. In cuius rej testimonium presentem litteram fecimus conscribj ac sigillorum nostrorum robore communirj. Datum *Wienne.* Anno dominj. Millesimo cc. lx. v. vj. Idus augusti. coram testibus subnotatis. Qui sunt hii. Magister Bonifacius. Chunradus Chamberius, et Otto Clericj. Wernherus dictus Speismagister. Chunradus dictus Hesmer. Pretlinus Minister. et alii quam plures.

Appendent tria sigilla.

LXXXVI.

Ulricus, Ottocari regis protonotarius, litem inter conventum Scotorum et Gerhardum plebanum viennensem usque ad regis adventum prorogat.

Viennae in domo fratrum minorum. 1265. 31. Aug.

Omnibus christi fidelibus, presens scriptum intuentibus, Ego *Magister Vlricus Inclyti domini Regis Boemie, et Illustris Ducis Austrie Prothonotarius,* salutem in domino. Vt ea que pro tempore geruntur, firma permaneant et stabiliter inconcussa, litteris solent ac scripture testimoniis annotari. Ad noticiam igitur omnium peruenire cupio et singulorum. quod ego ad mandatum et peticionem, gloriosi domini mej O. Regis Boemie *Wiennam accedens,* assumptis ibidem viris discretis et honorabilibus infra scriptis, dominum Abbatem et Conuentum *Scotorum* ex una parte, et Magistrum *Gerhardum plebanum Wiennensem,* Serenissimj domini iam predicti Capellanum ex altera, ad pacis et concordie federa, reduxi de voluntate parcium sub hac forma quod abbas et Conuentus predicti, et Magister Gerhardus prefatus, omnibus juribus suis plene gaudeant, prout in arbitrio continetur, quod inter eos venerabilis in Christo Pater, dominus Otto bone memorie quondam Patauiensis Epis-

copus promulgauit. proborum uirorum consilio requisito. de consensu et beneplacito partis utriusque, usque *post aduentum sepedicti domini mei Regis, In Wiennam*, ad VIII. dies. quodque infra tempus ipsum, Citacio sopita quiescat. que ex parte venerabilium virorum H. Abbatis sancte Crucis. H. prepositi sancti ypoliti et H. Decanj Znoymensis domini pape Judicum Delegatorum abbati et Conuentui facta fuit predictis. Partes nichilominus studiose, affectione qualibet inducendo. ut medio tempore per personas interpositas, deum et iusticiam diligentes, complete amicicie uinculo coniungantur. Alias in octauo die post aduentum domini nostri Regis Boemiae, iure suo quilibet perfruatur. Et extunc Judices predicti, cognitis quoque cause meritis et discussis. faciant, quod dictauerit ordo iuris. Que omnia et singula supradicta partes obseruare fideliter promiserunt. Si quis autem ex ipsis ordinacionem uel compositionem talem, ausu temerario presumpserit uiolare. indignacionem sepefati domini nostri ex hoc, se nouerit incursurum. Ne uero super tractatu huiusmodi ordinationis uel composicionis, dubietas in posterum aliquibus generetur. meum sigillum duxi presentibus appendendum. Actum et Datum Wienne. *Anno domini* M. CC. LX. V. in vigilia sancti Egidii abbatis in Monasterio fratrum Minorum, mediantibus testibus et presentibus ad hoc specialiter euocatis. Qui sunt hii. Frater Hainricus abbas sancte Crucis. Gottolfus et philippus fratres ordinis Cysterciensis, frater ... Minister Hartpernus, Albertus de Seuelden, et Leo fratres, ordinis fratrum Minorum. dominus ... Judex prouincialis. dictus de Velsperch. Otto. Judex Ciuitatis. Paltramus. Chuno dictus magister Monete. Wernherus dictus Speismagister. Chunradus Chamberius et alij quam plures.

Cum sigillo magistri Ulrici

LXXXVII.

Foedus inter Ottocarum regem et capitulum civitatemque pataviensem contra duces Bavariae.

Freistadt. 1265. 5 Novembr.

O. dei gratia Boemie Rex Dux Austrie et Styrie ac marchio Moravie. viris Honorabilibus et dilectis. M. Preposito. P. Decano totique capitulo, *Ministerialibus* et vniuersis *Ciuibus Ciuitatis ac Ecclesie Pataviensis* salutem cum plenitudine omnis boni. Cum Ecclesiam patauiensem ex apostolica commissione teneamur in omnibus confouere, ac suis dampnis pariter et dispendiis precauere vestram scire volumus vniuersitatem, per presentes, quod consideratis vestra sinceritate et fidei constantia quam nobis geritis ex affectu promittimus bona fide, quod recompensam facere volumus condignam dampnorum, que vobis ex parte *Ducum Bawarie* propter deuocionis vestre sinceritatem, et fidelia obsequia que nobis inpenditis iugiter et constanter irrogata fuerint uel Illata, et precipue tamen ex hiis causis, quod *per Ciuitatem Patauie Castra et municiones uestras*, ac Ecclesie Patauiensis nobis et nostris Seruitoribus *liberum conceditis transitum*, nos etiam cum nostris ad resistendum et obviandum iniquis conatibus dictorum Ducum Bawarie recipitis in eisdem quandocunque necessitatis tempore fueritis requisiti. Volentes secundum *quod nobis dedistis locandi capitaneum in prefata Patavie Ciuitate* liberam facultatem, talem locare capitaneum ibidem, qui vobis et dicte Pataviensis Ecclesie non sit grauis Aliquatenus uel infestus, sed conseruator fidelissimus et defensor. Quum autem nobis promisistis adherere fideliter totis viribus rebus pariter et persona, nos promittimus vestre Vniuersitatj quod *numquam* cum prefatis *Ducibus Bawarie*, *concordabimus* nisi dicte Pataviensi Ecclesie et vobis Canonicis, Ministerialibus siue Ciui-

bus ibidem de jllatis primitus satisfiat, et Siquas trevgas etiam cum ipsis sepedictis Ducibus Bawarie forsitan faciemus, hiis vos vniuersaliter et finaliter includemus. Insuper vobis duximus firmiter promittendum quod si post sopitam guerram, que inter nos, et sepefatos Duces Bawarie uertitur inpresentj, ipsi Duces nouam et extrinsecam causam discordie conceperint, sev mouerint contra vniuersitatem vestram et Ecclesiam Pataviensem, extunc vos, et ipsam dictam Pataviensem Ecclesiam manu tenere volumus et defendere contra ipsos Duces Bawarie iam dictos consilio auxilio pariter et fauore. Addicientes, quod vos a praemissis conditionibus et promissis in aduentu futurj pontificis reddimus absolutos jn cuius rei testimonium et cautelam vniuersitatj vestre damus literas has patentes Sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum aput Liberam Ciuitatem Anno domini M. CC. Lx. quinto. nonis Novembris.

Deest sigillum regis.

LXXXVIII.

Ottocarus, Bohemiae rex, jura et libertates ecclesiae *patavi*ensis, nominatim in Mautarn et Efferding confirmat. hominesque ejus in protectionem suscipit.

Egenburch. 1266. Id. (15) Martii.

Confer Mon. Boic. T. XXVIII part. alteram p. 392 — 393 et Hunds Metrop. Salisb. (Ratisp. 1719) T. I. p. 258.

LXXXIX.

Conventio Petri episcopi cum Sibotone et Ekberto de Mautarn.

Ad S. Ypolitum. 1266. 22 April.

Nos. *Petrus* dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. No-

tum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod *Syboto de Mautarn.* et Ekbertus frater suus, nostre sunt gratie, mediantibus domino *Gozone Judice Cremensi.* ac aliis viris prouidis et discretis, taliter reformatj, quod fide data promiserunt, a nobis et Ecclesia nostra *non recedere ullo modo. Sed in foro nostro Mautarn habitare tamquam Cives et personaliter residere.* pro quo nobis omnia, que habent tam in mobilibus, quam in immobilibus obligarunt. Item ut hominibus nostris de illatis per ipsos iniuriis satisfaciant, et cessent ab eorum grauaminibus in futurum. Item quod cum Gotfrido ipsorum aduersario non componant, nec concordent aliqualiter sine nostra licentia specialj. Item si dictus Gotfridus nostre gratie fuerit reformatus quod gratum et ratum teneant quicquid inter eos, et ipsum Gotfridum duxerimus pro compositionis et quietis commodo statuendum. In cuius Rei testimonium presentes litteras nostro J. Decani Cremensis. et domini Gozonis predicti, sigillis communiri fecimus, cum testibus subnotatis. Et hij sunt testes. M. prepositus. *Magister. G. plebanus Wienensis.* Wer. de Morspach. Magister. Wernhardus. Canonici patauienses. S. de Lonstorf. Joh. de Mersuanch. B. de Haidendorf. *R. de Gleuzz vicedominus.* et alij plures. Actum in *Sancto ypolito.* anno domini. Millesimo. CC. LXVI. X. Kal. Maij.

Appendent tria sigilla. Sigillum Gozzonis scutum offert perpendiculariter in duas areas divisum, quarum prima leonem erectum, et secunda fasciam exhibet transversam.

XC.

Rudigerus de Radau, dictus Zolre, Gerhardo plebano viennensi tradit atrium in Penzing ad ecclesiam ibi construendam.

Viennae. 1267. 27 Julii.

Nos *Rudegerus de Radawe.* miles et ministerialis Illustris

ducis Austrie et Styrie. *dictus Zolre*, et Gisla coniux eius. ad perpetuam rei memoriam. Cum iuxta sanctorum patrum traditionem credendum sit, et fidei pietas postulet credere. quod omnes elemosine totius Ecclesie, et orationes, et opera iusticie, et misericordie, succurrant recognoscenti mortem suam. ad conuersionem. Ideo Christi fideles, intuentibus praesens scriptum, nosse uolumus et optamus. quod excrescente dei populo plebis Wiennensis ecclesie, qui tanquam oues errantes propter nimiam a matrice ecclesia distantiam, frequentabat ecclesias alienas, ad honorem summe trinitatis, et gloriose virginis matris Marie, et omnium sanctorum, instante et petente a nobis magistro *Gerhardo* venerabili *plebano wiennensi.* eidem, de possessione et hereditate nostra, atrium publice assignavimus, *in Penzinge aput quercos*, accedente filiorum et heredum nostrorum, Rvdegeri, Wernhardi. et Rvdegeri. bona uoluntate, *ad nouam* ibidem ecclesiam construendam. Ipsi magistro Gerhardo et plebano, digito demonstravimus, et eum in eiusdem loci possessionem, duximus corporalem. distinguendo agrorum terminos uicinos. domini heinrici de hawenvelt. inter quos situs est locus et ager, quem deo contulimus ad honorem, quercinis arboribus circumdatus. Conferimus et concedimus eidem plebano in eadem ecclesia plenum ius patronatus, nichil nobis nec heredibus nostris reseruantes. Habere uolumus eundem et successores suos in ecclesia Wiennensi, plenum dominium ordinandi disponendi instituendi rectores ad ecclesiam supradictam. Insuper eidem ecclesie, curiam nostram circa litus aque Wiennensis sitam, contulimus pro dote. Hanc donationem ratam et firmam habentes irreuocabiliter nostri sigilli munimine, matrici ecclesie sancti Stephani, pro salute animarum nostrarum, heredum, proximorum et progenitorum nostrorum, sincere et libere confirmamus. sigilla et fratrum *praedicatorum* et *minorum* et *domus Theotonice in wienna*, appendi consensimus, et ab ipsis petiuimus, sponte nostra. Hanc donationem fecimus in praesentia fratrum praedicatorum,

Digitized by Google

Livpoldi prioris. Vlrici subprioris. Dietmari Tovmplebani patauiensis quondam. fratrum minorum. harperni ministri. Leonis gardiani wiennensis. Chonradi *custodis Karinthie.* hainrici lectoris. Alberti de Sevelth. Liupfridi. Vlrici de Tanpach. fratrum domus Thevtonice. *Ortolphi* Commendatoris domus wiennensis. Wilhalmi presbyteri et Ortwini. Purchardi. fratrum ordinis Cysterciensis. de domo *Sancte Crucis.* Gotolphi. Philippi. *Theoderici plebani de polan.* chuonradi et petri presbyterprum. de familia plebani. Ottonis subdiaconi. hadmari dyaconi. perhtoldi, et hartmudi subdiaconorum. Gotfridi rasoris. Pitrolphi de *als.* hermanni. vlrici. et waltheri de *Penzing.* et multorum aliorum. Actum *wienne.* Anno domini. M. CC. Lxvij. vj. Kalendas augusti indictione decima. Pontificatus domini. Clementis. papae iiij. anno tercio. Residente domino. Petro. Episcopo Pataviensi.

Appendent quatuor sigilla. Scutum Rudigeri cerae viridi impressum et cum inscriptione: *Sigillum. Rudgeri. de zolr.* aream offert per acumen pyramidale divisam.

XCI.

Petri episcopi privilegium pro ecclesia matrice urbis Vindobonae ad D. Stephanum.

Viennae 1267. 3 Nov.

Petrus dei gratia ecclesie patauiensis Episcopus, vuiuersis christi fidelibus per wiennensem parrochiam constitutis, salutem in domino. Ex parte dilecti nobis in Christo *magistri Gerhardi* nostre Ecclesie Canonici et Confratris, plebani vestri. nobis extitit intimatum, quod nonnulli parrochiani sui de wienna, *matricem ecclesiam Sancti Stephani* non curantes, Ecclesias alias et capellas que *ipsis uiciniores* existunt, consueuerint frequentare, et per hoc ipsa Matrix ecclesia, honore

Digitized by Google

debito defraudatur. et in aliis sustinet non modicam lesionem. Cum itaque nostra intersit errores corrigere subditorum, et ipsos in viam ponere veritatis ne in duas partes adiciant claudicare, vniuersitatem vestram hortamur in domino et monemus, vobis in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus ad ecclesiam vestram sancti stephani, ad quam pocius quam ad alias accedere tenemini. imploraturi a domino veniam delictorum, in humilitate spiritus accedatis. Nos enim ut vos ad id, quasi per premia salubriter inuitemus, de omnipotentis dei misericordia, et beati stephani prothomartyris patrociniis confidentes, vobis singulis et vniuersis, vere penitentibus et confessis, qui ad dictam Ecclesiam *singulis diebus* dominicis et festiuis causa deuotionis accesseritis. XX. dies de iniuncta vobis penitencia misericorditer in domino relaxamus. Datum wienne. anno domini M. CC. LXVII. III. Non. Nouembris Pontificatus nostri Anno secundo.

Cum sigillo episcopi.

XCII.

Gerhardi viennensis plebani litterae fundationis hospitalis infirmorum Viennae ad S. Job in Klagbaum, necnon sororum in porta coeli (Himmelspforte) praemonstratensis ordinis Viennae.

Viennae. 1267. 25 Nov.

Omnibus Christi fidelibus intuentibus praesens scriptum. *Gerardus solo nomine dictus magister, Archidyaconus Mussuniensis Jauriensis Dyocoesis, Canonicus Ecclesie Patauiensis, Plebanus wiennensis, et Domini pape Capellanus* salutem et orationes in domino sempiternas. Quia diuina me protegente gratia *de gravissimis insultibus et incursibus Tartarorum*

a

a Regno Inclyti Regis Bele vngarie et seruicio ipsius ad partes Austrie sanus perueni. Posthac felicis recordationis Ducis *Friderici* temporali primo, Deinde venerabilis patris bone memorie videlicet *Berchtoldi* Patauiensis Episcopi spirituali, et in fine domini mei *Ottakari* Serenissimi Regis Bohemie, et aliorum dominorum meorum, fultus graciis et praesidiis ultra meorum exigenciam meritorum, propter quod ne finaliter ingratitudinis obprobria me condempnent, ne etiam quod virgo uel uidua congessit in carbonam siue in stipem templi meis temporibus in sportulas mineruales aut in lucrum sordidum conuertatur, *duo pia loca* specialiter institui que construxi rebus propriis et expensis, unum uidelicet *pro infirmis in honore sancti Job ad martyres* nominatum et alium ad *portam Celi pro uirginibus que perpetuo sunt recluse*, quas locaui *in curia mea in weichenburch* quam cum iure quod *purchrecht* dicitur a *Chunrado genero quondam domini Rinheri notarij* comparaui, auctoritate et bona uoluntate accedente praefati domini mei *Regis* ac dominorum meorum Illustrium Ducum Austrie, scilicet *Friderici et Hermanni* ipsorumque litteris michi tradita potestate, faciendi, ordinandi, et disponendi omni tempore de predicta domo quecunque mee sederint uoluntati, Deinde ius proprietatis eiusdem domus, a relicta quondam domini *Chunr. de Greiffenstayn*, liberorumque suorum consensu, et accedente beneplacito, usque ad summam centum librarum redemi pariter in vniuerso. Quam vero Curiam deuotis sororibus iam pridem aggregatis in loco qui uocabatur *Gaize wienne*, omnium amicorum, cognatorum, agnatorum, et seruientium meorum aliorumque quorumcunque cessante questione, pure tradidi propter deum. pro residencia continua et perpetua mansione, ut ibidem omnipotenti deo iugiter famulentur. Quam protestor meam esse ratam ordinationem primam explicitam et ultimam uoluntatem faciendo eis donationem, sollempniter inter uiuos, eo etiam non obstante, quod eandem domum aliquando volebam quasi *pro camera hospitalis ciuium*, *infirmis*

Digitized by Google

sacerdotibus et aliis veteranis, nobilibusque decumbentibus meis sumptibus ordinare, quod ciues cum suo hospitali admittere noluerant. Protestor etiam quod *frater Albertus de Cella Sancte Marie* dictum locum qui appellatur *Gaize* qui ad ipsum tamquam ad verum heredem proprietatis titulo respiciebat, praedictis dominabus de consensu matris et fratris sui libere contulit ad inhabitandum, et postmodum de sua bona voluntate in earum transitu taliter collatam iure perpetuo sine cuiusquam contradictione dimisit, sicut in litteris super hoc confectis plenius continetur. Preterea cunctos scire desidero quod in omnibus Ecclesiis et Capellis michi commissis scilicet *Sancti Stephani, Sancti Michahelis, in Swechent, in la. in Tobelico, in vosendorf, in lantzendorf, in Symeninge*, et in Capella mea uidelicet in *penzinge*, quam propter commodum et profectum parrochianorum meorum, sumptibus propriis construxi, qui propter distantiam nimiam se absentantes a matrice Ecclesia Capellas extraneas continue frequentabant, nec non aput *sorores* et *infirmos* praedictos ac in *hospitali ciuium. in Gors et in Egenburch. Strenich.* lindenberch. *Plenich et in Styuen*, quolibet die dominico de scitu et conniuentia domini mei. Petri Patauiensis Episcopi missam *de Sancta trinitate* quae incomprehensibilis et inaccessibilis est, ordinaui perpetuo celebrari, quatenus per sanctam fidem Katholicam ego cunctique christi fideles cum omnibus mihi commissis ipsam pariter apprehendere ualeamus, et in ea sine errore aliquo perseueremus. Item in feria secunda similiter missam pro animabus supradictorum et benefactorum meorum et omnium michi commissorum et expiatione delictorum atque omnium parentum meorum qui ab hoc seculo emigrarunt, et illorum qui in *fraternitate Ecclesie Sancti Stephani quam etiam ego de nouo similiter institui* decesserint, atque *aliarum fraternitatum in wienna existencium* cunctorumque fidelium defunctorum. Item in feria tercia missam pro peccatis abolendis omnium supradictorum et pro uiuis et defunctis Christi fidelibus uniuersis. Item in feria quarta

missam de sancto *Nycolao* et omnibus confessoribus ut pro me et omnibus mihi commissis, cunctisque aliis orthodoxis ad deum iugiter intercedant, quatenus in uera contricione, confessione et satisfactione, omnes ab hoc seculo decedamus. Item in feria quinta missam de Sancto spiritu, quatenus ipsius gratia mundet et muniat corda nostra. Item in feria sexta missam de sancta Cruce, ut gloriosa crux ab omni aduersitate uos protegat et deffendat. Item in die sabbati missam de beata virgine, ut ipsa dei genitrix virgo maria suum pro nobis dignetur vnigenitum filium exorare. quas uotiuas missas pro salute et commemoratione omnium decedencium et uiuorum praedictorum iu premissis locis omnibus de uoluntate dicti domini mei Episcopi similiter septimanis singulis ordinaui perpetuo celebrari, et nichilominus cum sollempnitas, seu aliud officium interuenerint, sine nota et canone legendo perficiantur officia supradicta. Volens propter hoc praedictarum ecclesiarum et Capellarum Rectoribus benefacere ac eos perpetuare ad uite mee tempora in eisdem. Supplicando meis successoribus ut pro pietate huiusmodi exequenda eandem propter deum gratiam eis obseruent, ita tamen quod quicunque praemissa non fecerit careat gratia supradicta. Preterea uestra scire dignetur benignitas, quod cum uenerabiles in Christo patres et domini *Guido* tituli sancti laurentii in lucina presbyter Cardinalis apostolicae sedis legatus et *Petrus* Patauiensis Episcopus, *in wienna essent* pariter constituti, quilibet eorum omnibus qui ad *matricem ecclesiam Sancti Stephani* singulis diebus dominicis et festiuis, feriis sextis et omnibus diebus sabbatis, in humilitate spiritus accesserint, a domino veniam imploraturi XL dies indulgentie in domino misericorditer relaxarunt. Insuper vestra nouerit universitas, quod sorores praefate regulam *S. Augustini* in omnibus ut professe quam summus pontifex Clemens papa IV. eis per suas litteras confirmauit, porrectis dextris vice sacramenti pro se ipsisque succedentibus in manus dicti domini mei Episcopi et meas

Digitized by Google

libera et uoluntate spontanea cum aliis statutis meis et statuendis salubribus promiserunt inuiolabiliter obseruare, et amictu uestium non perfrui linearum peplis et uelis capitum duntaxat exceptis, tunicas albas ferentes, et aperta pallia cum zonis de panno qui dicitur selpvar in modum clamidis adaptata, quae omnia in libro meo memoriali ad perpetuam rei memoriam feci conscribi. Ad haec iureiurando tactis sacrosanctis ewangeliis se firmiter astrinxerunt, omnino reclusas perpetuo domo subsistere in eadem. assumtis sibi solum uirginibus inuenibus et talibus per quas domus nullum dispendium paciatur. sed exinde maioris commodi et profectus suscipiat incrementum usque ad numerum XXV. personarum. Quem etiam numerum pro se, eisque succedentibus sub pena excommunicationis nunquam transgredi promiserunt, pro eo maxime ne propter personarum collectionem et multitudinem ipsarum pracbenda plus solito tenuior efficiatur, et in nichilum redigatur, nisi tunc tales persone fuerint quibus proprie facultates in rebus suppetant absolutis, et extunc earundem res et proprietates ipsis ab hoc emigratis seculo devolvantur ad praedictas dominas et claustrum ipsarum perpetuo pleno iure. Nequaquam tamen septa claustri dicte sorores aliquo vnquam tempore egrediantur, nisi eas supprema cogat necessitas uel causa probabilis et honesta, aut mea uoluntas accedat, uel Dyocesani, seu illius cui hoc dederimus in commisso, Que omnes vnanimiter vnacum fratribus dicte domus ex uoluntate ac consensu libero promiserunt, meis per omnia salubribus monitis et jussionibus acquiescere et mihi praecipue quamdiu uixero obedire, atque illis qui potestatem super eos receperunt et receperint legitime in futurum. Alioquin libera potestate perfruar rebelles eliminandi, et perpetuo carceri mancipandi. Me autem ab hoc seculo emigrante, illi obediant cui vite laudabilis et honeste conuersationis merita suffragantur, et quem sorores et fratres praedicti loci inter se concorditer elegerint, et qui a domino Dyocoesano examinatus primitus fuerit, et con-

Digitized by Google

firmatus. Ne vero sorores praefate occasionem euagandi habeant, et incurrant salutis proprie detrimentum, de bonis mihi a deo collatis ipsis tradidi Centum et liij marcas denariorum *veterum wiennensis monete* et ponderis, et lxxx.vij. libras *denariorum nouorum* wiennensium solummodo pro edificiis construendis. Item eisdem pro curia villicali sita in willendorf, quam ab hainrico quondam *Scharrario*, et wolfkero dicto *vischlino ciuibus wiennensibus*, cum prato adiacenti comparaui. tradidi lxxvi libras et lxxv. denarios nouorum denariorum wiennensis monete. Item eisdem pro vinea sita in pede montis qui albrechtsgereute dicitur, que etiam vinea in *Minerleith* appellatur vulgariter, quam comparaui aput *fratrem Ortolfum commendatorem de domo Teutonica* et fratres suos de permissione prouincialis tradidi. Centum et quinque marcas veterum denariorum wiennensis ponderis et monete. Item eisdem pro litteris papalibus, Cardinalis et Episcopi, que gratiam et indulgentiam continent, et alia, dedi nouem marcas denariorum veterum wiennensis ponderis et monete. Deinde domum pistoris quae obligata fuit *vatzoni* ab ipsis dominabus pro decem et octo marcis et dimidio veterum denariorum ponderis wiennensis redemi. Quam posthac domum de bona uoluntate ipsarum seruienti meo volcholdo, uxori sue ipsorumque liberis pro redditibus sepulture Cymiterij Ecclesie S. Stephani, quos dicto volcholdo pro multis suis seruiciis hactenus contuleram, ab ipso receptos praedictis dominabus eosdem sepulture redditus tradidi ad tempora vite mee, quos etiam promisit sepedictus dominus meus Episcopus, eis se velle si consensus ipsius capituli accederet confirmare. Insuper nichilominus dicto volcholdo seruienti meo suisque liberis proposui huiusmodi redditus in aliis largius recompensare. Item eisdem dominabus pro dormitorio et ambitu dormitorii et fratrum domibus reparandis tradidi xxxij. libras. Item pro coquina. palacio. gradu et aliis edificiis construendis xlij. marcas veterum denariorum. Item eisdem dedi Cappam meam choralem de paltikino forra-

Digitized by Google

tam cum cendato viridi. Casulam. Dalmaticam et Subtile de sameto viridi cum aurifrigiis et forraturis de cendato croceo et optimo. Albam. humerale duo corporalia cum fotris de sameto uiridi et purpura deaurata cum forraturis de cendato croceo. sarrocium. superpellicium. manutergia et puluinar altaris, quae omnia emi pro xxx tribus libris. Item eisdem ordino et lego unam partem integraliter de quinque partibus tocius meo substancie quae reperta fuerit in potestate mea tempore mortis mee, de rebus mobilibus et immobilibus, secundum quod in testamento meo quod condidi plenius demonstratur. Item eisdem dedi librum missalem et duo gradwalia, et inter cetera firmiter ordinaui ut claustrum earundem sororum semper tres claues habeat ad aperiendum et claudendum hostium per quod sunt recluse, de quibus ego unam quoad uixero penes me habebo. Secundam teneat *frater Ebero* quamdiu superstes fuerit. Terciam uero priorissa quae iam praesens est, et illa quecunque sibi successerit, quae propter castitatis et honeste conuersationis merita in ipsarum fuerit concorditer electa conuentu. post mortem uero meam dominus dyocesanus habens deum prae oculis clauem quam tenui assignet alicui fratri *de domo Teutonica wienne*, casto, prouido et honesto uel illi cui sibi magis uidebitur expedire. decedente etiam fratre Eberone, sorores et fratres praedicti loci clauem sibi assignatam, commendent alicui discreto fratri eiusdem domus, qui castus fuerit et honestus. Preterea leprosis ad sanctum Job wienne dedi xviij marcas veterum denariorum wiennensis ponderis et monete, pro fundo in quo se receperunt et pro agricultura. Item dedi eisdem xiiij marcas veterum denariorum wiennensis ponderis et monete et lxxx unam libram solummodo pro edificiis construendis. Item eisdem dedi pro muro lapideo ponendo loco illius lutei xiiij libras et quinque solidos et decem marcas ponderatorum denariorum. Item eisdem decem Marcas veterum denariorum et quadraginta denarios pro muro lapideo. Item eisdem ordino et lego unam partem

Digitized by Google

integraliter de quinque partibus tocius mee substancie, que in potestate mea de rebus mobilibus et immobilibus reperta fuerit tempore mortis mee secundum quod in testamento meo quod condidi, plenius elucescit. Preterea de bona uoluntate et consensu ciuium statui et ordinaui, ut quotiescunque pistores iuxta Cymiterium sancti Stephani uel infra panes uel tortas uendere uoluerint, tociens quilibet eorum obulatam panis uel obulum procuratoribus infirmorum praedictorum pro licencia huiusmodi obtenta assignet nulla tamen eisdem pistoribus et seruientibus suis ludendi per taxillos tradita potestate, uel insolencias aliquas in cymiterio exercendi. si autem iidem secus attemptauerint, a procuratore infirmorum antedictorum prout iustum fuerit corrigantur. Que omnia et praedicta singula a tempore dici fundationis mee usque ad duos annos subsequentes proxime, dominabus et leprosis predictis pure tradidi propter deum, praeter alia bona quae ipsis in vino, grano, et rebus aliis assignavi pro posse meo, profectum eorundem quamdiu uixero nichilominus procurando. habita hac praeuia ratione, ut illis rebus quas sororibus praelibatis tradidi uel tradidero in futurum, ego et frater meus magister Theodericus plebanus de polan si nobis necessitas ingruerit, utamur pariter cum eisdem, conditione huiusmodi interposita ut sorores et infirmi praedicti communiter diem obitus mei, septimum, tricesimum, anniuersarium annis singulis peragant, et in ipso die omnium parentum meorum. volens etiam ut quecunque sorores et leprosi incontinentes extiterint, et inobedientes et post trinam ammonitionem resipiscere non curabunt, et quicunque proprium habere praesumpserint, iuxta statuta regule earundem extra claustrum et hospitale penitus excludantur. et si quod absit domine memorate et infirmi a domino meo Petro Episcopo suisque successoribus, ac a me unquam se ipsos eximi uel alienari laborauerint, et possessiones et res quas ipsis tradidi distraxerint sine scitu nostro et casu aliquo efficiente, praedictas fundationes contingeret anul-

lari, et domino Dyocoesano, et mihi non humiliter obedire, ex nunc ipso possessiones omnes et res mobiles cum locis que fundavi reuoco, protestando mihi et fratri meo magistro Theoderico praedicto salua fore omnia que contuli locis praedictis et in ius et potestatem nostram libere posse redire sicut ab inicio cum eadem possedi pacifice et quiete, usque ad tempora vite nostre. Nobis autem ambobus sublatis de medio, omnia praedicta ad successorem meum et ad ecclesiam Sancti Stephani ipsiusque socios indifferenter absolute et libere reuertantur, quos omnes tam successorem meum quam Socios ipsius quicumque pro tempore fuerint, rogo et moneo in domino affectuose, ut dominas et infirmos praedictos, quamdiu honeste ac laudabiliter vixerint cum effectu promoveant, deffendant et protegant, praecipue propter deum. pro salubri quoque remedio et cautela ponendo praemissis huius modi conditionem ut dominarum et infirmorum sepedictorum sigilla sub conclaui priorisse et procuratoris infirmorum et mea quamdiu uixero in arta custodia relinquantur, et illius quem dictus dominus meus Petrus Episcopus, uel sui successores, ipsis praefecerint me ab hoc seculo emigrante. Que duo loca sanctissimus in Christo Pater Sancte Romane Ecclesie summus Pontifex dominus Clemens papa IV. et Reuerendus in Christo pater dominus Gwido tituli sancti Laurentii in lucina presbyter Cardinalis apostolice sedis legatus in wienna constitutus, ac venerabilis in christo pater dominus Petrus patauiensis Episcopus, vnacum Inclyto domino meo *Ottokaro* Rege Bohemie pariter confirmarunt, et specialiter in sue fauoris et protectionis gratiam receperunt utpote patet in litteris eorundem. Postremo cunctos scire cupio, quod in reparacione tocius *Curie Parrochialis que quasi deserta iacebat et fuit per ignem sepius deuastata* et in fundatione Capelle dicte Curie quam primitus *de nouo construxi*, et Hainrico scolari meo contuli, et quam si potero uolo dotare cum decem librarum redditibus, ac in possessionibus et praeciosis ornamentis Ecclesie sancti Stephani et rebus aliis per me acquisi-

Digitized by Google

sitis, litigando etiam pro honore ipsius Ecclesie XV. annis in Romana Curia *contra magistrum leupoldum olim plebanum, per dyocoesanum de heresi condempnatum*, nec non contra dominum *abbatem et conuentum Scotorum*, ac alios capellarios expendi duo milia marcarum argenti et ultra satis, que omnia ecclesie matrici Sancti Stephani pro donacione, exempcione, recompensacione, ac libertate praedictorum locorum per dictum dominum Episcopum sunt taliter compensata, ut sorores et leprosi mei supradicti recipere possint ad diuina, quoscunque plebesanos meos, qui ad ipsos causa devocionis accedere uoluerint, et pro elemosinis porrigendis. Omnino tamen eisdem inhibens, ne aliquem plebesanorum meorum sepeliant, etiam si aput ipsos quisquam elegerit sepeliri, sed tantum illas personas religiosas et illos infirmos, nec non cottidianam familiam, quae de consorcio fuerit eorundem, una tantum campana habita in utroque loco. volens etiam ut sorores praelibate in signum praedicte subiectionis de operibus manuum suarum dent Ecclesie matrici sancti Stephani annis singulis unam stolam, unum manipulum, unum Cingulum, et unum corporale ualde mundum. Et insuper omnia alia corporalia et uestes dicte Ecclesie abluant et lauent, praeparent, consuant et adaptent, quociescunque fuerint requisite. Memorati etiam leprosi in signum exempcionis assignent matrici ecclesie unum cereum decem libras continentem, annis singulis in festo Sancti Stephani prothomartyris praeciosi. Ceterum omnia subscripta per dictos infirmos, cupio, uolo, et rogo districte inuiolabiliter observari, primo scilicet ut mares et femine in praedictis meis duabus structuris per diuersa edificia in eisdem fundis et areis, quas per me possident propter uite mundiciam ab inuicem segregentur. Iidem quoque leprosi omnes illos infirmos qui de plebe mea wiennensi et ipsius terminis, infra muros uel extra muros lepra infecti fuerint de meo tamen scitu et uoluntate meique successoris sine contradictione, ac condicione qualibet et absque omni precio

Digitized by Google

indifferenter recipere et Karitative debeant pertractare. Insuper per ipsorum procuratores de hiis frequenter tenendo scrutinium, quos eiusdem lepre morbus cruciat et castigat, eosdem utique suffragio, mei successoris, judicisque ciuium auxilio inuocato, a ciuitate wiennensi et villis in terminis parrochie constitutis postulent eici et excludi, ne quis ipsorum contagio infici possit uel offendi. Hospites autem leprosos vndecunque et quandocunque de aliis partibus venientes in signum humanitatis et compassionis, sepedicti mei infirmi per tres dies secum teneant ut requiescant, et iidem hiis transactis ulterius tunc procedant. Qui si infirmati fuerint, in eodem loco tamdiu cibis et potibus eosdem procurent, quo usque uires ipsorum recuperent, et inde recedant; sed si in praedicto hospitali decesserint, corpus eorundem ibidem sepulture ecclesiastice commendetur. Sorores uero sepedicte omnes neptes meas, tam virgines quam feminas mihi attinentes, et illas que mihi hactenus fideliter seruierunt me superstite ac decedente, indifferenter sine omni questionis et contradictionis materia et absque omni precio recipere teneantur. Verumtamen *sororibus et fratribus de porta celi inhibeo et* praecipio firmiter per praesentes, ut non aliquo unquam tempore *juuenes nepotulos ipsorum* uel alios quicunque fuerint *infra septa Claustri* alere audeant uel praesumant sed *tantum illos pueros masculini sexus* qui eorundem assumpto habitu in religione vnacum ipsis in eadem domo, deo perpetuo uoluerint deseruire. assumptis quoque sibi duntaxat personis religiosis pro familia cottidiana. Deinde Capellanos praedicto rum locorum rogo suppliciter et exoro, ut alternis diebus has collectas dicant, uidelicet. protege domine, pro salute mea et omnium supradictorum, et aliam scilicet, Omnipotens sempiterne deus, cuius misericordie non est numerus, pro salute anime mee et omnium memoratorum, ad quas collectas dicendas in singulis horis tam sorores quam infirmi praedicti sint astricti. Volens etiam ut praedicte sorores ca-

Digitized by Google

pellanum Religiosum. castum et honestum in domicilio fratrum suis secum teneant in expensis, qui earundem quociescunque uoluerint confessiones audiat, ipsisque primo diuina celebret. Deinde Sancti *Nycolai et Sancti Lazari extra muros Capellas* inofficiet, percipiendo singula quecunque deus ipsi contulerit in eisdem. Hoc etiam adiecto ut capellanus in *penzinge*, in noua mea constitutus plantatione cui competentes redditus assignaui, meos ad sanctum *Job* infirmos corpore Christi procuret, in diuinis et ecclesiasticis sacramentis, celebrando eisdem diuina in singulis festiuitatibus et aliis diebus dominicis et festiuis, et quandocunque necesse fuerit sine aliqua contradictione. Ceterum uolens quod tota domus de porta Celi cum suis attinenciis sitis extra septa claustri sanctimonialium praedictarum, mihi et memorato fratri meo magistro Theoderico cedat, quamdiu sumus superstites ad inhabitandum. Nobis autem ambobus sublatis de medio, eadem domus ad sacerdotem Capellanum et Conuersos masculos tam procuratores. et officiales ipsarum deuoluatur ad inhabitandum perpetuo pleno iure. Ad hec scire cupio vniuersos quod cum contra magistrum leupoldum plura paria omnium actorum haberem, unum par Anagniae aput fratres minores uidelicet, et secundum aput fratres praedicatores Perusii deposita, a praedictis si necessitas ingruerit repetantur. Priuilegia uero et instrumenta vnacum litteris quae iura matricis Ecclesie continent et sentenciam venerabilis patris domini Gwidonis tituli santi Laurentii in lucina, presbyteri Cardinalis et processum habitum contra dominum Abbatem et conuentum Scotorum et alios, *aput magistros Ceche- ecclesie Sancti Stephani* quandocunque necesse fuerit requirantur. Alia quoque priuilegia et instrumenta super praemissis meis fundationibus tradita et confecta quociescunque necesse fuerit repetantur a sanctimonialibus supradictis. Et quia res contra naturam est omnium habere memoriam, praesentem traditionis, fundationis et confirmationis cartam, munimine inpressionis sigillorum infra pen-

Digitized by Google

dencium mei quoque, Sororum et infirmorum praedictorum ad maiorem euidenciam consignaui. Postremo pro eminentiori testimonio et cautela plura paria tenorem huius priuilegii continencia conscribi feci, de quibus unum par *fratribus minoribus* in wienna, secundum fratribus *de domo Teutonica* ibidem. Tercium Conuentui *dominarum de Porta Celi.* Quartum *procuratoribus Ceche sacerdotum Ecclesie sancti Stephani* cuius primus extiti institutor in deposito assignaui. Actum et Datum *Wienne.* Anno domini M. CC. lxvij. in festo beate Katharine virginis. hoc est. vij. Kalend. Decembr. Indictione decima, Pontificatus domini clementis. pape. Quarti Anno Tertio.

a) Appendent adhuc decem sigilla ecclesiastica; tria alia sigilla desunt.

b) Confer L. B. ab Hormayr historiam viennensem, nominatim litteras ejusdem magistri Gerhardi 1266 hospitali suo ad S. Job in Klagbaum, deinde 18 Jul. 1267 et 4 Febr. 1272 sororibus in porta coeli datas, necnon Gertrudis magistrae chartam, 6 Decemb. 1272 emissam et magistri Dietrici de Transilvania, plebani in Polan, fratris Gerhardi fundatoris.

XCIII.

Gertrudis priorissa conventusque S. Mariae Magdalenae cum plebano viennensi ad divum Stephanum de exemptione monasterii contrahunt.

Viennae. 1267. 27 Dec.

Omnibus Christum colentibus *Gerdrudis priorissa* totusque conuentus *sororum ordinis sancte Marie Magdalene de Wienna.* in domino Ihesu orationes humiles et deuotas. Audire et intelligere, memorialiter, fideles Christi cupimus et optamus, quod coram venerabilibus patribus et dominis patauiensis ec-

Digitized by Google

clesie episcopis Bone memorie *Bertholdo*, *Ottone* et *Petro* qui nunc est, per *Magistrum Gerhardum plebanum wiennensem*. Domini pape Capellanum, sepius pro domus nostre fundatione, de qua a nobis nomine matricis ecclesie subiectionem et reuerentiam petebat vel pro eodem recompensationem sibi exhiberi. sumus ad iuditium euocate. verum cum tanquam simplices et iuris ignare legitima defensione hactenus careremus. Idem Magister tandem deo volens in nobis fideliter complacere. Auctoritate *propositi nostri Witigonis. et Ottonis prioris.* et tocius conuentus accedente grato consensu et nostro. sic nobis pie, ad nostras frequentes preces studuit prouidere. videlicet quod pro recompensationis et exemptionis nomine annis singulis *Matrici ecclesie* in Inuentione sancti stephani, dare debeamus ad manus dicti plebani. XX. libras cere. nullo tamen unquam tempore de Jure parrochiali exinde quicquam nobis vsurpando. quamvis modicum et..... .... deatur aut possit in genere vel in specie. cuiusquam ingenio cogitari. Ad hec iuxta institutionem Regule ordinis nostri. et mandatum maiorum nostrorum. eidem sincera promisimus fide. in eadem Domo recludi perpetuo. nec ab ea egredi, nisi suprema cogat necessitas, vel nos iustus timor mortis egredi compellat. quo cessante, ad premissa manere nos volumus obligatas. Promisimus etiam eidem Magistro et plebano, quod si *recluse in posterum manere nollemus*, et post nos succedentes sorores si que premissa sunt minime seruarent, aut Juri Matricis ecclesie, per nos in aliquo derogaretur, idem magister, contra nos suas habeat dirigere actiones. Tam super hiis, in quibus contrauenisse uidebimur. quam in hiis super quibus conuiceret nos, contra eum et matricem ecclesiam antea deliquisse. Ratum et firmum gratum et acceptum habentes. que per nos superius per omnia et per singula sunt expressa. In huius rei testimonium ipsi magistro Gerhardo hanc litteram fecimus nostri et sui sigilli munimine roborari. Presentibus domino Reynaldo canonico

Digitized by Google

de atino nuntio domini pape. Hartperno ministro ordinis sancti francisci. Liupoldo priore et fratre Ottone de Wrinz ordinis predicatorum. *fratre ortolfo commendatore domus Teutonice in Wienna.* Magistro bonifacio de *ly lienvelt* ordinis Cisterciensis. *Magistro Dietrico plebano de polan. Actum et datum wienne In domo nostra.* Anno gratie millesimo CC. LXVII. VI Kalend. Januarii.

Appendent duo sigilla.

XCIV.

Chunradus et Siboto, fratres de Potendorf, unacum sororibus suis Offemia de Bertholtstorf et Adelheide vidua de Zekking, reclamant contra intentionem matris suae, ecclesiam in Zwettel fratribus ordinis theutonici donaturae.

1268.

XCV.

Capitulum pataviense confert decimas in Antehsenholen et Antchsenberg Henrico de Aigling et Diemudi uxori suae ad dies vitae.

Pataviae. 1268. VII kal. Febr. (26 Jan.)

XCVI.

Calhohus de Falkenstein turrim suam in Bannarigel assignat ecclesiae pataviensi ad triennium.

Pataviae. 1268. 3 Mail.

In cuius rei testimonium, presentes litteras, ipsius domini mei

Digitized by Google

episcopi, Decani. et Capituli. Sibotonis de Lonstorf. Ch. de Harthaim. meo proprio. Berhtoldi de Heidendorf, judicis, et Christani, sigillis, communiri feci, cum testibus subnotatis. Wernhardo Ravbario. Heinrico de Radekke. Ekkehardo de Weizzenbach. Woelvelino de Tragmansried, et aliis pluribus. Actum Patauie Anno domini. Millesimo. cc. Lxviij. v. Nonas May.

XCVII.

Ulricus de Tannberg et Rudigerus de Haichenpach, castrum in Haichenbach cum omnibus, quae ab ecclesia pataviensi tenent jure feudali, Petro episcopo sub certis conditionibus obligant.

Pataviae. 1268. 5 Maii.

Nos *Vlricus de Tannberch et Rugerus de Haichenpach* notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis quod mandatis et beneplacitis dominj nostrj. P. venerabilis Patauiensis Episcopi cupientes efficaciter coaptarj, *Castrum in Haichenpach* cum omnibus que ab Ecclesia Patauiensi habemus in feudo eidem domino nostro Episcopo taliter obligamus, quod cum proximo reuersus Patauiam fuerit, quicquit infra quatuordecim dies post aduentum suum iurati Consiliary sui super statu nostro decreuerint ratum et firmum per omnia teneamus. et si contra fecerimus, tam Castrum predictum quam cetera feuda nostra que habemus ab Ecclesia et ab ipso per omnia sibi vacent. nisi forte impedimento legitimo captiuitate vel infirmitate uidelicet gravj detenti fuerimus ita quod Patauiam eodem termino venire non possimus, qua cessante secundum formam predictam omnia faciemus. Promisimus etiam sub pena predicta tam in aqua quam in terra nullum medio tempore contra iustitiam molestare. In cuius rej testimonium pre-

Digitized by Google

sentes litteras predicto domino nostro dedimus, sigilli domini Chalhohi de valchenstein. et mej Rugeri de Haichenpach sigilli robore communitas. Actum Patauie. Anno dominj. Millesimo. cc. lxviij. Tercio Nonas May. coram hiis Testibus. Ch. de Hartheim. S. de Lonstorf. B. de Haidendorf. Wernhardo Rauberio. H. de Radekk. O. de Morspach. W. de ynne et aliis pluribus.

Appendent duo sigilla.

XCVIII.

Guardianus fratrum minorum et commendator S. *Mariae* domus Theutonicorum Viennae Ottocaro *regi* statum causae enuntiant inter parochiam divi Stephani viennensem et conventum Scotorum.

Viennae. 1268. 19 Sept.

Serenissimo domino suo. *Ottocaro* Inclyto Regi Bohemie Illustri Duci Austrie et Stirie, marchionique morauie, *Nos* fratres. . . . . Cardianus ordinis *fratrum minorum et* . . . . Commendator Domus Sancte Marie *Theutonicorum* in wienna, deuotas in domino orationes. Ad vestre Regie maiestatis noticiam peruenire humiliter desideramus, quod dominus *Otto* bone memorie quondam Patauiensis Ecclesie Episcopus, inter dominum abbatem et conuentum *Scotorum* ex una parte, ac *magistrum Gerhardum* venerabilem plebanum wiennensem ex altera, de consensu et uoluntate libera eorundem, est taliter arbitratus, praecipiens abbati et fratribus suis praedictis, ut tam in suo monasterio quam in capellis ab omni iure parrochiali in plebanatu wiennensi penitus abstineant, id est non praedicabunt, non indicent festa, non faciant commemorationem in publico animarum, non baptizabunt, non audient confessiones, non facient remissiones, non dabunt corpus domini, non invngent, non coniungent matrimonialiter

Digitized by Google

mares et feminas, non introducent mulieres post partum, sed omnia hec praedicta et alia ecclesiastica sacramenta aput matricem ecclesiam requirantur. Item non sepelient nisi peregrinos, id est eos qui in peregrinatione transeuntes ibi occumbunt, et hospites id est eos qui non habent ibi domicilium uel ius ciuile, sed quos deductionis uel negociacionis causa uenientes contigerit ibi mori, suam quoque familiam scilicet que est in cottidiana praebenda ecclesie et principis familia, et siqui alii aput ipsos saluo iure matricis ecclesie elegerint sepulturam. Qui tamen omnes excepta familia Ecclesie, ab Ecclesia matrice recipiant ecclesiastica sacramenta, et ob hoc si ipsi matrici Ecclesie aliqua de rebus suis legare uoluerint, liberam habeant facultatem. Immo si aliqui de praedictis praeter familiam Ecclesie alibi sepulturam elegerint, stetur eorum ultime uoluntati. Quecunque autem pars ipsum arbitrium violare praesumpserit centum marcas soluere sibi debetur, priuata nichilominus omnibus hiis que eidem parti ex suo arbitrio competebant. Deinde hoc arbitrium per dominum H. praepositum *Sancti ypoliti* felicis recordationis et Ir. Decanum *Cremensem in dedicatione Ecclesie Sancti Stephani* in publica statione coram omnibus fuit publicatum, et praesentibus partibus approbatum pariter et receptum sine aliqua contradictione. Tandem reverendus in Christo pater dominus Gwido tituli Sancti Laurencii in Lucina venerabilis presbyter Cardinalis apostolicae sedis legatus praecepit abbati et monachis praefatis per diffinitivam sententiam, ne decetero per se uel per alios impediant quoquo modo Plebanum wiennensem qui fuerit pro tempore. sepelire mortuos, qui decesserint intra terminos sue parrochie, plebesanis suis omnia sacramenta ecclesiastica dispensare, secundum quod in sententia arbitrali Patauiensis Episcopi loci Dyocesani plenius continetur. Prohibuit etiam et interdixit abbati et monachis praedictis, ne sacramenta ecclesiastica plebesanis siue parrochianis plebani sancti Stephani wiennensis exhibeant uel ministrent, nisi inuitati ab ipso ple-

Digitized by Google

bano, sed ab exhibitione sacramentorum ad dictum plebanum pertinente, prorsus abstineant, secundum quod in arbitrio dicti Episcopi plenius continetur, et maxime a uisitationibus infirmorum, sepulturis morientium, cuiuscunque conditionis morientes existant, intra terminos plebanie ipsius, nisi forsan aliqui sepulturam elegerint aput monasterium dictorum monachorum, et tunc salua sit Canonica porcio dicto plebano debita secundum iura. Decernens abbatem et monachos praelibatos debere esse contentos hiis quae eis adiudicata sunt per arbitrium Ottonis Patauiensis Episcopi, et sibi cetera non usurpent. Posthac, idem dominus Cardinalis Reuerendo in Christo Patri domino. W. venerabili archiepiscopo Salzburgensi, ea qua fungebatur auctoritate mandauit, ut praedicto magistro. Gerh. fauoris oportuni assisteret praesidio, nec sineret ipsum contra sententie sue tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam compescendo. Quod mandatum idem dominus archiepiscopus, per se et per alios est fideliter executus, ita uidelicet, quod abbas et fratres sui ipso facto essent excommunicationis sententia innodati, si vmquam venirent contra tenorem seutentie dicti Cardinalis. Quam etiam sententiam dominus papa confirmauit et per suos executores praecepit firmiter obseruari. Praeterea magister vlricus prothonatarius, longe ante omnia praetacta, in domo nostra potestate Regia praesentibus domino de velsperch, paltramo, et multis aliis melioribus ciuibus in Wienna precepit partibus ut usque ad iocundum aduentum vestrum dicta causa in eodem statu permaneret, secundum quod in arbitrio sepedicti domini Episcopis continetur. Quam ordinationem domine Reuerende per uestra quamplures litteras approbastis. Quibus omnibus pro majori parte personaliter interfuimus, uidimus et intellexinus per arbitrium memorati domini Ottonis Episcopi et per sententiam domini Gwidonis Cardinalis, nec non per litteras executorias, directas domino W. archiepiscopo Salzburgensi, ac per litteras papales tam executorias quam confirmationis sententie dicti

Digitized by Google

cardinalis et per litteras regias diuersas. De quibus omnibus praemissa omnia sunt excerpta et in quibus etiam plura continentur. que nulla carta vix aut nunquam posset aliquatenus contineri. Quas vero litteras omnes manibus tractauimus et uidimus non abolitas, nec cancellatas, nec aliquo vicio uiciatas, cum vero tenore et sigillis omnium supradictorum. Quam ob rem ad instanciam sepedicti magistri Gerh. pro testimonio veritatis praesentem Cartam Sigillorum nostrorum Karactere fecimus communiri, cum graue ipsi magistro fuisset praedicta instrumenta omnia cum propriis Sigillis ad vestram Curiam destinasse, ut super hiis omnibus vestra excellentia veritatem intelligat, aut aliis dignetur committere audiendam. Datum Wienne anno Domini M. cc. lx. viij. xiij. Kal. octobris.

Appendent duo sigilla.

XCIX.

Henricus, Bavariae dux, litem dirimit inter Ottonem de Morsbach ex una, ejusque patrem Ortolfum et ecclesiam pataviensem ex altera parte.

Vilshofen. 1268 9. October.

Nos Hainricus dej gratia Comes Palatinus Renj Dux Bawarie. Vniuersis presencium inspectoribus declaramus, quod cum *Otto, filius Ortolfi de Morspach, vxorem habens de Ministerialibus nostris*, senciens quodammodo, se a paterne pietatis prouidencia derelictum, ac euidenti oppressus penuria, *castrum in Morspach occupasset*, ex quo contigit per eundem et amicos, ac servientes ipsius, et nonnullos ex hominibus nostris, Patauiensem Ecclesiam, et ministeriales ipsius, in bonis et hominibus, pati non modicum detrimentum. Nobis

reuerendi in christo patris domini Petri venerabilis ecclesie Pataviensis Episcopi precibus inclinatis, nostreque mediacionis auxilio accedente, dictus Otto, eiusdem Episcopi gratie reformatus, castrum idem, patri suo, sub infrascriptis condicionibus assignauit, quod uidelicet in iam presenti anno, in festo purificationis beate Marie virginis. Ducentas libras Patauiensium denariorum, qui tunc in communj cursu fuerint, et in festo Penthecostes totidem, eidem Ottoni, dabuntur. Pro quibus fideles ipsius Ecclesie Patauiensis, videlicet Hainricus de Radecke. Siboto de Vrliugsperg, Christanus Ciuis Patauiensis et Vlricus Judex filius eiusdem, exhibuerunt semetipsos, in fideiussoriam caucionem. Illam siquidem summam pecunie in dotalicium uxori sue, dictus Ortolfus, quondam *a captivitate bone memorie genitoris nostri domini Ottonis Inclitj Ducis Bawarie, absolutus*, filio suo predicto spoponderat, se daturum. Obeunte vero predicto Ortolfo de Morspach predictus Otto cum fratre suo et sororibus couterinis ipsius, in eodem castro ac omnibus pertinenciis ipsius, hominibus scilicet ac possessionibus, pleno iure hereditario perfruetur. Et similiter post decessum eiusdem Ottonis, heredes ipsius utriusque sexus hereditario sibj succedant titulo, in eisdem. Verum si vel post obitum predicti Ortolfi dictus Otto vel post eiusdem Ottonis decessum, heredes, ab eo. superstites, in successione illius hereditatis, ex paterna ingratitudine, vel ipsius dominj Episcopi, aut successorum eiusdem, siue quarumcunque Ecclesie Patauiensis personarum, consensu notorio vel manifesto, studio vel conatu, dicta successio, Ottonis, et heredum suorum impedita fuerit, seu turbata, extunc nos, memorato Ottoni, uel heredibus ipsius, ad obtentum, uel recuperacionem suj iuris aut possessionis, si forte a predicto Episcopo, uel successoribus suis, aut aliis personis, iniuriose, uel uiolenter eiectus fuerit, auxilium et fauorem nostre potencie, sibi tenebimur impertirj. nec proinde nos, uel nostrj a predicto. domino Episcopo, aut successoribus ipsius, vel qui-

Digitized by Google

buslibet Ecclessie ipsius personis, in causam trahamur ullomodo, vel odij quippiam paciemur. Ipse enim dominus Episcopus prefatum Ottonem et Vlricum de Tannenberch cum ceteris cooperatoribus suis tam ipsius Episcopi, quam nostris seruitoribus, qui eiusdem castri occupacioni operam uel consilium impenderunt. dissimulatis, et condonatis, ex intimo corde dampnorum ipsorum culpis. in suam et Ecclesie sue, recepit gratiam et fauorem. In cuius rej testimonium presentes litteras, nostri sigillj robore placuit communirj, Datum in Vilshofen. Anno domini. M. CC. LXVIII. VII. Idus Octobris.

Adest sigillum ducis viginti quatuor rhombis distinctum.

C.

Excommunicationis sententia in Scotos viennenses enunciata ob excessus gravissimos in dissidio cum magistro Gerhardo plebano viennensi perpetratos.

Viennae. 1269.

Vniversis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis *frater Johannes preceptor domus sancti spiritus in wienna, et frater Th . . .* presbyter domus *sancte marie Theutonicorum* ibidem, denunciatores et recitatores a summo pontifice, et a domino W. venerabili sancte *Salzburgensis* Ecclesie Archiepiscopo constituti, deuotas in domino orationes. Ad noticiam vniversitatis vestre tenore presencium cupimus humiliter peruenire, quod cum reuerendus in Christo pater dominus *Guido tituli sancti Laurenti in Lucina venerabilis presbyter Cardinalis, in partibus Alamannie legationis* officio fungeretur, omnem questionis materiam, que inter dominum abbatem et Conuentum *scotorum* ex una parte et magistrum *Gerhardum plebanum wiennensem* ex altera vertebatur, auditis hinc inde

clesiarum eorum Jurisdictionj in partibus Austrie, Styrie, Karinthie, Carniole, Marchie, subditarum, subsidium tolerabile peteremus, per quod tante necessitatis articulus quj nos et Imperium cohartabat, per eorum suffragia et digne recolenda subsidia tolleretur. Sed quia predictorum Principum deuota benignitas in hac parte nobis exhibita posset ipsis et ipsorum Ecclesiis contra nostrum propositum votumque animj occasionem inducere seruitutis per nostros successores, et futuros dictarum terrarum dominos inponende, nos quj eorum indempnitati consulere, volumus et cauere tenemur, edicto perpetuo statuimus, vt nullus successorum nostrorum in Romano Imperio siue regno, ac eciam predictarum terrarum dominj si forte contigerit in futurum Terras prefatas per speciales dominos ordinarj, predictam graciam ex sola liberalitate Principum nobis factam ad consequenciam trahere uel eius pretextu aliquid tanquam sibi debitum extorquere. exigere, sev exactum colligere audeat, uel contendat. sciatque presumptor talis iniurie se aduersus inmunitatem Ecclesiasticam sacrasque leges Romanj Imperij, ausu Sacrilego deliquisse. Nos quoque promisimus dictis Principibus fide data, quam vice prestitimus sacramentj. quod temporibus vite nostre nihil talium exigemus. sed magis cogitabimus et seruabimus illas vias per quas ipsis et Ecclesiis, hanc liberalitatem grata vicissitudine rependamus. Statuentes nichilominus contra futuros dictarum Terrarum Dominos quj presentem nostram violare presumpserint sanccionem, vt si Tercio commonitus per Episcopos non destiterit a talj sarcina Ecclesiis inponenda, aut inposita colligenda, extunc ipso Jure tanquam factus ingratus Ecclesiis a quarum grauamine monitus non destitit, feuda perdat que possidet ab ecclesiis quas indebita exaccione non metuit onerare. vt sciat nichilominus transgressor huiusmodj nostrj Priuilegij quod Jurj consonat et continet pietatem quod preter dignam seueritatis aurimoniam, que contra Sacrilegos per leges Romanj Imperij est promenda. virgam nichilominus sustinebit Ecclesiastice dis-

Digitized by Google

cipline. Datum Wienne Anno dominj Millesimo Ducentesimo Septuagesimo Septimo. Quinto Kalendas Junij. Indictione quinta. Regni vero nostrj anno Quarto.

Exstat sigillum Rudolphi fractum et conglutinatum.

CXXIV.

Rudolphus rex, gratias agens Petro, pataviensi episcopo, pro feudis Alberto, Hartmanno et Rudolpho *filiis* suis per ecclesiam collatis, de indemnisatione ejusdem *statuit.*

Apud novam civitatem 1277. VIII Kal. Dec. (24 Nov.)

Confer Mon. Boic. T. XXVIII, partem alteram, p. 409—413.

CXXV.

Henricus, Bavariae dux, statuta capituli pataviensis super advocatia in bonis ejusdem, ad ipsum spectante, *rata habet* et confirmat.

Vilshofen 1277. 10 Dec.

Nos Heinricus dei gratia Palatinus Comes Reni. Dux Bawarie. tenore presentium declaramus. nobis fore presentatas, super *aduocatia nostra, in bonis venerabilium Virorum capituli ecclesie Patauiensis,* litteras in hunc modum. Hoc est statutum *ius aduocati.* De integra huba. unum modium avene. De villicatione que habet duas hubas. duas (duo) modia auene. De minori villicacione vnum modium avene. Aduocatus noster debet habere vnum placitum, tempore graminis et aliud tempore feni. ad quod placitum, quilibet rusticus noster uenire debet. quod si obmittit, dabit. sexaginta denarios. nisi possit, impedimento legitimo excusari. Quando aduocatus se-

debit

debit in *placito*, prepositus noster, cum eo sedebit. et cum stivra fuerit impensa, prepositus noster eam congregans, aduocato assignabit. Quicumque ad alienam potestatem nupserit tenetur dare nobis et aduocato, quantum constat in gratia nostra. Aduocatia nullo iure conferri. et obligari potest, nisi manu nostra. Vbicumque rusticus noster residens fuerit, super alienis predijs, ille persoluet aduocato, quinque caseos valentes tercium dimidium denarium. Quicumque autem residens est, in bonis nostris, non dabit illos quinque caseos. Quicumque rusticorum nostrorum, ducit vxorem, que est alius ecclesie, cuius ipse etiam tenet aduocatiam, non debet impeti ab aduocato, sed a nobis Quicumque rusticus nobis adtinet, nisi duo placita aduocati debet querere. Officialis etiam cum voluerit pro suis, et nostris negociis, transire ad homines nostros, non debet sumptus habere maiores, nisi quatuor equitaturas. Habet etiam maior aduocatus, non officialis, tale ius locandi, equos suos, per noctem in nostris possessionibus. ter in anno. In estate bis. Semel in hyeme. sub hac forma. Villicus tenebit. iiij. equos Hubarius duos. Dimidiarius hubarius vnum. serui autem procurabuntur sine vino et pullis. Jus instituendi et destituendi manet aput Cellerarium nostrum. et officiales nostros. nisi aduocatus, ab officialibus, uel nostro Cellerario, fuerit requisitus. Venationes. piscationes in possessionibus nostris, preter aduocatum, cellerarius noster libere exercebit. Si cellerarius deponet querimoniam aduocato, de aliquo rusticorum, quem per se cohercere non potest, aduocatus hunc cohercebit. et emendam videlicet. LX denariorum cellerarius noster recipiet et equaliter diuidet cum aduocato. Quicumque uero rusticorum requisitus ab aduocato, uel officiali suo fuerit. et bis ad quatuordecim dies, non soluerit ius aduocatie, non plus gravabitur ab aduocato quam in duplum. Item in parrochiis et ecclesiis, in dotibus et emunitatibus ecclesiarum nostratum. in decimis. sacerdotibus, et clericis nostris, nullum ius habebit aduocatus. sed pure debet

Digitized by Google

nos in eis defendere propter deum. Si quando aduocatus noster in anno uoluerit accipere stivram, de consilio Cellerary nostri et aliorum officialium nostrorum, si tempora erunt talia, villicatio decimis instructa dimidiam liberam dabit. Villicatio minor sine decimis. tres solidos. Integra huba. LX. denarios. Dimidia huba. xxx denarios. Quartale xv. denarios. Censualis qui non est in bonis nostris. x. denarios. Hec omnia de patauiensi moneta soluentur. Quamdiv uero possessiones nostre sunt inculte, et non redierunt ad plenum seruicium. nobis recipientibus dimidium seruicium, ipse dimidium ius aduocatie in stivra etiam recipiet. et nobis recipientibus plenum seruicium, ipse recipiet plenum ius aduocatie et plenam stivram. Si fur uel proscriptus fuerit in bonis nostris, aduocatus, propter hoc, non tollet res nostras, sed officialis noster. si aput iudicem, reum benigne absoluere non poterit. cingulo quo cinctus fuerit, ipsum iudici assignabit. saluis rebus nostris. Item si aduocatus voluerit, cogere rusticum nostrum, per pignus aliquod. non tollet araturas nostras, quod vvlgo *Hofgerihi* dicitur. ne propter hoc, locus ille incultus remaneat et desolatus. Ceterum. si in possessionibus nostris, homines decesserint sine heredibus, relictas res, non tollet aduocatus. sed integraliter nobis cedent. Hos articulos ad petitionem ipsius capituli, sigillo nostro, ad cautellam obseruationis perpetue, duximus confirmandos. Datum patauie. Anno domini M. cc. lxij. xviij. Kalendas Januarij. Sed quia *sigillum nostri nominis mutauimus* et *alio nouo videlicet, nunc utimur*, presentem litteram, appositione noui sigilli nostri approbauimus, iam secundo. Scriptum in *Vilshofen* Anno domini M. cc. lxxvij Quarto Idus Decembris.

Fragmenta novi sigilli ducis, cujus in diplomate fit mentio, ipsum repraesentant, equo insidentem, dextraque manu vexillum gestantem. Brachio laevo appendet scutam Bavariae rhombis distinctum et duo scuta, tegumento equi affixa, exhibent leonem palatinum rhenanum et pantheram veterum Bavariae comitum palatinorum.

Digitized by Google

CXXVI.

Nicolai papae III litterae commendatitiae, ad omnes majoris et minoris gradus ecclesiasticos directae, pro Siffrido de Anagnia, capellano suo, in negotiis ecclesiae romanae delegato.

Romae apud S. Petrum 1277. XIV Kal. Jan. (19 Dec.)

Exstant in forma transsumti pataviensis episcopi Petri, sed sine annotatione anni et diei, quibus transsumtum fuit exaratum.

CXXVII.

Al. Waller renuntiat juri advocatiae in praedio Ramstorf.

Pataviae 1278. 16 Jan.

Notum sit vniuersis presens scriptum intuentibus, quod ego Al. cognomine Waller, iuri aduocatie quod habui in predio venerabilis capituli Patauiensis dicto *Ramstorf*. primitus cessi et renunciaui sub tali conditione, vt singulis annis daretur mihi pro huiusmodi cessione vnum scaphium auene ad mee tempora vite tamen. Postmodum vero capitulum ipsum alicujus erroris aut incommodi dispendium, ex ipsa conditione potens incidere sollerter precauens, pactam solutionem dicte auene redemit apud me pro sex libris Patauiensium denariorum. Quapropter deliberatione sufficienti prehabita, spontanee ac publice in integrum cessi et renunciaui eidem iuri aduocatie quod mihi et meis heredibus in dictis predijs conpetere videbatur. Ne igitur aliquis heredum aut successorum meorum seu mihi quocunque modo attinentium capitulum supradictum, occasione huius pacti grauare aut inpetere in posterum audeat, pro euidenciori testimonio dedi sibi presentem cartam

Digitized by Google

sigillo dominj mei. *H. Illustris Ducis Bawarie*, ac etiam meo proprio consignatam. Testes vero hujus rei sunt dominj venerabiles ipsius capituli canonici. Wic. prepositus. Ot. Decanus. Wer. de Morspach. G. comes de Chirchperch. S. de Tannberch. vl. de Stiria. Magister hertwicus. Al. de Poumgarten. Wolf. de heidendorf. M. de Waldeke. G. de Pollenheim. Wer. de Sirnich. Magister Engl. Pil. de Capella. qui tunc ex canonicis presentes fuerunt. Laici vero. vl. de *Leubolfingen*. Ot. de Jahenstorf. Al. *Inclusus*. Eb. de Ramstorf. L. de Heft. et alij quam plures. actum Patauie anno dominj M. cc. LXX VIII. Indictione VI. XVII. Kalendas Februarij.

Appendet fragmentum sigilli ducis, alterum deest.

CXXVIII.

Reconciliatio inter ecclesiam pataviensem et Wernhardum, comitem de Lewenberch.

Pataviae 1278. 17 Martii.

Nos Wernhardus Comes de Lewenberch, presentis scripti testimonio, notum facimus vniuersis, quod licet contra Reuerendum in Christo patrem, et dominum nostrum Petrum venerabilem Patauiensem Episcopum, et Ecclesiam Patauiensem, rancorem quendam, et discordandj habere materiam videremur, pro eo, quod idem dominus noster Episcopus, Castra, videlicet Morspach Inferius et Chatzperch, nobis attinencia feudj ratione, dinoscitur confregisse, quia tamen idem dominus Episcopus, generosum semper se nobis exhibet et benignum, omnem rancorem, et actionem, si quam habuimus, uel uidebamur habere, super premissis et aliis quibuscunque contra ipsum, et Patauiensem Ecclesiam supradictam, remisimus

simpliciter et in totum, ita quod nos ac heredes nostri, nunquam de cetero sibi aut Ecclesie Patauiensi mouebimus de huiusmodi questionem. In cujus rei testimonium presentes damus litteras, sigillj nostri robore communitas, cum testibus subnotatis, qui sunt hij. Dominus Wichardus Tumprepositus. Dominus Otto Decanus Ecclesie Patauiensis. Hainricus de Radek. Hainricus de Hoholtinge Milites. Pergerus filius noster et alij quam plures. Actum et Datum Patauie. Anno domini M. CC. LXXVIII. XVI. Kal. Aprilis.

Sigillum appendet comitis, repraesentans leonem rupes ascendentem.

CXXIX.

Petrus episcopus varia bona confert Winmaro Fruniesel, uxori ejus Gertrudi et filio Sifrido.

Pataviae 1278. 28 Mart.

Nos Petrus dei gratia Patauiensis Episcopus Notum facimus vniuersis, presentes litteras inspecturis, quod virum nobilem et discretum, dominum Winmarum dictum *frum Esel* nostris et Ecclesie nostre seruiciis attrahere cupientes, eidem, et vxori sue Gerdrudj, et filio ipsius Sifrido, bona infrascripta, contulimus tamen ad tempora uite sue. ita quod eadem post obitum ipsorum, ad Patauiensem nostram Ecclesiam libere et sine contradictione qualibet reuertantur. Sunt autem hec bona. In Pramerdorf due Hube, et dimidia huba. Item in Pramhof. vna Curia cum suis attinenciis. Item in Mulpach vna curia cum suis attinenciis. Item iu Halgrauenperg, due Hube et dimidia Huba. Item in Weinperge dimidia huba. Item in Tobel dimidia Huba. Item in Maechinge due Hube et dimidia Huba. Et ne quis, quicquam iuris, preterquam supradictum est, in bonis predictis sibi valeat vendicare, presen-

Digitized by Google

tes damus literas, sigillj nostri robore communitas, Datum et actum Patauie. anno domini. M. cc. lxxviij. feria secunda post diem Resurrectionis.

Sigillum deest.

CXXX.

Henricus, Bavariae dux, conventionem inter Petrum episcopum et Winmarum Frumesel, in servitium episcopi admissum, ratam habet.

Fürstenzell 1278. 21 Apr.

Nos Hainricus dei gratia, Comes Palatinus Renj, Dux Bawarie, notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod venerabilis in Christo pater, dominus *Petrus* Patauiensis Episcopus, fidelem nostrum Winmarum dictum frum Esel suis et Ecclesie sue seruiciis attrahere cupiens, In Pramerdorf duas Hubas et dimidiam Hubam. In Pramhof, vnam curiam cum suis attinenciis, In Mulpach vnam Curiam cum attinenciis suis. In Halgrauenperg, duas hubas et dimidiam hubam. In Weinperg dimidiam hubam, In Tobel dimidiam hubam, In Maeching duas hubas, et dimidiam hubam, eidem, et vxori sue Gerdrudj, et filio ipsius Sifrido, contulit, tamen ad tempora uite sue, ita, quod bona huiusmodj post obitum ipsorum, ad Patauiensem Ecclesiam libere et sine contradictione qualibet reuertantur. Et ne quis quicquam iuris, preterquam supradictum est, in bonis eisdem sibi valeat vendicare, presentes damus literas, ipsi domino Episcopo et Ecclesie sue Patauiensi, in testimonium et cautelam, Sigillorum, nostri videlicet, et fidelium nostrorum, albertj de Hals, et Winmarj predicti, robore communitas. Datum et actum in furstencelle, anno domini M. cc. lxxviij. feria quinta. infra Octavam Pasche.

Digitized by Google

Appendent tria sigilla. Sigillum ducis equestre, jam descriptum, melius ibi exhibet ejus figuram. Caput ducis galea antiqua, dicta „Kübelhelm" obtegit, duobus taurinis cornibus decorata, ex quibus in formam circuli procedunt rami, foliis cooperti. — Scutum Alberti de Hals acclinatum („gelehnter Schild") in nuda area fasciam transversam exhibet. In acumine laevo clypei apparet galea, duabus alis ornata. — Scutum Winmari monstrat asinum cum inscriptione: S. Winmari ✝ probi ✝ asini.

CXXXI.

Ottonis de Pertholsdorf, camerarii Austriae, resignatio decimarum feudalium vini et annonae in parrochia Abstetten in favorem ecclesiae pataviensis coram Ottone de Hasslau, judice provinciali Austriae, Bernardo de Prambach, plebano viennensi et fratribus de Pillichdorf.

Vienne in domo fratrum minorum 1278. IV Kal. Maji (28 Apr.)

CXXXII.

Babo neuburgensis praepositus et capitulum suum vendunt ob grave debitorum et usurarum onus vineam in Challenperg Henrico de Inna, canonico pataviensi.

Niwenburch. 1279. XV Kal. Febr. (18 Jan.)

Digitized by Google

CXXXIII.

Babo praepositus neuburgensis magistro Ulrico praeposito medlicensi litteras decani ratisponensis communicat respectu parrochiae in Hartperge, per Ulricum plebanum usurpatae.

Neumburge 1279. 25 Martii.

Multe honestatis viro, et amico carissimo, *magistro Vlrico*, venerabili *preposito Medlicensi. P. dei gratia Neumburgensis* Ecclesie prepositus, quicquid potest reuerentie et honoris, Noueritis, nos recipisse, litteras dominj *vlrici de Dornwerch*, venerabilis *decani Ratisponensis* Ecclesie in hec uerba. Viro venerabili et discreto, et amico suo karissimo. domino Paboni. Electo in prepositum Neumburgensis Ecclesie. Vlricus dictus de Dornwerch. dei gratia decanus Ratisponensis Ecclesie. cum orationibus quicquid potest reuerentie, obsequij, et honoris. Noverit vestra dilectio. nos sanctissimj in Christo Patris. et domini nostri Nycolai Pape litteras recepisse non abolitas. non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, sed saluas omnimodis in hec verba. Nycolaus Episcopus seruus seruorum dei. dilecto filio decano Ecclesie Ratisponensis. salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilectus filius *Wernhardus, Plebanus plebis sancti Stephani in Wienna.* conquestione monstrauit, quod licet. *magister Vlricus Plebanus plebis in Hartperge, saltzpurgensis* dyocesis, fultus laycali potentia dictam plebem sancti stephani occupauerit, eamque per plures annos tenuerit taliter occupatam fructus percipiens ex eadem, de fructibus tamen ipsius plebis sancti stephani, pro tempore, quo eam dictus Vlricus sic detinuit, idem Vlricus eidem Plebano satisfacere indebite contradicit, Quare idem Wernhardus Plebanus nobis humiliter supplicauit, vt prefatum Vlri-

Vlricum ad satisfaciendum ei. de huiusmodi fructibus inde perceptis, et qui percipi potuerint, compellj per discretum aliquem mandaremus. Quocirca discretionj tue per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis audias causam. et appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decernis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruarj, Testes autem qui fuerint nominati. si se gratia. odio. vel timore, subtraxerint, censura simili appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Rome apud sanctum Petrum. ydus Maij. Pontificatus nostri anno Primo. Cum igitur magnis et arduis Ratisponensis Ecclesie negociis praepediti. et specialiter, quia sumus papalis decime collectores, prenominate cause non possimus personaliter interesse, nec ad presens eidem iudicio aliquatenus intendere valeamus, vobis auctoritate qua fungimur in hac parte, in eadem causa committimus vices nostras nobis tantummodo diffinitiuam sententiam reseruantes. Rogantes, et mandantes firmiter auctoritate premissa. vt ipsam causam coram vobis plene instructam, ad nos congruo tempore remittere debeatis, diffinitiue sententie calculo terminandam. Datum et actum Ratispone in Ecclesia Kathedralj. Anno dominj M. CC. LXX nono. secunda feria proxima post dominicam inuocauit. Quamuis igitur dictum mandatum dominj Decani, immo uerius apostolicum cum omni diligentia exequi teneamur, tamen in omnibus, in quibus salua conscientia possumus, vestre volumus deferre reuerentie et honorj, unde vobis tanquam amicus consulimus bona fide quatenus cum dicto domino plebano Wiennensi, sic ordinare et componere velitis, ut ipsa causa sine strepitu iudicij, per uiam pacis et concordie dirimi valeat et finiri et ad hoc sicut vestrum decet honorem et comodum fideliter laborabimus, Si autem hec adimplere neglexeritis, cum mandatum predictum quamuis inuiti exequi nos oporteat, vobis auctoritate nobis in hac parte commissa. precipimus firmiter et districte, vt VIII ydus Maij si illa dies feriata non est, si

Digitized by Google

autem feriata existat, proxima die sequente, non feriata, hora tercia compareatis coram nobis in Ecclesia nostra Neumburgensi. dicto domino plebano Wiennensi super suis petitionibus responsuri, quem terminum vobis pro tribus edictis peremptorium assignamus, ut parcatur laboribus parcium et expensis. Datum Neumburge. VIII. Kal. Aprilis.

Appendet sigillum Babonis praepositi cerae rubrae impressum.

CXXXIV.

Rudolphus rex confirmat jura civium in Mautern.

Wiennae 1279. IV non (2) Apr.

Confer Mon. Boic. T. XXVIII, partem alteram p. 413 et 414.

CXXXV.

Rudolphi regis sententia judicialis pro Petro, pataviensi episcopo, contra fratres Gotfridum et Ulricum de *Truhsen*.

Wiennae 1280. XVIII Kal. Febr. (15 Jan.)

Confer Mon. Boic. T. XXVIII, partem alteram, p. 415 et 416.

CXXXVI.

Fratris Pauli de ordine minorum, episcopi tripolitani et nuntii apostolici, indulgentia pro ecclesia S. Stephani Viennae.

In nova civitate 1281. 13 Jan.

Digitized by Google

CXXXVII.

Pactum inter Wichardum, pataviensem episcopum, et Rapotonem de S. Vito necnon ipsius conjugem Margaretham, de decimis in Mannswerd, a Rudigero quondam episcopo alienatis.

Viennae 1281. 22 April.

Testes vero sunt. magister Engelscalcus. et dominus Heinricus canonicj Patauienses. dominus Rinaldus vicedominus et decanus Chremensis. dominus. O. de Haselowe. dominus O. de Perhtolsdorf. dominus Ch. de Pilhdorf. dominus H. de wolfkerstorf. dominus Johannes de Merswanc. dominus H. de Radelke. dominus L. de Sahsengang. Iuuenis O. de Haslowe. et al. de Lahsendorf. et Ch. pollo de veselowe. Datum Wienne Anno dominj. M. CC. Octuagesimo. primo. x. Kalendas Maij.

CXXXVIII.

Rudolphus rex confirmat ecclesiae pataviensi privilegium quoad mutam et furvart.

Wiennae 1281. IV. Kal. Maji (28 Apr.)

Confer Mon. Boic. T. XXVIII, partem alteram, p. 416 et 417.

CXXXIX.

Amelbrecht von Aigeling verkauft an das Hochstift Passau seine freieignen Besitzungen zu Aichach.

Passau 1281. 9 Sept.

Ich *Amelbreht von Aigeling*. vnd Ich *Gisel sin Hovsvrowe*, beiehen, vnd tvn chvnt allen den, di disen brief an sehent.,

Digitized by Google

Daz wir mit verdahtem mvot, vreilich und willechlich *vnsern Hof da ze Aicheh* gar vnd ein drittail avz dem andern Hof da bi, ovch ze Aicheh, di wir in *vreies aigens gwer* her braht haben, vur *aigen*, vnd als *Aigens reht* ist, haben verchovfet, vnd gegeben, vnd geantwurtet vnserm Herren Bischof wicharten von Pazzowe vnd sanct Stephans gotshovse ze Pazzowe, vmb sibentzec *pfvnt Pazzower pfenning*, di wir darvmb empfangen haben. denselben Hof vnd ovch daz drittail ovz dem andern Hof ze Aichech. sol der Bischof. vnd daz gotshovs ze Pazzowe vurbaz haben in vries Aigens gewer. vnd behalten vnd niezzen, Daz selbe gvot lob wir im vur vriez Aigen, bestaetigen, vnd vrien, vnd schermen als landes reht ist vnd gewonheit. vnd dem gotshovs ze Pazzowe. Ouch habent sich elliv vnseriv chint desselben Aigens verzigen, vnd swa wir nicht enwaren da svln si all die staetigvng laisten. der wir schvldic sin vnd di wir habent gelobt ze tvn di wil wir leben. Wir loben ouch desselben gvtes, vur vriez Aigen gewer sin. swer in an sprichet. Als vries aigens reht ist. Daz wir die staetigung tvon und laisten, vnd vnseriv chint di wir nv haben oder noh gewinnen. nach landes reht vnd gewonheit. darvmb setz wir, vnserm Herren bischof Wichart vnd sinem gotshovs ze Pazzow Allez vnser gvot, Aigen und lehen, versvchet vnd vnversvchet swa wirz haben in *Baiern* vnd in *Osterrich*. vur vns vnd vur vnseriv chint, vnd mit vnser chind willen. vnd swa wir so getan staetigvng, oder gewerschaft niht laisten. oder versovmten von vnsern schvlden. Swaz da von daz gotshovs schaden naem vnd der bischof von Pazzowe. des waer wir im schvldec ze pezzern. vnd waer vnser gvot pfant darvmb Daz allez daz staet behalten werd von vns vnd von vnsern chinden. vnd an nihtiv verchert mvg werden, darvmb geb wir disen brief, mit minem Amelbrehtes insigel versigelt, vnd bestaetiget. Ditz gewerves, vnd chovfes vnd gelvbes gezivg. sint Her Rinald der Vitztvm. Her Heinrich von Radekk. Her Livtold von Talheim. Her Chunrad

Digitized by Google

von Draehselheim der Probst. Herr Fridrich von Paesching. Marchart der Movtter. Chunrad von Veltpach der schribaer. Wernhart von Mvrring. Pilgrim der vullaer., vnd der burgar ze Obernberg genvoch vnd ander geziwg. Diser brief ist gescriben vnd gegebn ze Pazzowe. An dem iar, nah Christ geburtte, vber tovsent iar, zwaihvndert iar. einez vnd ahtzech iar. An sanct Chvngvnd tag, in dem Herbest.

Mit dem halbzerbrochenen Siegel des von Aigeling.

CXL.

Albrecht, Graf von Habspurg und Kyburg, Verweser in Oesterreich, bestätigt die unter seiner, Herzogs Heinrich von Bayern, und des Bischofs Wichart von Passau Vermittlung zu Stande gebrachte Uebereinkunft zwischen Passau und Efferding wegen wechselseitiger Beschädigung zu Wasser und zu Lande.

Wien 1281. 14 Sept.

Wirr Albreht von Gotes genanden, Grave von Habspurch, vnd kiburch. Lantgraue von Elsazze. des hohen, vnd des werden Romischen kunig Rvdolfs ersgeborn Svn, und ein verweser der lande ze Oesterrich, vnd ze Styre, Tvon chunt allen den, di disen brief horen oder sehen, vnd veriehen des offenlich, daz wir vmbe den *unvride der zwischen Pazzowe vnd Evriding vf land vnd vf wazzer* geschehen ist, ze bezzern, vnd vrid vnd genade dem Lande ze machen, vnser getriwen vnd liben Ratkeben, wernharten von *Schowenberch.* Vlrichen von *Tovuers*, Otten von *Bertolstorf*, Chvnraten von *Svmerow*, vnd vlrich von *Chappelle* vf hin *gein Pazzowe* mit vollem gewalt sanden ze teidingen, mit des werden vursten

hertzogen Heinrichs von Beiern ratgeben, di er vmb die sache vnd vf denselben tach dar sande, vnt do di Ratgeben hertzogen Heinrichs, der namen wir hi beschriben, Vlrich von Abtsperig. Alber von Halse. Grimolt von *Prising*, vnt Wimar Vrumesel. mit vnsern vorbenanten Ratgeben zvsammene gesazzen mit dem *Bischof von Bazzow*, do wurden si eintrehtichlich, vnd einmvtichlich, vmb den vorgenanten vnvrid ze bezzern, vnd vride ze machen, aller der settz enein, di hernach von worte ze worte geschriben stant. Dise saettze di hernach geschriben stant an disem brieve, di sint bestaetigt, von bischof Wichart von Bazzow. von Hertzog Heinrich von Beiern vnd von Graven Albreht dem verweser in Oesterrich, vnt sint von ir Ratgeben betrahtet ze bezzern allen den schaden, der zwischen Pazzow vnd Evriding, vf land. vf wazzer. vnd vf strazzen geschehen ist sider pfingsten in dem dritten jar, vnd vmb vrid vnd genade ze behalden allen livten. vf land, vf wazzer, vnd vf strazzen. biz ze wihnahten, vnd von dann vber driv jar. Swer deheines schaden. bezigen wirt, lovgent er, so sol er gerihten, vnd sich des schaden bereden, mit zwain zv im siner genozzen er si dienstman, Chovfman, oder gebovr, vnd svln di vmbesprochen sin vnd an archwan desselben schaden. Ist aber er schuldich, so sol er selb dritt als vorgesprochen ist, berehten, daz der schad nicht tiwerr si gewesn. vnt sol in darnach gelten. Wil aber er in niht berehten, so sol in der berehten, der den schaden hat genommen, selb dritt siner genozze di vnbesprochen sin vnd sol man in dar nah gelten. Sprichet ein vurst den andern vursten an, der sol sich heizzen bereden, oder den schaden heizzen berehten mit drein siner Dienstmannen, oder wil er niht heizzen berehten, so sol in dirr vurst der in anchlaget, heizzen berehten, siner Dienstmannen dri. Sprichet ein ander man einen fvrsten an, der sol sinen schaden selb dritte berehten als vor gesprochen ist. Daz selbe reht stet einem Graven, oder einem vrien Herren Hintz siner manne

Digitized by Google

drin, mit den sol er bereden oder berehten. So hat sich Pilgrim von Raennahrigel. vnd Chvnrat von Tannberch besvnderlich in den satz gesetzet vnd gebunden. daz si bezzern, swaz si in der vrist als vor bescheiden ist schaden haben getan, vnd swem si iht haben getan vf land. vf wazzer, vnd vf strazzen. mit dem satz als vorbescheiden ist. vnd ouch vnschadehaft sin allen livten, vf land. vf wazzer. vnd vf strazzen. von in, vnd von ir burigen Raennahrigel. vnd Tannenberch. vnd von ir livten, der si sich niht anent an gevaer, vnt di si noch zv in nement. Ob si des niht leistent an der bezzerung, oder vbervuren mit schaden den si taeten, so svln si sin rehtlos vnd erlos, und svln ir rehtiv lehen alliv sin ir Herren. vnd sol man von ir eigen bezzern swaz si habent schaden getan. Vnd svlen daz di tvon, in der geriht ir eigen liget. Swaz aber si dem bischof von pazzow habent getan vf sinem vrbor, des sint si niht gebunden ze bezzern nah dem satz der vor bescheiden ist. Geschaeh aber vurbaz dehein schad von in. oder von ir livten, oder von ir burgen. vf land. vf wazzer. vnd vf strazzen, dem bischof, oder andern livten swer die waeren, da sol man bezzervng von in vordern. die svln si leisten nah der vorderunge, in Viertzehen tagen nah dem vorgesprochem sattze. vnt swes si nah dem sattz schuldich belibent, da svln si ze pazzow vmb in varn. vnd nimmer vz chomen vntz si ez gebezzern. Swa si der einez vbervarnt, so gevallent si in di pen, vnd in di schvld div vor gesprochen ist. Sint aber si vzzer landes swaz si da tvont, da mit svln si nih schuldich werden. vnd swaz di wil. von ir livten vnd von ir bvrgen schade geschaeh, den svln si bezzern in viertzehen tagen darnach vnd si wider ze lande chomen sint. Wirt ein vrlivg zwischen dem Hertzogen, vnd dem bischof von Pazzow, so sol weder Pilgrim von Valchenstein, noch Chvnrat von Tannenberch, mit in selb. noch mit ir Livten, noch mit ir burgen. ze Raennahrigel, noch ze Tannenberch, den Hertzogen deheinen dinst tvon, noch de-

Digitized by Google

hein vurderung. Daz si di Saettz vnd die bvnde alle staete halten als vor geschriben ist, des habent bede gesworn gegen den heiligen, vnd habent des Bischofs huld von pazzow. vmb allez daz, des si sich ze bezzervng habent erboten. Vnd habent des Lantherren hvld von Oesterrich. vnd sol ir gvlt ze Oesterrich vnbechvmbert sin vnd ledich vf ir bezzervng. di si habent gelopt. Geschiht aber in dehein schad in den drin jaren, da svln si bezzerunge vordern von dem Rihter, in des geriht in der schad geschiht, Bezzert in der niht inner viertzehn tagen nah der vorderunge so svln si ir schaden verpfenden an dem der in hat getan. oder an dem der in behaltet, vnd svln daz pfant vz geben vf reht, vnd zitlich bezzervng ze viertzehen tagen. Wold man ez dann niht vz nemen, so möhten si ir vrvm da mit schaffen, da mit hetten si niht gebrochen. dar zv ist gelobt, daz man zwischen hinn vnd Sant Michels tach, Sprintzenstein rovmen svl, vnd alle di da von varn di dar vffe sint, an gevaer vnd an hinderliste, vnd sol sich des vnderwinden des Bischof bot, oder des Graven Albrehts. Ovch ist ein vrid gemachet, zwischen dem bischof, vnd den Morspechen. Otten, vnd Oertelins, biz hintz Wihnahten, vnd von dann vber ein iar. also ob si dem Bischof in der vrist iht taeten an reht, daz svlt bedenthalp, beredet vnd berehtet werden, nah dem sattz als vor bescheiden ist inner viertzehen tagen, swenne daz gevordert wurde, vnd swes si nach dem sattz schvldich belibent, da svln si vmb in varn ze pazzow, vnd nimmer vz chomen, biz ez gebezzert werd. Div beredung, vnd berehtung, sol vor dem Bischof von Pazzow geschehen. vnd svln si sin geleitte haben, vur alle di sache, an vur di eine. man sol von allen den bvrgen, di da zwischen ligent, zwischen Everding vnd Pazzow, daz reht tvon, swaz darvf geschehn ist mit den vorgesprochen saetzen, vnd sol ovch den vrid davon haben, der vor bescheiden ist. Vber di bezzerung, di man tvn sol aller der getat, div in drin laren sider pfingsten geschehen ist, als vor an disem brieve geschri-

schriben, vnd bescheiden ist. hat man mit gemeinem rat einen gewegen tach genomen, vf den nahsten tach, nach Sant Martins tach. Daz die Saetz als vor bescheiden ist staet beliben, vnd behalten werden, an gevaer, vnd an hinderlist, mit steten vnd rehten triwen, daz habent di herren gelobt, vnd bestetigt. Der Bischof Wichart von Pazzow. Hertzog Heinrich von Beiern. Grave Albreht der verweser in Oesterrich. vnd swer in vbervart vnd niht behalt, daz si gemein vf den helfend sin, vf sin lip, vnd vf sin gvt. vf sin burg vnd vf sin livt vnd im deheinen Scherm, noch deheine helfe tvn, noch lazzen von ir livten geschehen. vnd daz daz getrivlich behalden werd an gevaer. Dirr brief ist gegeben, vnd geschriben von Christus gebvrt, vber Tvsent Jar, zweihundert Jar, an den ein vnd Ahtzigestem Jar, An vnser vrowen tach, als si geborn wart. Vnd, wand vnser Ratgeben, di da vor benennet sint, aller der vorgeschriben Setz, von der gewalt di wir in darvber gaben, mit des Hertzogen rat, vber ein Chomen sint, so erchenne wir, vnd veriehen das an disem brive. daz wir alle di setz stet halten wellen, mit allen ir Artikeln, als si hi mit worten vz geleit sint, vnd bestetigen si mit dirr hantfest. Dirr teiding vnd dirr setz, sint gezivg. di vorgenanten, vnser, vnd des Hertzogen Ratgeben, vnd darzv der heidendorfer der Techent von pazzow. Reinolt der vitztvm. Maister Engelschalch von pazzow. Der Radelker. Der Hartheimer. Der Talheimer. Der *Chlosner*, der Hvrter. vnd ander manich biderb man. Vnd zv einem werhaften vrchvnd, vnd einer ganzen steticheit, aller dirr ding, so han wir dise Hantfest verjnsigelt, mit vnserm Insigel. Dirr brief wart geschriben, vnd gegeben, zv winen, do man het, von Christs gebvrt, Tvsent, zwei hvndert, vnd Einz vnd Ahtzich Jar. An des hiligen Chruces tag. in dem Herbest.

Das in rothem Wachse abgedrukte Siegel des Grafen, an Pergamentstreifen hangend, stellt denselben auf einem Streitrosse sitzend vor, am linken Arme einen mit einem Löwen oder Panther geschmük-

Digitized by Google

ten Schild tragend, mit der Rechten das Schwert schwingend. Umschrift in einem Doppelkreise: (Alberta)s. Dei. Gra(tia). de. Habsburc. Et. Kiburc. Comes. Lantgravi(us). Alsacie. dni. Rud(olphi). Rom(anorum). Regis. (P)rimogenit(us). Et. ejusde(m) Per. Austr(iam) Et. Styr(iam). Vicari(us). Genera(lis).

CXLI.

Rugerus Pranter decimam in Naerden supra Anasum, ab Ortolfo de Volkenstorf sibi obligatam, ecclesiae pataviensi resignat.

Ad S. Yppolitum. 1281. 25 Oct.

Ego *Rugerus dictus Pranter* presentis scripti testimonio publice profiteor, et omnibus cupio esse notum. quod *decimam in Naerden*, ad Ecclesiam Patauiensem de iure spectantem. quam dominus *Ortolfus de Volkenstorf* ab ipsa Patauiensi Ecclesia in pingnore videlicet pro ducentis et quinquaginta talentis denariorum Wiennensis monete tenuit et possedit. *et* eandem pecuniam videlicet ducentas quinquaginta libras, *michi* et *uxori mee sue consanguinee* dedit et pro ea ipsam decimam nobis obligauit, et obligationis iure et titulo assignauit. a me per multa tempora. videlicet XXVII. annos habitam et possessam pacifice et quiete. domino meo venerabilj. *Wichardo* Patauiensi Episcopo, dedimus absoluendam. ita uidelicet quod remisso nobis per ipsum et indulto quicquid vltra debitum vsi fuimus. centum et quinquaginta libras nobis daret, residua parte principalis sortis per nos. me scilicet et uxorem meam, voluntarie resecata. quam pecunie quantitatem nobis dedit et de ea plenarie michi et uxorj mee satisfecit, in tantum, quod omni iuri et actionj, vsui et requisitionj. nobis ex obligatione dicte decime conpetentj. cessimus dicto domino nostro Episcopo ius nostrum et iuris possessionem assignando deliberata

Digitized by Google

et spontanea voluntate. *Gener.* etiam noster dominus. *Liutwinus de Svnneberch*, cui centum talenta. super eadem decima dederamus. de pecunia pro qua nobis fuerat obligata. ipsam decimam. dimisit absolutam, renunciando quicquid ex obligatione sibi per nos facta, actionis et iuris conpetere videbatur. in decima memorata. In cuius rei testimonium presentes litteras, meo, et domini Vlrici. de vihoven. et dominj Johannis de Merswanc sigillis, placuit communirj. Testes autem sunt S. de Tanneberch. et . . de Pouchperch. canonicj Patauienses. Magister. Vlricus. canonicus. Ratisponensis. Item *Wer. plebanus. Wiennensis. R. vicedominus et decanus Chremensis.* Chunradus notarius. clericj. Dominus. Ul. de vihoven. Joh. de Merswanc. Al. de Schiltarn. R. de sancto Vito. R. Pibro. Wer. de Mezzenbach. O. de Lonstorf. Mar. de Monte. Pil. impletor et multj alij. fide digni. Datum et actum aput sanctum ypolitum. anno domini. M. CC. LXXX primo. VIII. Kalendas. Nouembris.

Appendent duo sigilla; tertium Johannis de Merswanc desideratur. Sigillum Ulrici de Vihoven silentio haud praetereundum est, quia inscriptio scuti expresso in diplomate nomini non congruit, nam inscriptio est: *S. Dni. Ulrici. de. Engelschalchenvell.* Ex praedicta nominis mutatione nil sinistri autem conjici potest, quum id saepissime accidit in documentis aliarum regionum et praesertim Eichstaettensis dioecesis, ubi nobiles alio nomine in diplomate et alio in inscriptione scuti crebro utebantur. Plerumque nomen scuto incisum est nomen gentilitium, cum in documentis contra a sede quadam vel castro novum sibi cognomen vindicaverunt.

CXLII.

Henrici, Ottonis et Conradi fratrum, filiorum Conradi de Seefeld, civis in Stein, transactio cum ecclesia pataviensi de decimis in Heunndorf et Straetzing.

Viennae 1282. V. Id. Mart. (11).

Digitized by Google

CXLIII.

Chunradus de Hartheim restituit ecclesiae pataviensi curiam in Raeut juxta Ebelsperch pro quadraginta talentis denariorum, ab episcopo Wichardo ipsi solutis.

Pataviae 1282. VIII Kal. Apr. (25 Mart).

CXLIV.

Bernhard von Schaumberg verpflichtet sich zur Beschirmung der Wasser- und Fahr-Strasse von Passau bis Efferding.

Wien 1282. 31 März.

Ich Wernhart von Schovnberch begih an disem brief, vnd tvon chvnt, gemain allen den, di in vernement, daz ich von mines lieben Herren bevelhvng, Bischof *Wichardes* von Pazzowe, vnd ouch bevelhvng *Graven Albrehts, des landes pflegâres von Oesterich*, mich angenomen han *den schermen bediv wazzers vnd landes vnd der strazze niderhalb Pazzowe*, vntz hin ze *Everding*. vnd daz ich in beden gelobet han, bediv lant strazze, vnd wazzer bevriden vnd beschermen als verr ich immer mag vnd sol. von dirre zit vntz voff di wihnaht. Daz ich den vrid vnd ouch den scherm, dest baz verenden mvg. hat mir min Herre von Pazzowe geantwurt, vf di selben zit, vnd vf min triwe sin Burgen *Morspach* vnd *Wesen*. di sol ich vntz vf di Wihnaht inne haben. durch des landes schermen. di selben Pvrge, vnd swes ich von im gewoltiget wird, sol ich im vf di vorgenanten Zit wider antwurten, in sin gewalt. an all ansprach, vnd an vurzog, des han ich im mein triwe gegeben, vnd han diselben triwe gesworn ze behalten. des sol ouch er hintz minen triwen warten. So gib ich im diesen brief dar vber, ob er in der vrist niht en waer des got niht engeb.,

Digitized by Google

daz ich vf di selben vrist ze wihnahten, dem Capitel ze Pazzowe, oder sinem nahchomen, ob ieman da zwischen, mit rehter wal erwelt wurd, diselben Burg vnd veste vnd swaz ich von im inne han, antwurten sol an alle arge list vnd an vurzoch, vnd an all ansprach. Wär aber ich niht in der vrist, so sol min bruoder an miner stat laisten swaz ich gelobt han, vnd die veste wider gebn. an allerlaie vurzoch, dar vber git er sinen brief vnd sin Insigel. Des gelvbs vnd der taiding geziwg sint. Her *wernhart von Prambach der Pfarrer ze wienne.* Her Heinrich von Inn. der chelnär von Pazzowe. Her Rinalt der *vitztvm vnd Techent von Chrems.* Her Johann von *Merswanc.* Her Heinrich von Radekk. Her Chunrat der Lantschribär. Her Durich ab dem *Kalmberg.* vnd sin svn des lantschribers aidem. Her Chunrat von Kalmberg, Her *Cehlevb der rihter ze winne,* der Rvchendorfär der Rihter. Her *Otto Hern Haimen* svn. vnd ander biderb livt. Daz ist getan. ze *Wienne* Nach Christes geburt vber Tovsent iar. zwai hundert iar. vnd zwai vnd ahzech iar. an dem Eretag in der Osterwochen.

Das anhangende Siegel des von Schaumberg mit der Umschrift: *Sigillum. Wernhardi. De. Schowenberch* ist ein gelehnter Schild, sechsmal quer getheilt, belegt mit einem Sparren. Auf dem linken aufwärts stehenden Schildeck ruht ein geschlossener Kübelhelm, dessen Kleinodien sieben in einem Halbzirkel an einander geschobene und mit Blättern belegte Rauten bilden, welche an den aufrecht stehenden Spitzen mit Federn geschmükt sind.

CXLV.

Arbitrium delegatorum sedis apostolicae inter capitulum pataviense et magistrum Wernerum, canonicum pragensem, de variis pertinentiis parochiae Niederhollabrunn.

Znoymae 1282. 15 Apr.

In Nomine Domini Amen. Nos *Theodericus* dei gratia Abbas Monasterij *Lucensis,* Premonstratensis ordinis. P. eadem gra-

Digitized by Google

tia, prepositus *Nevmburgensis* Ecclesie, subdelegati, Judicum delegatorum sedis apostolice venerabilium dominorum Johannis scolastici *Olomucensis*, et Eberhardi prepositi *sancti ypoliti*, necnon Gwardianus fratrum minorum in *Znoyma* condelegatus predictorum scire cupimus tenore presentium vniuersos, quod citato legitime capitulo Pataviensis Ecclesie, Znoymam, iuxta mandatum apostolicum, *magistro wernhero canonico Pragensi* super suis petitionibus responsuro, nobisque ibidem, certo termino presidentibus, contra rescriptum apostolicum, quedam exceptiones, per partem Capituli preposite fuerint, et ad respondendum eisdem magistro. Wer. in loco predicto, certus terminus extitit assignatus, quo adueniente, auditis allegationibus parcium, hincinde propositis, omnem dedimus operam, vt causa nobis commissa, que inter predictos, magistrum. Wer. et capitulum vertebatur, super Ecclesia in holobrunn pocius amicabili concordia, quam ordine iudiciario sopiretur, partes ad concordiam reduximus sub hac forma. videlicet, quod domus sita in Ciuitate Wiennensi, quam magister Wer. eo tempore quo Ecclesiam in holobrunn tenuit et possedit, se assent de rebus propriis conparasse, eidem dari et assignari *deberet* libere possidenda, ordinandique in vita vel in morte *de predicta* domo quicquid sibi uisum fuerit expedire, vineam vero sitam in Nuzperg, quam predictus magister. Wer. de rebus propriis se proponit emisse, illa sibi primitus libere assignata, exnunc prout extunc, in remedium anime sue, et commemorationem sui in anniuersario faciendam, legauit libere, et absolute Capitulo pataviensi post tempora vite sue perpetuo possidendam vsufructu dicte vinee, quoad vixerit sibi saluo, Ecclesie vero in holobrunn, et omni iuri, actioni, et litteris apostolicis et aliis, ad quoscunque inpetratis, tam contra capitulum quam contra dominum fridericum plebanum de holobrunn, sibi conpetentibus in dicta ecclesia, renunciauit, soli gratie dominorum prepositi, decani, et tocius capituli se submittens, pro qua habenda fidei et fidelitatis sue constanciam, ad quelibet

Digitized by Google

beneplacita ipsi capitulo obtulit humiliter et deuote. Si vero gratiam speratam adipisci non posset, nichilominus, omni iuri, actioni, et litteris, sibi ut premittitur competentibus simpliciter et pure renunciat, volens et petens, vt omnis actio, tam de perceptis quam aliunde competens ipsi capitulo contra magistrum Wer. absolute et simpliciter conquiescat, Sententie etiam excommunicationis contra ipsum a domino archiepiscopo Salzburgensi, sive ab abbate superioris altah, sive a quocumque, occasione dicte Ecclesie in holobrunn promulgate relaxentur ad cautelam per eosdem, litteris absolutionis, ab excomunicatoribus, ad Nevmburgensem prepositum inpetratis, magister etiam Engelscalcus doctor decretorum, et dominus heinricus de Inna procurator dicti Capituli, canonici sepedicte pataviensis Ecclesie, remissionem perceptorum, renunciationem actionum, et plenam reconciliacionem, per patentes litteras domini Episcopi, et capituli pataviensis, domino preposito Nevmburgensi, in persona domini Wer. transmittere tenebuntur, et gratiam faciendam magistro. Wer. bona fide, et omni diligentia promouere. Predicti vero magister En. et dominus H. procurator capituli habens plenum et sufficiens ac speciale mandatum, ad conponendum, et concordandum, domum et vineam iuxta modum superius enarratum, ipsi magistro. Wer. vice et nomine sui et totius capituli assignarunt, domino preposito Nevmburgensi executore deputato super assignatione huiusmodi facienda, remittentes, et renuntiantes omni iuri, actioni, et litteris quibuscumque, capitulo contra magistrum. Wer. super perceptis, et aliunde conpetentibus, simpliciter atque pure. Promiserunt etiam gratiam magistro Wer. faciendam, familiaritatem habendam aput dominum Episcopum pataviensem, quantum poterunt, aput capitulum precise, bona fide et studiosa diligentia promouere. Ambe vero partes vicissim, et ad manus nostras fide data vice sacramenti, sub periculo cause promiserunt sollempniter, omnia premissa, rata et firma inviolabiliter obseruare. In cuius rei testimonium, presentes litte-

Digitized by Google

ras nostrorum assessorum, et parcium sigillorum munimine fecimus communiri, cum testibus subnotatis, qui sunt hii, Magister Benessius doctor decretorum, Magister Witigo prepositus de Wolvramschirchen. magister. H. de Balco decanus Chremsirensis, magister Johannes Romanus canonicus pragensis, domini Vlricus et fridericus canonici Olomucenses, magister heinricus plebanus de vicis, magister Heinricus de Treveyah canonicus Brixinensis, magister Jordanus de Retz, magister Olblynus de Nelevb, dominus Wernherus de sancto Stephano, dominus fridericus de holobrun, dominus Wilhalmus de Ibsa plebani, et alii quamplures. Actum et datum Znoyme in domo fratrum minorum Anno domini M. cc. lxxx. secundo. xvij Kalendas Maij.

Cum septem sigillis.

CXLVI.

Pilgram von Falkenstein erneuert dem Bischof Gottfried das bereits dem Bischof Weichard gegebene Versprechen, ihm in eigener Person und mit seinem Hause *zu dienen.*

Patavie 1283. XII Kal. Mart. (18 Febr.)

CXLVII.

Gotfridus episcopus parochiam in Tulna sororibus sanctae crucis ibidem tradit et pro ea capellam sanctae trinitatis Wiennae, mensae earundem sororum incorporatam, recipit.

Pataviae 1283. 1 Maii.

Gotfridus dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus. Vniuersis presentem paginam inspecturis in perpetuum. Presentis vite

vite negotia, consumit obliuio, nisi fidelis scripture testimonio fideliter perennentur. Quapropter, presentis temporis etas et future successionis noscat posteritas., Quod cum *magister Chunradus, quondam scriba Austrie.* et domina *yta vxor sua. Capellam Sancte trinitatis sitam Wienne in foro* qui dicitur *Chienmarcht*, cum omnibus possessionibus, redditibus ac pertinentiis, que inferius exprimuntur, quibus a suis fundatoribus, et legitimis possessoribus dotata exstitit et ditata. de predecessorum nostrorum consensu et nostro, Ad Mensam *Sororum Aule Sancte Crucis in Tulna.* diuine remunerationis intuitu. Animarumque suarum remedium salutare porrexerint et contulerint pleno iure. Cuius quidem Capelle possessiones. redditus. siue pertinentia sunt. ipsa domus in qua sita est Capella. in longum et in latum sicut eam prefatus magister Chunradus et uxor sua multo tempore quiete et pacifice possederunt. Item Triginta talentorum redditus, infra muros Ciuitatis Wienne situatj. Item vinea que dicitur. der Liehtwingart. Item alia vinea que ad dictam Capellam pertinuit ab Antiquo. Item ortus siue pomerium, extra muros in valle Ciuitatis Wienne situs. qui redditus, possessiones, et vinee. Ac ortus. estimatj sunt estimatione conmunj in valore ad Mille Marcas Argentj. Quia tamen prefate sorores, sunt sub titulo Sancte Crucis, in ipsa *Ciuitate Tulna*, a serenissimo domino nostro *Ruodolfo.* Romanorum Rege locate pariter et plantate. Illustris princeps dominus *Albertus.* Dux Austrie et Styrie. dominus Carniole Marchie et Portus naonis, eiusdem Romanorum Regis primogenitus. vna cum magistro Chunrado memorato. nobis multa precum instantia humiliter supplicarunt, quatenus Ecclesiam seu parrochiam in Tulna. Ad nostram collationem pleno iure spectantem. cum Ecclesiis, terminis et omnibus pertinenciis, in spiritualibus et temporalibus. correctione clericorum ipsam pro tempore regencium tumtaxat excepta. ad mensam predictarum Sororum, dei precipue intuitu, curaremus dare. conferre. et perpetuo confirmare. et predictam Capellam ex causa per-

Digitized by Google

